2.3b
M-75

M-75

SACRA CONGREGATIONE PARTICVLARI

A SANCTIS.mo DNO. NRO. DEPVTATA

Eminentiss. DD. Cardinalium

De Judice, Vallemani, Paracciani, Corradini,

et Scotti; necnon RR. PP. Petræ, Lancettæ,

Cerri, Ansidei, et Lambertini.

DISCVRSVS.

R. P. Lambertini huius eiusdem particularis Congregationis Secretarij.

SACRA CONGREGA

Sanctis.mo Dño. Nro.

E DD. C

J V P C

S RR.PP. P

C A

Discvrsvs.

R.P.

Es dela Libreria del Colleg.o de S.n Tiago dela Comp.a de Jhs ex dono M. D. D. Fr. Antonij Monroy Arc. Comp.

72-5

Index Rerum

Omnibus quibus absoluendi ab hæresi facultas concessa est, licet absoluere relapsos, qui non fuerint iudicialiter de hæresi vel relapsu accusati n.º 36.

An sustineantur absolutiones sacramentales, quas ex interpretatiua licentia Sacerdotes captiui Christianis concaptiuis impartiuntur, et affirmatiuè responsum de præterito. imposterum verò ipsis concessa expressa Licentia sacramentum pœnitentiæ administrandi in similibus casibus, ut omnimode prouideatur securitati n.º 67 et 234

Sacerdotes captiui approbati ab aliquo Ordinario ad audiendas Confessiones, captiuorum Christianorum Confessiones audire possunt: non approbati verò possunt a duobus saltem ex approbatis ab aliquo ordinario approbari ad dictorum captiuorum Confessiones audiendas n.º 67

Non possunt hæretici absolui, qui lapsi in partibus ubi non grassatur hæresis ad partes ubi missionarij sunt se conferunt n.º 89.

Quamuis hæretici sint ex locis in quibus exercetur sanctum officium, videtur concedenda facultas absoluendi quoad forum conscientiæ, maximè cum hæreticis et renegatis captiuis qui non possunt discedere n.º 167

Regulares sui priuilegiorum non possunt

absoluere ab Hæresi, et casibus reser=
uatis in Bulla Cœnæ n.º 219.

Confessarius secreto absoluat pœniten=
tes apostatas in articulo mortis consti=
tutos, et præter Apostasiam coram se
abiuratam secreto et constantem ani=
mi præparationem eam abiurandi
publicè et explicitè nihil amplius
exigat si superstites fuerint. si uero
decesserint cognosci à fidelibus,
et infidelibus abiuratorem n.º 223

Pœnitentes sunt absoluendi, et liberandi
ab onere denunciandi sollicitantes in
confessione cessantibus tamen pericu=
lis et impedim.tis expressis in casu te=
nentur denunciare n.º 258.

Deneganda est schismatico parato o=
mittere professionem fidei implicitam,
neque recipiendus ad vnionem nisi
facta prius professione iuxta for=
mam a Sede Aplica præscriptam
n.º 271.

Qui volunt accedere ad Episcopos Græ=
cos simoniacos pro ord.ne communicando
cum ipsis in crimine, non possunt ab=
solui sacramentaliter nisi deponant
propositum n.º 293.

Possunt sacramentaliter absolui qui
in confessione credunt non incidisse
in censuras pro ordinibus receptis
simoniacè ab Episcopis schismaticis:

Pœnitentes

Pœnitentes tamen monendos in ceteris peccatis n.o 294.

Transeuntes ad ritum Græcum in cog. viuentes possunt absolui si non intendunt perseuerare sine dispensatione n.o 295.

Item absolui possunt qui transeunt ad ritum Græcum aliquid in contemptum ritus latini egerunt, quando pœnitentes fidem Catholicam profitentur, sed aliqua de causa ad ritum latinum non redeunt. Ampliatur etiam si contemptus fuerit coniunctus cum Hæresi et Schismate, ab Ordinario habente facultatem n.o 295.

In casu necessitatis Presbyteri Græci Catholici possunt latinos absoluere n.o 306.

Debent uti formis præscriptis in Concilio Florentino Ibidem.

Tollatur abusus, ut Vir absque Vxore simulet eodem tempore eidem Presbytero confiteatur Ibidem

In Matrimonio contracto in statu impedim.ti disparitatis, cultus, etsi Lex Euangelica inducens huiusmodi impedimentum ibi non sit inuincibiliter ignota, Coniuges præsentes permanere in huiusmodi Coniugio

non

non possunt Sacramentaliter absolui
n.o 383.

Si verò agatur de Matrimonio contracto
ante Confessionem alterius Coniu=
gis, possunt absolui, nec cogendus
fidelis Coniugem deserere infide=
lem si non adest periculum peruersi=
onis n.o 384.

Missionarij in foro Conscientiæ tantum
possunt iuxta suas facultates, et
in locis suarum Missionum absol=
uere Hæreticos. in foro autem
exteriori post instructionem debent
conuersos pro absolutione remit=
tere ad Episcopum locorum, uel
ad Inquisitores et eorumdem Vi=
cariosn.o 395.

A. Casibus reseruatis Sedi Aplicæ conceditur
Missionarij attenta distantia
alijsque Causis, ut difficilis acces=
sus ad Sedem Aplicam n.o 426.

In locis tamen Italiæ, in quibus sunt
Missiones, et in similibus Prouincijs
Europæ conceditur huiusmodi fa=
cultas pro Hæreticis conuersis. pro
Catholicis autem recurritur ad Nun=
cium Aplicum n.o 426.

Missionarijs non licet absoluere à
Censuris latis per Episcopos
in foro externo, cum non habeant
Iurisdictionem, nisi in foro pœnitentiæ
tantum

tantum n.° 570.

Facultas absoluendi concessa in Iubileo, à Censuris et Casibus reseruatis non comprehendit Censuras, et Casus, quos sibi Episcopi reseruarunt vide. quest.e n.° 799. vide Sacramentum pœnitentiæ.

Varij in Indijs Orientalibus, qui committuntur per Parochos et Regulares circa Neophytos in administrationem Sacramentorum et instructione de rebus fidei cum declarationibus pro ipsis abusibus tollendis. n.° 819. ad 822.

Bona Ecclica Ruthenorum vnitorum prohibentur alienari ex Consilio Lugdunensi sub Greg.° 9.° n.° 44.

Reperitur Concessum Ecclicis, Secularibus et Regularibus in locis Prouinciæ Bosnæ in quibus Hæresis, schisma, et infidelitas grassatur circa Altaria priuilegiata esse concedenda pro uno die in qualibet hebdomada inviolabiliter determinando; si in eodem loco fuerint diuersarum religionum Regulares aut etiam Sacerdotes seculares cum Regularibus, et omnes Altaria priuilegiata petierint alternatiuè concedi posse ut scilicet in die unius hebdomadæ Sacerdotes unius religionis altare

priuilegiatum

priuilegiatum habeant, et in die al=
terius hebdomadæ Sacerdotes secu=
lares vel Regulares alterius relig.nis.
et cum clausula dummodo in ea
Ecclia pro qua petitur Altare pri=
uilegiatum adsint ad minus duo sa=
cerdotes n.º 49.

Apostatæ à fide redeuntes ad pœniten=
tiam debent omnino abiurare Apos=
tasiam coram fidelibus laptiuis
quibus dederunt scandalum in pro=
prijs carceribus publicè et expli=
citè, at coram Infidelibus sufficit,
ut coram ipsis abstineant ab actibus
infidelitatis, deponantq. habitum
protestatiuum falsæ religionis ut
curent, ut successu temporis cognos=
cant etiam infideles, uel ab ipsis
uel ab alijs eorum abiurationem
licet id cum periculo ritæ n.º 227.

Apostata pœnitens non potest elicere
actus falsæ religionis, nec ostendere
et si non potest in articulo mortis
suasores expellere, sufficit ~~infe=~~
interius eorum suasionibus non con=
sentire n.º 227.

Spectat ad Regulares Superiores pu=
nire Religiosos apostatas, delin=
quentes, fugitiuos. n.º 844.

De Baptismo Baldeorum an sit validus
secundum formam, qua vtuntur
uide

uide plura notabilia n.° 75. 78.

An sit valida forma Baptismi, qua utuntur Armeni uide quaest.e n.° 112.

Non licet Catholicis leuare ad fontem baptismalem filium Haeretici, et haec est uerior et tutior opinio quia per huiusmodi actum Catholicus communicat in Sacramentis cum Haeretico, quod non licet et quia Haeretici reiicientes Ceremonias Catholicae Ecclesiae in administratione Baptismi in contemptum illius Ecclesiae, illum ritu Haeretico et non Catholico conferunt n.° 115. n.° 163.

Non potest admitti ad Baptismum Mahometanus qui cupit Baptizari, sed uult propter vitae periculum Christianus occultus esse et manere, sed debet se conferre ad loca ubi possit publice Christianam profiteri Religionem n.° 401.

An sit validus si unus leuat infantem a cui etiam aquam infundit Sacerdos vero profert uerba Sacramenti pro utraq. opinione uide plura n.° 141.

Sacramentalia in baptismo mulierum Chinensium sunt adhibenda, et extrema Unctio eisdem conferenda sed administrentur tali circumspectione ut ab omni suspicione inhonestatis

homines liberentur n.º 194. et 218

Rinenses in statu usurario permanentes baptizare non possunt: si vero Judicis authoritate compellantur ad proprias pecunias mutuandas, possunt aliquid accipere etiam recepto pignore ultra sortem principalem, tum ratione oneris, quod subire coguntur, tum ratione curae in custodia pignorum, lucri quoque cessantis et damni emergentis tempore autem praestituto si ex venditione pignorum aliquid supersit sorti principali, et lucro ex causis praedictis iustè acquisito Domino pignoris est restituendum n.º 196.

Si filius parentum infidelium habet usum rationis ut petat baptismum invitis parentibus debet baptizari, nam cum sit sui Juris in ijs quae pertinent ad bonum animae habet Jus petendi quod sibi est necessarium ad salutem nec tenetur Parentibus obedire.

Si dubitatur an habeat usum rationis baptizandus est, si compleuit septennium.

Si non compleuit septennium et sit infidelium filius non baptizatorum non est baptizandus parentibus invitis,

nam

nam non praesumitur habere usum
rationis, et est melior conditio pa=
rentum possidentium n.° 254.
Intellige de infidelibus tributarijs
et Vassallis Principum Christianorum
ut Judei ubi sup.°
filij infidelium baptizatorum et
haereticorum Apostatarum à fide
possunt invitis Parentibus ab Ecclia
baptizari.
filij infidelium quicumque possunt
invitis Parentibus baptizari quoties
existunt in evidenti periculo mortis
filij nati ex uno tantum parente Chris=
tiano baptizandi sunt invitis pa=
rentibus quia ex vi suae originis
sunt subditi Ecclesiae et sequi debent
parentem Christianum, et si Pater
sit Christianus et consentiat matre
dissentiente baptizandi sunt, quia
Pater est praecipua causa filij, si vero
mater sit Christiana et consentiat,
Pater dissentiente etiam baptizandi
sunt. quia in hoc casu infans se=
quitur ventrem postremo filij hae=
reticorum et schismaticorum non
possunt baptizari in Ecclesijs ~~Ca~~
Catholicorum, si non possunt edu=
cari in fide Catholica vel nisi sint
in articulo mortis n.° 262
Potest conferri infantibus filijs infi=
delium in articulo mortis moraliter
certè

certè constitutis si tamen fiat sine scandalo n.° 272

Potest conferri filijs Apostatarum à fide qui cupiunt filios baptizari dummodo adsit spes iusta, et rationabilis separationis Infantium à Parentibus ac transmissionis ad Catholicos et Christianae educationis de qua baptizaturus diligenter inquirat n.° 273.

Praesbyteri Graeci baptizato schismate in fronte non consignent n.° 303.

Si sit certum quod quis fuerit baptizatus ut aqua nullo modo partem corporis principalem sed vestes tantum tetigerit est absolutè baptizandus si vero sit dubium sub conditione baptizetur n.° 370.

Non est permittendum schismaticis administrare sacramentum Baptismi nisi in casu necessitatis et deficiente alia quacumque persona Catholica n.° 381.

Debet administrari filijs Turcarum Apostatarum et Matris Christianae etiamsi dubitetur quod Pater educabit filium more Turcarum n.° 386.

Amplia etiamsi Pater dissentiat n.° 387.

Non sunt iterum baptizandi filij Turcarum qui semel baptizati fuerint etiam alia intentione quam faciendi illos Christianos n.° 388

Neque

Neque sunt iterum baptizandi sub conditione, etiamsi fine superstitioso baptizati fuerint n.º 389.

Non licet Catholicis post baptizatum infantem per Parochum deferre ad ministrum Haereticum eundem Haereticum ut denuo baptizetur et peccant mortaliter licet id faciant vel consentiant ad evidenda damna n.º 397.

Licet Parocho infantem Coniugum quorum alter est Catholicus baptizare de consensu alterius, etiamsi certo sciat alterum Coniugum curaturum ut Infans baptizetur à ministro Haeretico tenetur tamen Coniux Catholicus monere Coniugem Haereticum quod filius iam fuerit legitime baptizatus n.º 398.

Non est denegandus Tyrannis qui expulsis legitimis Regibus in Regno introducuntur si promittant restituere iniustè occupata n.º 620.

Haec est denegandus Assistentibus Regi Gentili ac militibus ex hoc quod dubium consilium iustum ac ita alia sacramenta possunt administrari si dispositi sint n.º 621.

Gentiles non possunt baptizari non eiectis primò è Domo Concubinis n.º 632.

Non licet baptizare filios infidelium si relinquendi sint potestate ipsorum Infidelium n.º 665.

Neque

Neque ob solum motiuum quod baptis=
mus a demone liberat n.º 666
In Baptismo sententium obseruandus
est communis Ecclesiæ usus. 666. A
Idem in administranda extrema Unctione
n.º 669.
Non licet Regularibus Missionariis munus
Patrini in baptismi et Confirmationum
sacramentis subire n.º 741.
Infantes infidelium regulariter non sunt
baptizandi inuitis parentibus tamen
an hoc procedat cum Pater semel consen=
serit ut filius baptizetur, et deinde
dissentit, maxime postquam Ecclesia
vigore Consensus illius filium ob=
tinuit instituendum eumque habeat
in potestate nec est periculum quod
factus adultus à Patre peruertatur
cum non sit ei post baptismum restitu=
endus n.º 785.
Non licet Catholicis professus Hæretico
ministro baptizandas offerre, ne co=
gantur multam soluere Fisco n.º 796.
Papa habet auctoritatem dispensandi
cum beneficiatis hæreticis, ut post
eorum ~~confessi~~ Conuersionem retineant
Beneficia et Vicores quas habent.
Item ut resignent titulos occultè in ali=
quem Catholicum reseruata parte
fructuum uel pensione et se ge=
rant post Conuersionem tanquam
Beneficiatos hæreticos præterquam
in actibus Hæreticalibus.
Non deset tamen Huiusmodi dispensationem
concedere

concedere n.° 5.

Licet Christianis captiuis in Triremibus Infidelium remigantibus ad euitanda uerbera, et mortem praecellere in illa arte, ac gradus quosdam procurare dummodo per huiusmodi excellentiam in remigando non intendant uti contra Christianos n.° 235. 236. 237. 250.

Non licet Christianis captiuis strenuè remigare causa lucri, uel alterius commodi temporalis in Infidelium Triremibus contra Christianos, sed solum possunt remigare et alias actiones indifferentes facere ob metum mortis. Nam in casibus illicitis non solum mortaliter peccant sed incidunt in excommunicationes cum Infidelibus contra Christianos auxilium praestent n.° 250.

Catholici qui infideles in bello iuuant etiam contra Christianos quos in dictis bellis capiunt in seruitutem retinere n.° 266.

Fideles à fidelibus in bello etiam iusto capti non fiunt serui capientium, sed remanent penes eos ut obsides donec pecunia se redimant aut ab alijs redimantur n.° 266.

Possunt tamen fideles emere Christianos ab Infidelibus captos, non possunt tamen apud se retinere uti mancipia, sed quasi pignoris loco, donec per operum praestationem

pretium

pretium compensent aut alijs modis sol=
uant seu restituant, n.º 267
Idem est dicendum de filijs captiuorum
siue natis sint penes eos quorum captiui
sunt eorum Parentes siue captiui fue=
rint cum eisdem parentibus, uel cum
eisdem empti n.º 268.
Non licet fidelibus huiusmodi captiuos, eorumq.
filios uendere Infidelibus, qui non
sunt Dni eorum, et iniquissima est
huiusmodi uenditio n.º 269.
Neque licet eosdem captiuos fidelibus
uendere, possunt tamen ipsos cedere
alijs fidelibus accepto pretio pro eis
soluto n.º 270.
Vide excommunicatio.
Catholici ritus Graeci degentes in Insulis
maris Aegei comprehenduntur sub
Censuris sedi Aplicae reseruatis in eo
quod attinet ad executionem Bullae
Cenae, et alijs aeque generalibus
possunt tamen excusari ex aliquo capi=
te ut Ignorantiae n.º 289.
Cum Catholicis, qui uiuunt in Concu=
binatu cum Mulieribus Graecis ut
plurimum et quas etiam desponsant
more Iuuarum ne possint moles=
tari ab Episcopo uel Parocho pro=
cedendum est iuxta sacros Canones
et Cons. Trid. dummodo sit uere con=
cubinatus n.º 281
Potest conferri in Oratorijs priuatis et fi=
ne Mitra, sola tantum adhibita stola
n.º 40.

N.º 40.

Episcopi latini Infantes seu alios Baptizatos à Præsbyteris Græcis de facto Chrismate consignatos confirment, et tutius videtur ut cum cautela et sub conditione id faciant N.º 304.

Episcopi tenentur renouare olia sacra et vetra comburere, et anteneantur hoc facere in casu penuriæ Oleiuide dub: N.º 823. 824. vide Papa.

Regulares non possunt eligere Conseruatores sua priuilegia defendendi causa, si Epus vult animaduertere censuris in illos, qui uti Parochi muria parochialia obeunt sine eius approbatione N.º 431

Neque si Epus eis præcipiat ut decreta aliqua Consilij Tridentini obseruent in casibus in quibus per ipsum Consilium subijciuntur Jurisdictioni ipsius Epi. N.º 439.

Neque in casu quo Episcopus Juris ord.e seruato procedit aduersus Regulares in prædictis casibus N.º 440.

Constitutio Regorij XV. afficit omnes Regulares, et proinde ad illius præscriptum sunt eligendi Conseruatores N.º 441.

Si Regulares grauati ære alieno non elegerint Conseruatores ad præscriptum d.æ Constitutionis, conueniendi sunt coram ord.ri loci N.º 444.

Non tenentur tamen Regulares Conseruatores

assumentes dare Cautionem coram ordinario de Iudicio sisti, et Iudicatum soluendo n.º 444.

Non licet ipsis ad Conseruatores recurrere in Cautis Iuriu Cathedralium decimarum n.º 446.

Conseruatores tenentur ante exercitium Commissionis Electionis documenta exhibere ordinario sub pœna nullitatis actuum n.º 451.

Facultas concessa eligendi Conseruatores Societati Iesu à Greg.º 13. non suffragatur ubi non adsunt Iudices Synodales, quoad hoc ut Societas non teneatur ex illis eligere Conseruatores n.º 463.

Creditor Census ultra fundum super quo constituitur pro sua Cautione pignus accipere potest, dummodo non sit rei fructiferæ eoque Creditor non utatur, et excipiantur Casus ex Bulla Pij. V. in quibus obligatio pignoris exstinguitur n.º 41.

Non potest pacisci in Censu ut infra certum tempus liceat Creditori pecuniam datam repetere quia habet speciem malitiæ et usurarum uide plenè dubijs cum responsionibus n.º 42. ad 44.

Et multò minus contrahere cum Conditione repetendi pecuniam, quandocumque placuerit Creditori, n.º 43. 76. n.º 103.

Non licet Mercatoribus Christianis inpundere

et

et mensura mercium recipere Turcas collusione facta cum publico ponderatore Turca N.º 106.

Ratione mutui immediatè et præcipuè nihil accipi potest ultra sortem principalem; si verò aliquid accipiatur ratione periculi probabiliter imminentis, quod dicitur de Chrisanis Sinensibus, non sunt inquietandi dummodo habeatur ratio qualitatis periculi, et probabilitatis eiusdem, ac servata proportione inter periculum, et id quod accipitur N.º 195.

Clerico in locis Gentilium qui non habent Patrimonium et sine titulo sunt promoti possunt mercaturam exercere pecunias suas Mercatoribus dare, et cum ipsis societatem inire ad sustentationem propriam dumtaxat, modo tamen contractus sit licitus, et tantum solum impendant quantum honestum Patrimonium constituant N.º 807.

Festa ex generali præcepto S. R. E. indicta observari debent à Latinis in Oriente uniformiter.

In festis verò ex devotione, consuetudinibus Regionum, ex quibus Latini sunt oriundi deferendum dummodo Sancti quorum festa celebrantur sint coninazati vel à S. R. E.

recepti

recepti n.º 93.

In Diœcesi et Ciuitate Tadrensi potest celebrari quotannis cum officio anniuersarius dies translationis corporis S. Simeonis Iusti n.º 110.

Armeni non possunt celebrare quædam festa extra dies præscriptos et receptos apud Latinos, et Græcos n.º 127.

Aristiani Ainenses obligantur festa seruare eo modo quo obligantur Indi Occidentales iuxta dispositionem Pauli 3.ⁱˢ quoad numerum dierum n.º 193. n.º 212.

Tenentur Indi ad obseruantiam illorum festorum quæ sunt de præcepto iuxta Calendarium Romanum n.º 220.

Licet iisdem diebus festis facere opera seruilia casu quo ab ipsis sibi abstineantur quo Aristianis agnoscerentur, et persecutiones incurrerent secluso tamen scandalo n.º 222.

Græci existentes inter Latinos dies festos de præcepto eiusdem Ecclesiæ seruare tenentur n.º 325.

Facultas concessa Missionariis dispensandi in 2.º et 3.º intelligitur coniunctim, ita ut in secundo solo dispensare non possint n.º 80.

Circa dispensationes Matrimoniales cum Græcis qui habent prohibitionem usque ad gradum septimum

seruanda

seruanda est decretalis Innocentij 4.i ad legatum Lippri N.o 92. 98.
facultas dispensandi in tertio et 4.o pro Missionarijs comprehendit casum mixtum cum 3.o et 4.o N.o 105.
Sedes Aplica nonquam concedit dispensationes ad Matrimonia celebranda catholicorum cum schismaticis et Graecis, nisi cum Clausula ut prius haereticus fiat catholicus et iuret in catholica fide se uicturum et in ea moriturum N.o 145.
Super disparitate cultus conceditur grauibus ex causis in singulis casibus, in quibus dispensandum erit, et in locis tantum ubi sunt plures Infideles quam Christiani et contrahentes Matrimonium possint libere remanere absque contumelia creatoris N.o 169. et 217
Pro dispensationibus Matrimonialibus nihil potest recipi N.o 180. 790. 791.
Quando conceditur in Matrimonijs contrahendis cum haereticis ponitur Clausula dummodo prius iugalis haereticus abiuret haeresim, permittatque uiuere usque mortem in catholica religione. N.o 260.
facultas dispensandi in 3.o et quarto simplici et mixto pro matrimonijs contrahendis non intelligitur de 3.o simplici

plici ab unico stipite futuris spon=
sis communi minusque de 2.° et 3.° gra=
du à communi ~~sp~~ stipite. Sed tantum
intelligitur de tertio et 4.° simplici
nullatenus cum 2.° n.° 393.

Inferior nullomodo potest dispensare aut
alterare permutare legem sui su=
perioris n.° 420.

Facultas dispensandi in Matrimonijs
conceditur Missionarijs in utroque foro
ubi non sunt Episcopi, ubi vero exis=
tunt in foro interiori tantum n.° 424.

Gentiles plures Vxores habentes post eorum
conversionem, et Baptismum quam
ex illis maluerint, si etiam ipsa fide=
lis possunt retinere. nisi prima voluerit
converti n.° 427. ubi per extensum
de huiusmodi casibus, et de Matrimo=
nijs infidelium.

Superiores Regulares non possunt dispensa=
re super interstitijs et extra tempora,
suos Religiosos n.° 435. quomodo illi=
gatur facultas dispensandi in 3.° et 4.°
et in secundo et in 3.° n.° 556.

Colloquia et disputationes publicæ
Catholicorum cum hæreticis aliquando
sunt licitæ cum scilicet spes habe=
atur maioris boni, et concurrant aliæ
conditiones quæ à Theologis recensen=
tur n.° 165.

Sedes Aplica frequenter prohibuit colloqui=
a et disputationes ~~et~~ cum hæreticis,
et impediuit. si vero non possunt impediri
curandum

curandum ne fiant auctoritate Apostolica et fiant per viros doctos qui possint defendere veritates Catholicas, gentiliter tamen à publicis disputationibus abstinendum n.º 166.

De rebus fidei locis est prohibita, Sacerdotes verò nisi sint valdè periti ex consilio debent se ab ea abstinere excusando se bonis verbis ac praetextibus de quibus in casu n.º 244.

Missionarij debent se abstinere à disputationibus inutilibus ac Neophytis n.º 731.

Cum haereticis circa Dogmata prohibentur. 1

Idem de congressu Catholicorum cum Schismaticis n.º 813.

Episcopi habent facultatem et Ius exercendi S. Officium ubi non sunt Inquisitores n.º 31.

Non possunt visitare limina Apostolorum deputando Procuratorem Laicum cum substituendi aliquam personam idoneam ad visitationem faciendam n.º 108

Contrarium potest sustineri ibidem.

Graeci ritus uniti sunt veri Episcopi non obstante quod in eadem Civitate in qua sunt Epi, sint etiam Antistites Latini ritus n.º 132.

Episcopus Ragnthi non potest licitè assistere Laudo Graecorum seu acclamationibus quas faciunt in Ecclesia Cathedrali Latina aliquoties in anno pro Papa et pro Patriarcha Constantinopolitano n.º 131.

N.º 131.

Publicaturi sua edicta in Ecclesia Regularium non tenentur petere licentiam publicandi, et affigendi ea in eadem Ecclesia a Superiore Regularium N.º 147

An Metropolitæ Ruthenorum Unitorum teneantur petere pallium de Corpore B. Petri sumptum uide N.º 160.

Ritus Græci consecrati ab Epo schismatico, et hæretico sunt Validè sed illicitè consecrati N.º 173.

Nec sunt iterum sub Conditione consecrandi sed sequendum præscriptum Brevis Pij 4.i Ibidem.

Quænam sit Iurisdictio Episcoporum et authoritas in Ecclesijs Patronatibus Laicorum. N.º 522.

Prohibitio facta Episcopis sac. Congnis. de propaganda fide de exercendis Pontificalibus extra suas Diœceses extenditur ad omnia loca etiam extra fines Europæ N.º 550.

De Dotatione Episcopatuum in partibus Infidelium, et de Promotione dotantium uel nominatorum à dotantibus an possint licitè fieri N.º 595.

Sede Metropolitana vacante Episcopus senior potest supplere N.º 787

Extincto Capitolo, et uiuente Vicario ipse habet Iurisdictionem in Epatu N.º 825.

Vicarij Aplici in locis Vicariatuum non habent eandem Iurisdictionem quam habent Ordinarij in suis Diœcesibus. N.º 838.

n.° 838.

Item administrare Sacramentum Confirmationis absque Mitra et Pluuiali n.° 40.

Ad Episcopos spectat Verificatio, et publicatio Breuium et Constitutionum Apostolicarum in Indijs Orientalibus n.° 840

Possunt uisitare Ecclias, sed respectu Regularium Missionariorum earum in ijs quæ concernunt Curam animarum et Sacramentorum administrationem n.° 841.

Cæteras facultates concessas in Regulares Vicarijs Apostolicis Signarum uide in Breuibus Clementis 9.i et X.i

De Episcopatibus in Indijs Orientalibus, et Jure patronatus ad illos pro Regibus Portugalliæ vide Scripturam.

An possint eligi Episcopi qui deinde nominent alium Episcopum ad regendam p.m Episcopi Ecclesiam. n.°

Percussores notorie Clericorum etiam Diaconum et Schismaticorum, uel denunciati incidunt in excommunicationem Canonis. Item de alijs quicunque rationabilem causam extraxerunt ad Tribunal Turcarum et sine denunciatione n.° 291.

Regulares tenentur seruare interdictum locale, et non recipere ad communionem Ecclesiæ excommunicatos ab Ordinario n.° 544.

Pœna excommunicationis imposita Regularibus extrahentibus Eleemosinas et

Legata

Legata pia a Prouinciis Belgijcum=
prehendit Secularem Clerum dictarum
Prouinciarum, qui proinde non potest ac=
ceptare legata quae ad ipsius fauorem
facta fuerint.

Item sub praedictis Censuris comprehen=
duntur donationes Causa mortis N.º 561.
62. 67.

Non licet Missionarijs praetextu aquiriendi, et
consecrandi uiam ad legem Dei seminan=
dam uel augendam ferre bellica
Instrumenta ad loca Infidelium
N.º 743.

Neque Mercatores Catholici praetextu
Mercaturam suam commodè faciendam 744.

Ecclesiastici non possunt in Terris Infide=
lium bombardas fundere et docere is=
tas artes infideles uel esse Architec=
tos pro Castellis alijsque munitionibus
construendis neque in eiusmodi se in=
gerere N.º 746.

Poena Excommunicationis imposita impe=
dientibus accessum ad Missiones in Indias
Orientales cumprehendit impedientes
exercitium earundem Missionum N.º 815.

Non licet neque Episcopus in lon=
gissimis itineribus ferre secum Eu=
charistiam N.º 319.

Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum
quod pro infirmis à Praesbyteris Graecis
asseruatur singulis octo diebus
aut saltem 15. restouetur N.º 305.

Non asseruetur idem Sacramentum toto
anno, et si asseruatum fuerit saltem
in

in fine anni sumatur Ibidem.

Tollatur abusus tundendi vel eam miscendi sacro oleo ac iterum coquendi vel exsiccandi species sacram.ti feria 5.a Cœnæ Dni ut deinde asseruent ibidem.

Non licet Missionarijs celebrare missam in domibus Infirmorum pro administranda Eucharistia Infirmis N.o 551.

Amplia cum periculum mortis urget, sed viaticum occultè deferri potest N.o 552

Quando autem nec publicè, nec ~~publicè~~ occultè deferri potest, tunc licet vel in domo infirmi, vel in viciniori si locus decens sit ne infirmus viatico privetur N.o 551

Concessæ Missionarijs per Bullam Jubilæj anni sancti non suspenduntur N.o 10.

Non est ab ipsis petenda licentia pro non suarum facultatum ab Epis schismaticis, quia clausula de petenda licentia intelligitur de Episcopis catholicam Communionem cum S. R. E. habentibus. N.o 85.

Si vero arbitrentur esse catholici et tanta sit certitudo eorum rectæ fidei, ut omnem schismatis, et erroris in illis partibus vigentis suspitionem excludat petenda est Ibidem N.o 86.

Idem dicendum est de Parochis schismaticis N.o 88.

Possunt Missionarij uti suis facultatibus extra loca Missionum suarum in itinere, in casu necessitatis tantum, et utantur facultatibus per modum declarationis

rationis non autem nouæ concessionis
n.º 286.
Si coguntur eundo ad suas missiones mo=
rari in locis extra suas missiones ubi
sunt Parochi constituti possunt Christia=
nis administrare ea que Parochus
potest n.º 547.
Amplia sine licentia in casu urgentis
necessitatis n.º 548.
An facultates pro conuersione Indorum
fuerint reuocatæ per Consilium Trid:
et Constitutionem Gregorij 13. n.º 560.
Concessæ Præfectis missionum easdem
communicandi Socijs intelliguntur solum
de missionarijs approbatis à Sac. Cong.ne
non autem de illis Religiosis qui in so=
cios missionariorum à Præfecto assig=
nantur n.º 804.
Catholici degentes inter hæreticos non pos=
sunt ob periculum vitæ, vel ammis=
sionis bonorum occultare catholicam
fidem n.º 59.
Verbum Crucis neque ad tempus occultan=
dum est etiam ad euitandum scanda=
lum Infidelium et cuiuscumque pru=
dentiæ prætextu, sed oportet sine eru=
bescentia doceri, et prædicari Christi non=
solum posteriores glorias sed etiam passi=
ones n.º 140.
Apostatæ reuersi ad fidem tuta consci=
entia possunt omnem habitum
indistinctè differre nationis discre=
tiuum, dummodo non sit protestatiuus
falsæ Religionis donec habeant oc=
casionem transfugendi ad fideles,
nec

nec proinde sunt arcendi à susceptio=
ne Sacramentorum, si propositum
habeant profitendi fidem quando
Juridicè de illa interrogentur n.º 226.
Graeci credere tenentur etiam à filio
Spiritum Sanctum procedere, sed non
tenentur pronunciare nisi subesset
secendalum, aut necessitas postula=
ret confitendi fidem Catholicam n.º 318.
Si Armeni, Liburni repugnant emittere
professionem fidei in S. Officio faci=
ant hoc coram uno ex Missionarijs
n.º 406.
Christiani urgente necessitate non pos=
sunt veram religionem simulare,
et exterius Idolatriam fingere n.º 624.
Dum in odium fidei praecipitur ut
templa evertantur Christiani non
possunt tali ruinae cooperari, vel
manus executivè imponere n.º 634.
Si Magistratus Gentilium in Ecclijs Chris=
tianorum affigant Scedulas in fidei in=
famiam Christiani eas tenentur auffer=
re, etsi ad Judices delati super facto
interrogentur, tenentur fidem veram
profiteri n.º 639.
Non licet Catholicis ne perdant Dignitates
cum haereticis Coenam sumere ad eorum
Ecclesias convenire, et eorundem ri=
tus observare etiamsi sint animi cum=
positi quod praed.ª tanquam quid
profanum sentiant n.º 797
Catholici non possunt arma, aut alia
instrum.ta vendere haereticis quibus sci=
unt eosdem haereticos contra Catholicos
usuros

n.º 34.
Distingue circa intentionem et scientiam certam uendentium, et præcisam necessitatem uictus eorumdem uendentium, et denique si emptores possint eisdem armis contra Gentiles et Piratas.
Congregatio dec la rauit licere dummodo non constet de abusu contra catholicos n.º 143.
In facultatibus concedendis absoluendi ab hæresi, et legendi libros prohibitos apponenda est clausula nequouis quæsito colore, aut prætextu, etiam se informandi hæresis detur ut sic facilius eas confutare ualeant, audeant hæreticorum contiones audire nec eorum ritibus interesse n.º 280.
An liceat permittere hæreticis permissionem exercitij hæretici publici in perpetuum et pro negatiua uide dub. fol.
Episcopi possunt communicare etiam in diuinis cum hæreticis, et schismaticis non denunciatis per extrauagan Martini V. 116. §. nec obstat
Fideles Japonij non possunt ut periculum mortis uel exilij euitent Altaria uel templa Idolis fabricare, aut eorum fabricæ cooperari n.º 33.
fabricare templa, uel Altaria Idolis et Idola conficere sunt actiones intrinsece malæ et ordinatæ ad falsum Deorum cultum n.º 142.
Ideo non licet Christianis ea conficere
uel

uel cooperari ad ædificanda templa Maximè si Princeps uel tota communitas Infidelium fieri præcipiat templum, uel Idolum uel si scandalum adsit ubi supra.

Christiani Sinenses possunt contribuere pecunias expendendas in sacrificijs et Demoniorum Infidelium Idolatrijs dummodo huiusmodi contributiones non intendant ad actus Idolatricos et superstitiosos concurrere præmissa præsertim protestatione quod imposita tributa præstant in ordine tantum ad populi licentiam, et ad actus indifferentes, uel Cultui Religionis Christianæ non repugnantes N.° 198.

Christianis non licet actus publicos Cultus aut reuerentiæ tribuere Idolis prætexta, uel intentione Crucis quam uel manu gestant uel in Altari inter flores abscondunt N.° 199.

Isdem non licet fictè uel exterius assistere sacrificijs in honorem Progenitorum, neque eorum deprecationibus aut quibuscumque ritibus superstitiosis Gentilium erga ipsos, multò minus licet circa præfata ministerium aliquod exercere, N.° 202.

Amplia etiamsi in prædictis actibus intendant solum defunctis illam reuerentiam exhibere, et illa offerre acsi ijsdem uiuentibus exhiberent et in memoriam tantum progeniturae et

generationis

generationis nec possunt praemissa sal=
uari siue per appositionem Crucis, siue
per absentiam Gentilium siue per in=
tentionem actus de se illicitos, et su=
perstitiosos ad Cultum ueri Dei diri=
gentem N.º 203. N.º 215. 216.
Nec licet habere tabellas defunctorum
suorum Gentilium in uero prop.º et
Altari maioribus dicato multo minus
deprecationes et sacrificia eis offerre
licet occulta et ficta intentione N.º 204
Sacrificia omnia praeterquam soli Deo
sunt illicita. Cultum Demonum et
Idolorum relinquendum et quaecumq.
huiusmodi Cultum concernunt sunt fal=
sa et Christianae fidei repugnantia
N.º 206.
Non licet Christianis orare et sacrificia
facere Deo pro suis Defunctis si uerè
in sua infidelitate decedunt N.º 209.
Nulla prudentia aut praetextu diffe=
renda est doctrina Passionis Christi
post Baptismum, sed omnino praemit=
tenda.
Ad actualem uero praedicationem Chris=
ti Crucifixi non tenentur Sacerdotes
in singulis concionibus, sed ad proponen=
dum uerbum Dei, ac Diuina Ministe=
ria N.º 210.
Insignia apud nationem Brachmanu
in India Orientali cum sint ex sua
institutione stemmata Nobilitatis po=
liticae et si ex errore gentilitio adiunc=
tas habent superstitiones quibus adhi=
bentur

bentur, et referuntur ad Cultum Idolorum permitti possunt seperando ab eis superstitiones n.º 539.

Non licet Christianis in China adesse festiuis acclamationibus, quas Idolatrae tempore Clypsis soli uel Lunae solent emittere n.º 618.

Nec adesse prostrationibus alijsue Caeremonijs quibus certis temporibus Idolum uenerantur n.º 619.

Non possunt licitè tribuere nomen Angeli Custodis cuidam Idolo, quem genium uocant et occupatum credunt Infideles in Custodia Urbium n.º 623.

Non possunt extemè cum Gentilibus coram Idolis prosterni, omnes Caeremonias interiori cordis humiliatione uero Deo et Cruci in Altari Idolorum colocatè referentes num.º 626.

Nec in eodem loco gentilium sacrificia et deprecationes pro felici Regimine euentu fieri solitas simul cum alijs obseruare animo Idolum contemnentes et actiones huiusmodi ad Deum ordinantes n.º 627.

Nec accendere festiuos ignes quos Gentiles in commemorationem animarum quotannis ordinant n.º 628

Obsequia quae a Gentilibus Confucio siue Magistro exhibentur si sunt merè politica possunt permitti Christianis si Religiosa nequaquam 630.

Christiani tenentur docere Sijnas ueritatem sacrificiorum, et manifestare eorum errores n.º 631.

Christiani non possunt licitè obedire legi

quae

qua præcipitur ut transeundo ante cuiusdam Idoli templum in eius uenerationem et Cultum ab Equo descendant nº 633.

Christiani non possunt Idolum reuereri etiam non ut est falsa Diuinitatis representatio sed ut prætio æstimatum nº 635.

Non possunt licitè exeqijs adesse cuiusdam Elephantis In comitatione tamen feretri et in sepultura, si interueniunt actus Apostatici et superstitiosi non possunt comitari. si Ciuiles tantum possunt 636.

Cæremoniæ quæ sub nomine sacrificij à ritualibus Gentilium præscribuntur sunt illicitæ Christianis 638.

Non licet genua flectere ante statuam Confucij siue Magistri in Cina Candelas accendere nº 646.

Nec quascumque Cæremonias facere in sui uenerationem tanquam superstitiosas 648. 649.

Et plura de sacrificijs et Cæremonijs d.i Confucij ibidem uide usque fol

De Cæremonijs quas adhibent Chinenses circa suos Defunctos et Cultu quem eis exhibent, an permitti debeant Christianis et quæ tolerari possint uide plura 691

Non licet Missionarijs adire Idolorum Templa, et coram illis genuflexis recitare horas Canonicas eo magis si conspiciantur à Fidelibus nº 735.

De supradictis dubijs uide etiam scripturam fol.

Episcopi

Episcopi Ruteni uniti cum Ecclesia Catholica possunt dispensare cum suis subditis inseruientibus Anis Latinis ut dum in eorum seruitio permanent seruent Ieiunia Latinorum a festa celebrent iuxta Kalendarium Gregorianum n.o 3. licet Papa possit dispensare cum Latinis familiaribus et domesticis Episcoporum Ruthenorum ut possint circa Ieiunia, et festa uiuere circa Victus Rationem adeuitandam incommoditatem, et alijs de causis non expedit, et fuit denegata huiusmodi facultas Episcopis Ruthenis n.o 103.

Ad ieiunium obseruandum tenentur Christiani Chinenses, et hoc eis est à Missionarijs enunciandum. Attenta uero Regionum et personarum qualitate est locus dispensationi alias concessæ Indis à Paulo 3.o a.o 163.

Licet Christianis Indis in Ieiunijs extra Quadragesimam uesci ouis et lacticinijs nisi adsit consuetudo in contrarium. In Quadragesima uero item licet, si alijs cibi non suppetant, ad explendam famem et reficiendas uires sine graui sumptu et incommodo n.o 204.

Denegata Licentia Christianis in Quadrino uescendi carnibus tribus primis diebus anni noui Lunaris quando ueniunt in Quadragesima, uel diebus prohibitis

cum

cum hæc solemnitas nihil habeat Ecclesiæ nec aliquod Christianæ fidei ministerium repræsentet n.º 276.

Tolerandus est apud Græcos usus carnium die Sabathi ubi sine scandalo fieri potest in locis tantum ipsorum et inter eos tantum n.º 321.

Item tolerandum ut ad ieiunium die Sabathi in quadragesima non teneantur excepto Sabatho sancto sed dumtaxat ad abstinentiam n.º 322

Rustici operam suam locantes Hæreticis non possunt commedere cibos prohibitos die veneris et Sabathi, neque cum protestatione, si eorum Dni cibos illos vetitos parant servis Catholicis in contemptum Catholicismi, si vero non in contemptum sed ratione Œconomiæ id faciunt, et alij cibi non suppetunt in ea necessitate possunt commedere cum protestatione, dummodo non inveniant alios Dominos, qui sinant illos servare Ecclesiæ præcepta n.º 368. e 369.

Tolerandi Armeni Liburni, ut ibi observent ieiunia sua iuxta ritum Latinum dummodo scandalum evitetur n.º 401.

Omnes superstitiones Gentilium circa Jeiunia, quæ a baptizandis exiguntur sunt abrogandæ, nec Jeiunia superstitiosa facienda sunt, nec continuanda n.º 699.

De dispensatione à Jeiunijs pro Chinis vide num.º 700. 701. et de superstitionibus varijs Chinensium cum responsionibus per totum usque ad fol.

Missionarij

Missionarij in Locis ubi oleum non inuenitur possunt ad libere lacticinia tempore quadragesimæ et alijs diebus Jeiunij per annum nº 811.

Concessæ Monachis et Regularibus à Paulo V. comprehendunt Monachos Ruthenos unitos nº 5.

Sedes Aplica nunquam agnouit, et approbauit grana, seu globulos, quæ de Sta Joanna dicuntur, nec eorum assertas Indulgentias nº 26.

Circa nouas promulgendas Indulgentias a Regularibus seruanda est dispositio Concilij Tridentini sess.e 21 c. 9. de ref. non obstantibus priuilegijs Regularium ibidem num.o 27.

In Jeiunijs, in Jubileijs indictis dies sabathi comprehensus, vel præscriptus in aliud diem pro Græcis permittitur commutari nº 303.

Bulla Cruciatæ non potest publicari in locis Indiarum Orientalium Regi Portugalliæ non subiectis nº 572. 598.

Qui acquirunt Bullam Cruciatæ in locis Portugalliæ Regi subiectis possunt frui illius priuilegio etiam in Locis eidem Regi non subiectis præterquam priuilegijs esus Carnium et Lacticiniorum nº 572. 573.

Christiani captiui Caupones possunt locare cubicula secretiora Infidelibus etiamsi probabiliter credant illa requiri ad usum Sodomiæ dummodo eo animo non locent nº 240.

Alia resolutio est quod non licet huiusmodi cubicula Locare illis abusuris ad scelus

tam

tam maximum causa Lucri, sed ~~sed~~ solum
ad excitandum aliquod graue malum mortis
scilicet, mutilationis, uel verberum n.o 851.
Qua ratione communicare possint Catho-
lici cum Infidelibus, et in quibus casibus
non liceat uide n.o 851.
De signis Infidelium, an sint, et quo pos-
sessiua uide fol.
Exemplum dispensationis, in Irregularitate
et homicidio uoluntario perpetrato in per-
sonas Turcarum cum Presbyteris ordina-
tis num.o 6.
Episcopi iuxta facultatem a Jure com-
muni sibi concessam dispensare ualent
cum Irregularibus ex aliquo uitio cor-
poris celebrationem Missæ non impedien-
te per uiam declarationis, quod prædi.
uitia non sint talia, quæ à celebratione
missarum eos arceant num.o 16.
Dispensatio concessa Sacerdoti seculari
exercendi artem medicinæ cui operam
antè Sacerdotium dederat, ita tamen
ut huiusmodi exercitium medium sit, et
non principalis scopus, quem conuenit
esse Missionarijs Ministerium gratis
suam operam præstet, et à Spontè
dantibus nihil recipiat ultra suam
necessariam sustentationem num.o 60.
Alia dispensatio concessa Sacerdotibus
Parochis super irregularitate in-
uiolationis Censurarum prouenientis
et ex Parricidio, hoc est ex nece pro-
priorum

priorum filiorum. ex Concubinis conceptis
non obstante Concilio Tridentino, quod lo=
quitur de promouendis, non de promotis con=
ditionibus adiectis, quod parricidia sint
occulta, et spiritualibus Parochianorum
necessitatibus aliter prouideri nequeat n°. 61.
Missionarij in casu necessitatis licitè mederi
possunt, nec indigent dispensatione. extra
casum necessitatis pariter possunt cum con=
ditione quod sacerdos sit peritus in arte
medicinæ gratis eam exerceat, absque
incisione, et adustione, et in loco ubi degit
non sint medici Laici Vide plura de hac re
num°. 159.
Cum sacerdotibus Græcis Irregularibus maxi=
mè ex homicidio agendum ut cum Latinis
Irregularibus vid.t dispensando, si adsit
facultas, vel remittendo ad habentes facul=
tatem num°. 190.
Bigamia sacerdotibus, et Diaconis Nestorianis
est prohibita num°. 258.
Alumni Collegiorum Pontificiorum qui vel
ab hæresi sunt conuersi, vel sunt hæreti=
corum filij si promouentur ad ordines
sacros, indigent dispensatione pro Irre=
gularitate contracta ab hæresi n°. 390.
Per Deos sensibiles ad quod præstandum ob=
ligantur Christiani, ne cum sacerdotibus
Catholicis communicent, est inualidum nec
licitè possunt hanc fidem præstare etiam
sub periculo vitæ num°. 518

Alumnorum

Alumnorum Collegiorum Pontificiorum quando et quomodo obligent Alumnos, et multa circa declarationem prædicti Juramenti vide num. 563. usque ad 567.

Cum Catholicis habitantibus cum hæreticis conviviendum circa usum Kalendarij veteris donec sonus Religionis meliorem sufficiat formam num. 14.

Idem dicitur in Locis ubi non reperiuntur alij Latini quam Missionarij etiamsi in usu Kalendarij veteris possit contingere ut Pascha celebretur ante plenilunium immediate post vernale Æquinoctium contra Decreta Concilij Nicen. Primi num. 86.

Habet etiam Locum in Moldavia per concilentiam tolerandum, si non potest introduci usus novi Kalendarij (n. 10). 399. 405.

Translatio Concilij Tridentini de lingua latina in alias Linguas est prohibita et iterum prohibenda num. 77.

Si non adest periculum durioris persecutionis Missionarij possunt confutare libros Infidelium fidei Catholicæ detrahentes dictis et scriptis; si adsit periculum, sustineantur ad tempus et negative se habeant num. 640.

Non licet Missionarijs nec Christianis libros nostræ fidei tradere Gentilibus id percipientibus num. 641.

Imagines

Imagines uerò sanctorum possunt donare Infidelibus, si non adsit periculum conculcationis, et ad effectum conseruandi pacem cum eis et alliciendi ad fidem n.º 640

Ex dispensatione possunt solemniter celebrari etiam temporibus à sac. Cons.º Trid.º prohibitis iusta interueniente causa n.º 9.

In Japonia in præsentia duorum testium ualidè contrahuntur non obstante decreto Concilij Tridentini si tamen in loco ubi contrahuntur uel in vicino ad quem sine periculo accedi non possit Parochus uel alius sacerdos non existat ab Episcopo deputatus num.º 11.

In præteritum in eadem Insula contracta sine Parocho sunt ualida dummodo saltem cum duobus testibus celebrata fuerint. Vide an Papa possit dispensare supplendo defectum illius substantialis solemnitatis num.º 13.

Coniuges fideles non possunt ob alterius Coniugis reditum ad Infidelitatem aliud matrimonium contrahere cum fideli num.º 35.

An initationes Matrimoniorum Clandestinorum factæ à Metropolita Ruthenorum Vnitorum sustineri possint et an tolerari a Papa n.º 62. 63. 64.

Sacerdotes Diaconi et Subdiaconi Caldei non possunt contrahere Matrimonia quia prohibita sunt tam in Ecclesia Occidentali quam Originali n.º 65

An Cælibatus Sacerdotum sit Iure diuino introductum

introductum an uero Iure humano n.º 68.
Cælibatus Ecclesiasticorum est à Iure positiuo introductus, et deinde circa illum Papa non solum potest dispensare et tolerare contrarium sed etiam consuetudine huiusmodi Ius de Cælibatu abrogari potest n.º 99. per tot.
Decretum Concilij Tridentini non comprehendit Ecclesiæ Orientalis Ecclesicos quia hæc uotum continentiæ non admittit Ibidem.
In Ecclesia Occidentali et Orientali huiusmodi Cælebatus est antiquitus, et Matrimonia à Constitutis in Sacris sunt illegitima secundum magis communem opinionem Distingue Ibidem.
Indi Poligami qui cum suis Vxoribus conuertuntur ad fidem, et baptizantur tenentur dimittere omnes Vxores præter primam si in Matrimonio illius nullum intercenit Impedimtum iuris naturalis uel positiui conditi ab eorum Principe num.º 100.
Si uerò Matrimonium cum prima non fuit consumatum, Papa in eo potest dispensare sicut dispensat in Matrimonio rato fideliu Ibidem
Si uero fuit consumatum post Baptismum non potest dispensare iuxta communem Ibidem
Si ante Baptismum an Papa possit dispensare uide Ibidem.
Non est Causa sufficiens dispensationis conuersio Polygami, qui alias nullo modo sit conuertendus Ibidem.

Matrimonium

Matrimonium Latinorum transeuntium ad effectum ad ritum Graecum et hoc ritu celebratum an teneat N.º 119. ubi plura pro utraque parte et negatiuam amplexa est Congreg.º usque ad numerum 121.

In Vrbe Constantinopolitana seruanda est forma decreti Concilij Tridentini de Matrim.º attenta obseruantia in dicta Ciuitate Decreti subsecuta per quam inducitur praesumptio publicationis ipsius Decreti n.º 122

Non potest licitè contrahi inter Catholicos et schismaticos, et dispensatio non est concedenda, quamuis in loco non reperiantur Catholici inter quos copulari possint num.º 123.

Quando est ligitimè celebratum, non potest concedi Licentia iterum contrahendi etiamsi Coniuges capti sint, et impossibile sit cum primis Coniugibus amplius copulari N.º 129.

Cum sit indissolubile, non dissoluitur si alter ex Coniugibus factus fuerit Turca N.º 130.

In Causis Matrimoniorum inter Catholicos et haereticos per uiam exhortationis potius quam Censurarum esse procedendum declarauit Cong.º S. Officij num.º 154.

Catholici qui ob bellum uel negotium se transferunt in longinquas partes et reuertentes reperiunt Vxores suas cum Turcis matrimonio iunctas nec illas recuperare possunt nisi fiant Mahumetani non possunt alias Vxores ducere num.º 157.

In Locis in quibus Decretum Concilij Tridentini de reform. Matrim. non fuit publicatum

licatum in Parochijs intelligibili Idiomate seu nunquam receptum et in usu positum uel ipsius memoria prorsus perierit valida sunt Matrimonia contracta coram Parochijs ordinatis seu institutis ab illo, qui se intrusit in Diœcesim, et contracta coram sacerdotibus Catholicis sed institutis Parochijs ab eodem intruso Item coram alijs Sacerdotibus factis schismaticis et demum contracta absque ullius Parochi præsentia n.º 177.

Si uerò in ijsdem Locis fuit publicatum, et receptum, et fuit in usu tunc si in ea regione aderant Parochi legitimi uel Missionarij, et accessus ad eos erat facilis, et tutus, et Matrimonia non fuerunt contracta coram ipsis sunt inualida si uerò non aderant, ut supra stante impossibilitate sunt valida, si facta sunt saltem coram testibus Ibidem.

Reualidatio Matrimonij inualidi secreto coram Parocho, et Testibus sine publicatione noua est Legitima n.º 179.

De Matrimonijs Japonum qui ab antiquis temporibus Vxores liberè repudiant, aliasque ducunt nulla cognita perseuerandi obligatione an sint ualida num.º 182.

Qui in propria Parochia Consilij decretum circa Matrimonia audiuit potest in alijs locis in quibus non est publicatum Decretum sine Parocho Matrimonium contrahere

modò

modo non fiat in fraudem 158.

Publicatio Decreti Concilij est necessaria in singulis et solis Parochijs 158.

Publicatio sufficit iam facta nisi non accedant Populi, et Incolæ, et pro eis nouæ erigantur Parochiæ fol.

Matrimonia irrita in Casu, de quo in dubio mulierum hæreticarum Maritos Catholicos habentium possunt tolerari quamdiu fuerit aliqua spes Conuersionis, et nullum subuersionis periculum, ita tamen ut proles catholicè educetur num.° 255.

Non licet contrahi à Catholicis cum hæreticis uel Schismaticis ob scandalum ob periculum Conuersionis, et educationis prolis in hæresi uel Schismate et ob Sacrilegium quod in profanando Sacramento committitur n.° 260.

Assistere Matrimonijs quæ contrahuntur inter Catholicos, et hæreticos non licet Missionarijs quacumque de Causa num.° 288

Contracta in Locis in quibus non sunt sacerdotes mutuo consensu cum pacto illa ratificandi in faciem Ecclesiæ quando erit copia sacerdotum sunt uera matrimonia neque potest permitti ut cum alijs contrahatur num.° 284.

Inter Coniuges Græcos dirimi quoad uinculum nullo modo possunt. num.° 315.

Non potest permitti ut Catholici contrahant matrimonium coram Prædicante hæretico et in Templis hæreticis sub forma

Accipio N.

Accipio N. in Coniugem coram hac sancta Communitate num.° 355.

Qui contraxerunt coram tali Communitate pro sancta Cognita, ac denuò petunt coniungi coram Parocho Catholico, possunt et debent coniungi antequam pœniteant Ex Charitate tamen sunt monendi Catholici ut interius pœniteant, et si fieri potest prius confiteantur, et imponatur aliqua pœnitentia salutaris num.° 356.

Qui verò contraxerunt coram Parocho Catholico monendi sunt ne compareant coram Prædicante et Populo Hæretico, ad contrahendum cum supradicta formula

Vbi Decretum Concilij non est publicatum in Parochia valent Matrimonia contracta absque observatione formæ a Concilio præscriptæ num.° 363.

Publicatio præsumitur ubi id Decretum fuerit aliquo tempore in Parochia tamquam Decretum Concilij observatum ibidem num.° 364.

Hæretici ubi dictum Decretum est publicatum tenentur talem formam observare et propterea ipsorum etiam Matrimonia absque forma Concilij quamvis coram ministro Hæretico, vel Magistratu loci contracta sunt irrita ibidem n.° 365.

Vbi constat Decretum Concilij esse publicatum, vel aliquo tempore observatum sed Parochialis Ecclesia caret pp.° Parocho,

nullusque

nullusque alius sit ibi, qui vices Parochi vel Episcopi suppleat, Matrimonium valet absque pntia Parochi adhibitis saltem duobus testibus num.° 396.

Si extent Parochus vel Epus et uterque metu hæreticorum lateat, nec sit tutus accessus validum est Matrimonium contractum absq. dicta forma adhibitis duobus testibus n.° 363.

Quando constat esse invalidum, Coniugatus Catholicus non potest admitti ad sacram.ta quatenus vero dubitetur de invaliditate tunc examinandæ sunt causæ invaliditatis num.° 372.

Si quis transierit ad secundas nuptias viv.te p.a Coniuge etiam in captivitatem redacto, neque sit spes eius reditus, neque est notitia de morte Coniugis Matrimonium est invalidum, neque potest permitti q.a concurritur ad peccatum Adulterij, et Poligamiæ num.° 374.

Quid servandum quando de morte nec vita Coniugis potest quidquam certi audiri, nec est modus quærendi inter Barbaros, nec alter Coniux vult vivere viduus, et est periculum ne transeat ad hæreticos num.° 378.

Coniugia inter Catholicos et Schismaticos non possunt permitti nisi præmissa abiuratione facienda a Schismaticis, vel saltem professione fidei ante Matrimonium num.° 380

Est in potestate Coniugis Catholici cohibitare cum Infideli Apostata vel se ab ipso separare

separare, prout periculum perversio=
nis, et contumeliae Creatoris exegerit n.° 388
Catholici Matrimonio iuncti coram Parocho, et
Testibus si coram Ministro haeretico versus
contrahant ad evitanda damna peccant
mortaliter, quatenus Minister assistat
uti addictus sacris, secus si uti Minister
politicus num.° 396.
In impedim.to publicae honestatis Justitiae
proveniente ex sponsalibus validis,
quod non ~~ex~~ excedit primum gradum et
in alio quod provenit ex Matrimonio
rato, quod extenditur ad quartum gradum,
id servari debet in dispensatione, quod
geritur in gradibus consanguinitatis n.° 557.
Impedim.tum Criminis non contrahitur per
solam promissionem, vel solam Copulam
carnalem viv.te altero Coniuge absque
promissione sed requiritur Copula cum
promissione de contrahendo. Dispensa=
tio tamen non ~~cond~~ conceditur, si alter con=
trahentium machinatus fuerit in morte
alterius Coniugis num.° 558.
Matrimonium Gentilis cum prima Uxore
est verum Matrimonium licet non ita per=
fectum ob defectum sacram.ti, sicut est
inter fideles n.° 604.
Si est consumatum ante susceptum Bap=
tismum, potest dissolvi, si Infidelis non
vult cohibitare cum converso ad fidem,
si Conversus non possit cum Infideli cohi=
bitare sine contumelia Creatoris, si con=
versus

uersus contrahatur ad peccatum mortale ubi s.a num.o 605.

Causa Conuersionis non iudicatur sufficiens ad dispensationem sed requiritur alia grauis et urgens num.o 606.

Et quando debeant se gerere Missionarij in his casibus uide num.o 607. 608. 609.

In Matrimonio Gentilis cum p.a uxore post baptismum consumato non potest dispensari num.o 6011.

Si Coniugati usta de causa uolunt ingredi Religionem ibique profiteri, non sufficit si uxor ingrediatur conseruatorium profitendo castitatis votum, donec maritus uiuit num.o 617.

Probatio de statu libero debet esse Juridica n.o 622

Non licet Gentilibus factis Christianis in Matrimonijs contrahendis superstitiones admiscere num.o 670.

Inter fideles et Infideles, non contrahatur, q.a nullum ex hoc est remedium, ne sic contrahentes ad gentilitatem redeant num.o 671.

Impedim.ta prænarrantur in dubio, et quæ obseruantur ab Infidelibus in China non sunt dirimentia num.o 672.

Non possunt Græci dare filias eorum in matrimonium hæreticis num.o 771.

Numquam dissoluitur quidquid prætendant Græci schismatici num.o 774.

Quoties impotentia temporalis fuit per errorem iudicata perpetua, et ratione illius dissoluti Coniuges, et alio matrimonio coniuncti Matrimonium primum subsistit, et secundum est irritum, quia primum

non

non dissoluitur uigore sententiæ, sed uig.
causæ, quæ si non stat manet sacramentum
num.º 778.
Consumatum nulla humana potestate dis=
solui potest ibidem.
Raptus importat vim, quæ ubi non interue=
nit non est uerè raptus ut si adducatur
puella uolens et consentiens.
De Matrimonio dissoluto per impotentiam
triennalem et proinde iudicatam perpe=
tuam, et postea reintegrato per Copulam
subsecutam V. dispensatio.
Sacerdotes Carmelitæ Discalceati dum exis=
tunt Missionarij in Perside habent
facultatem celebrandi Missam in lingua
Arabica, dummodo ritus Latinus in ce=
lebratione retineatur et commissale Rom.º
in lingua Arabica in Urbe translatum
et semel tantum singulis diebus in unaquaq.
illius Regni Ecclia in præd.ta lingua
celebretur num.º 4.º
Denegata fuit eisdem Eiusmodi licentia
celebrandi lingua Armena quia per talem
facultatem summopere Ecclesiarum
Communicatio cum Ecclia Rom.ª impe=
ditur num.º 37.
Ordinarij Locorum ex dispositione consilij
Tridentini non possunt prohibere, ne
Regulares peregrini in Ecclesijs suorum
Ordinum Missas celebrent absque eorum
licentia num.º 17.
Nec concedi debet Ordinarijs facultas fa=
ciendi

ciendi huius modi prohibitionem nisi concurrat frequentia casuum cum negligentia non corrigibili suorum superiorum Regularium num.° 19.

Declaratur hoc intelligendum esse quoad Regulares peregrinos, qui in loco ubi vult fieri prohibitio Ecclesias suorum ordinum habent. caeterum quod Regulares non habentes Ecclesias suarum Religionum concedenda est ordinarijs eos prohibendi, ne sine eorum licentia sacrum celebrent num.° 19.

Missionarij non debent sacrum facere in Ecclesijs in quibus simul haeretici sua profana et sacrilega exercitia habent, sed peragendum esse in privatis domibus super Altaribus portatilibus num.° 45. 89.

Prohibitum est sacerdotibus Catholicis divina celebrare in Ecclesijs schismaticorum, nam quamvis Altaribus diversis utantur tamen propter Ecclesiae identitatem est communicare cum schismaticis num.° 46.

Missionarij in Siria loco telarum linearum Bombicinas telas possunt adhibere in Amictis, Camisis, et Corporalibus num.° 74.

Potest concedi licentia celebrandi Missam Ritu Latino in Idiomate Tengiano, vel Armeno si est medium ad coventendendos Populos potissimum num.° 83.

Concilium Tridentinum prohibet solum

Missae

missæ celebrationem in Lingua vulgari ibidem
missæ pars quæ dicitur Cathecumenorum
quia est instructiva potest omnibus Po=
pulis Lingua vernacula concedi si ibi non
sit usus Linguæ latinæ vel Græcæ ibidem
Sacerdotes ritus Græci Ecclesiæ latinæ v=
niti non possunt in Ecclesijs ritus Romani
irrequisito Episcopo missas cum suis solem=
nitatibus, et cantu celebrare num.º 96.
Potest tamen Episcopus licentiam concedere
etiam absque necessitate si aliqua spiri=
tualis utilitas probabiliter speretur num.º 97
Faltas concessa Episcopis Nationis Jacobi=
tarum celebrandi in vrbe missam ritu
Chaldaico cum missali Maronitarum et
una ex Liturgijs quæ in eodem missali fu=
erunt a Sede Aplica approbatæ dum=
modo o leum non adhibeant in materia Eu=
charistiæ num.º 111
Non est permittendum Armenis ad unionem ve=
nientibus ut cum solo vino sacrificium mis=
sæ peragant, quia licet mixtio aquæ non
sit de necessitate sacram.ti sed tantum de
præcepto miscetur tamen ex traditione Apos=
tolica et ideo nullo modo permitti debet huius=
modi ritus sacrificandi num.º 124.
In Ecclesijs Catholicorum ab hæreticis occupa=
tis missionarij possunt sua exercitia con=
tinuare num.º 134.
Non est permittendum Catholicis ut diebus
festis missam audiant a sacerdotibus schis=
maticis in eorum Ecclesijs attenta carentia
sacerdotum

Sacerdotum Catholicorum, et hoc ob pe=
riculum peruersionis, nam hoc casu non
tenentur præcepta Missam audiendi n.º 168.
Licet celebrare Missam in Regnis Sy=
narum. capite cooperto ex speciali pri=
uilegio Sedis Aplicæ num.º 275.
In Missa pro absolutione et purificati=
one in Regnis Chinæ potest adhibere
aqua ex carentia vini num.º 285
Possunt Missionarij Regulares celebrare
Missam in Sacraris uel in alio loco decenti
intra Monasterium ad id destinato n.º 500.
Altaria portatilia adhibeant Græci si
uolunt ea accipere ab Episcopis Lati=
nis sin minus tolerentur throni super
Altaria lapidea ponendi cum celebrant
num.º 305. uer. si Græc.
In Missa Armenorum Liburni non possunt
Sacerdotes Armeni orare pro eorum Pa=
triarcha quia est Scismaticus n.º 400. 404.
Regularibus ui priuilegiorum non licet
in suis Ecclesijs tribus uel 4.r Eorisante
diem Missam celebrare num 436.
Neque in eorum Ecclesijs possunt permittere
Sacerdotibus Sæcularibus celebrationem Missæ
absque eo quod sint approbatæ eorum di=
missoriæ num.º 438.
Ad celebrationem Missæ non admittatur Sa=
cerdos in Ecclesijs Regularium nisi prius
obtinuerit Licentiam ab Ordinario celebrandi
num.º 544.

num.º 544.
Sacerdos in sua Ecclesia missam celebrans
non tenetur differre celebrationem donec
in Ecclesia Parochiali missam Parochus ce=
lebrauit num.º 568. et sequitur.
Missam nullomodo licet celebrare uel mandare
aut permittere super nauibus quia omnino
est prohibitum.
Metropolitanus renitente Episcopo suffraga=
neo et Parocho non potest concedere licen=
tiam celebrandi missam in Parochia sacer=
doti nullum Jus ad Parochiam habenti n.º 786.
In facultatibus missionarijs concessis adest
quod singulis secundis ferijs non impeditis
officio nouem Lectionum uel ijs impeditis die
immediatè sequenti celebrando missam
de Requiem liberando animam à purga=
torij pœnis per modum suffragij per diem
immediatè sequentem illig.r dies martis ita
ut si eodem die non potest celebrari missa
de requiem priuilegium exspirat pro tota
hebdomada num.º 803.
Licet celebrare missam ex priuilegio in China
tribus horis ante auroram urgente aliqua
causa de quo in dubio num.º 808.
Licet celebrare in Tunchino prout in China ca=
pite cooperto, pileo tamen non communi eiusq.
coloris cuius sunt param.ta num.º 816.
Regulares mer.res Cõnules non obtinent a S.
Cong.e Lauream Doctoratus nisi per in=
tegrum sex ennium in Missionibus insec=
uierint num.º 571.
Interrogati a Rege Gentili an uelint in suo
Regno

Regno remanere data fide quod fidem Catholicam non promulgabunt, non possunt licitè id promittere num.º 734.

Possunt ire ad Indias Orientales per quascumque vias sibi bene visas num.º 818.

Negotiatio Per modum mutationis possunt Missionarij loco pecuniarum secum ferre aliquam speciam ad loca missionum etiam spe lucri num.º 288.

Resolutiones dubiorum factæ a sancto Officio, et Cong.ne de Propaganda fide non mittantur tanquam diffinitiones sed tamquam simplices instructiones quibus in occurrentibus dubijs gubernari valeant et debeant num.º 382. A.

Missionarij quicumque ad Indias Orientales eximuntur à Jurisdictione S. Officij facultas concessa alicui Episcopo faciendi olea sacra cum quatuor aut quinque sacerdotibus etiam infra annum in aliquo die festo num.º 7.

In casu necessitatis possunt consecrari in Oratorijs privatis num.º 38.

Non sunt cogendi Præsbyteri Græci olea sancta præter Chrisma ab Episcopis Latinis Diocæsanis accipere num.º 307.

Data fuit facultas cuidam Episcopo ordinandi Clericos a longinquis partibus absque dimissorijs dummodo huiusmodi facultas fuerit alijs Episcopis concessa num.º 8.

Japonij

Japonij sunt ordinandi ad sacros ordines et ad curam Christianorum Japoniensium mittendi num.° 90.

Vicarius Apticus deputatus in Episcopatibus vacantibus qui non habens capitula non potest infra annum concedere dimissorias pro ordinibus, si ei dein non fuerit specialis facultas per S. A. attributa num.° 95.

Quando liceat Episcopo alterius ritus ordinare Latinos num.° 181.

Idem in Vicarijs ab Episcopis in partibus orientalibus tempore obitus nominatis uig.° privilegij a S. A. eisdem concessi ut sup.a

Clerici in Regno Sinæ prosunt ordinari absque titulo, qui bona patrimonialia sunt in dominio suorum Regum n.° 283.

Sacerdotes Siæi maximè Catholici gaudent privilegio canonis num.° 290.

Ordinati ab Episcopis Schismaticis alicùs rité ordinatis, servata debita forma recipiunt ordinem, sed non exercitium n.° 308.

Idem absolvendi sunt cum pœnitentijs salutaribus, dummodo errores, vel talem Schisma Ordinatoris abjurent, et obtineant dispensationem super irregularitate n.° 309.

Siæi in locis subditis Episcopis latinis sine eorum dimissorijs ad sacros ordines promoti suspensi sunt, et si suspensi in suis ordibus ministraverint, efficiuntur irregulares n.° 311.

Cjus expulsus propter fidem a sua Diœcesi absque spe redeundi non potest suos familiares ordinare extra suam

Diœcesim

Diocesim num.º 616.
An possit mittere ~~litteras~~ Mitras schismaticis Episcopis, et pro negativa responsum quia cum ipsis communicare non licet praesertim per Donum rei, cuius praecipuus usus est in celebratione Divinorum et praesertim missae, in qua celebranda schismatici ut suspensi peccant mortaliter num.º 81
Non comprehendit Graecos, et alios Sedibus Patriarcharum schismaticorum subditos in Bulla Caenae Domini, alijsque constitutionibus Apticis in quibus casus sibi, et Sedi Ap.ca reservat num.º 94.
Limita in materia Dogmatum fidei n.º 94.
Secundo si Papa explicitè in suis constitutionibus faciat mentionem, et disponat de praedictis subditis, ut in casu schismaticorum Bullae Caenae Ibidem.
3.º si implicitè in ijsdem constitutionibus de eis disponat, ut in casibus appellationum ad futurum Concilium, et deferentium arma ad Infideles Ibidem
In casibus autem, in quibus comprehenduntur quoad excomunicationem, non sunt comprehensi quoad punctum reservationis quia apud Graecos nulla est casuum reservatio, et quia subditi praedicti censuris irretiti ad Sedem Aplicam sine periculo vitae, vel magna iactura bonorum accedere non ~~pos~~ possunt num.º 95.
In Litteris Aplicis scribendo ad Episcopos schismaticos potest uti titulo Venter fratres,

fortasse

fortasse quia ritè ordinati sunt Epi. n° 109.
Potest dispensare circa modum et determinationem temporis Jeiuniorum, et festorum quia sunt de Jure positivo num.° 123.
Potest dispensativè duos Epos in eadem Civitate et duos Metropolitas in eadem Prov.ª ordinare, ut videtur in Civitatibus in quibus sunt Populi diversi ritus num.° 123.
Potest dispensare cum Monachis Ruthenis schismaticis ad unionem venientibus, ut si ordinibus sacris initiati non sint, possint ad saeculum redire, et Uxorem ducere sivero in praedictis ordinibus fuerint constituti potest eos secularizare num.° 133.
An possit legitimare extra statum Ecclesiasticum vide dubium cum observat.bus num.° 135.
Potest instituere aliquem in Episcopum Graeci ritus intra limites Patriarchatus Occidentalis, nec debet remitti pro ord.ne ad Patriarchas vel Epos Graecos etiam Catholicos num.° 391.
Non potest probari nec probatur argumento Catholico, sive ex solo sacro textu, aut etiam ex solo decreto alicuius gentis Concilij quod Papa in proponendis rebus fidei infallibilem habeat auctoritatem. Potest tamen probari ex arg.to Theologico sive ex sacro textu, aut etiam ex Decreto alicuius Gentis Concilij mediante aliqua deductione vel consequentia num.° 894.
An possit simplici sacerdoti concedere facultatem conferendi sacramentum Confirmationis, et ex qua causa num.° 850.

Patriarcha

Patriarcha Maronitarum electus seu postulatus præficitur à Papa in Patriarcham num.° 136.

Nominatur Maronitarum Antiochenus sibi num.° 137.

An Patriarcha prædictus, si prius fuerit Episcopus indigeat absolutione a vinculo prioris Ecclesiæ, illaque sit à Papa impertienda, vide pro utraque opinione num.° 138.

Confessio per interpretem non est de præcepto Divino qui tamen volunt hoc modo confiteri non sunt prohibendi sed præcauenda scandala et abusus et monendi interpretes de obligatione ad obseruantiam secreti num.° 77.

Sacerdotibus Orientalibus non licet confiteri nisi facta professione fidei catholicæ fuerint a censuris absoluti ob schisma vel hæresim incursis.

Intellige de sacerdotibus schismaticis num.° 263. — — — — — —

Missionarij absque approbat.ne Vicariorum generalium Diœcesum Indiarum possunt audire Confessiones cum solo consensu Parochorum num.° 285 — — —

Sacerdotes Nestorianalium etiam de licentia reuersi ad catholicam fidem non possunt audire confessiones suorum ordinariorum schismaticorum num.° 395.

Non licet catholicis testimonium frequentationis concionum hæreticalium exhibere prædicantibus ut obtineant sua stipendia, neque ritus hæreticorum obseruare, et nisi

ab

ab ijs abstineant, non sunt dispositi ad Sa=
cramentum pœnitentiæ num.° 371.
Regulares in una Diœcesi ab Episcopo appro=
bati ad Confessiones personarum sæcularium
audiendas non possunt in aliena Diœcesi
huiusmodi Confessiones audire sine
approbatione Epi Diœcesani num.° 447.
Episcopi possunt omnibus Confessarijs u=
nius Monasterij adimere facultatem con=
fessiones audiendi personarum sæcularium
in Indijs verum ab hac generali suspensione
abstinendum est. nisi gravissima sub=
sistente Causa num.° 457.
Possunt procedere censuris contra Re=
gulares si inobedientes fuerint in Confes=
sionibus audiendis in vim Constitutionis
Gregorij XV. num.° 460.
Regulares ab Epo libre approbati ad au=
diendas Confessiones ab eodem Episcopo
suspendi non possunt sine nova Causa
ad Confessiones pertinente num.° 458.
Licentia audiendi Confessiones potest ab
Epo concedi etiam per litteras missi=
vas vel oretenus num.° 461.
Confessarius non potest audire pœniten=
tium dimediatam Confessionem præ=
textu ut omnes Jubileum lucrentur n.° 747.
Regulares electi Conservatores a Monas=
terijs alterius Religionis an possint
ordinarium impedire cum vult re=
movere Regulares in Conservatorijs
comprehensos et a se ad Curam Eccle=
siarum

siarum deputatos, si scandalosi fuerint aut cum finitum fuerit tempus deputationis eorum vide Constitutionem Gregorij XV. circa Conservatores pag. 2. n. 2.

Bulla Adriani 6 pro Regularibus Indiarum quae vocatur omnimoda non possunt in dubium revocari num.° 52.

Non est exorbitans nam Universalitas aliquorum verborum dictae Bullae limitatur ab alijs sequentibus verbis, ita ut non possint eam extendere ad omnimodam Jurisdictionem in utroque foro num.° 53.

Possunt ea uti in Locis Indiarum ubi non sunt Episcopatus erecti, secus ubi sunt creati, et Regulares sunt in locis infradictas dictas ab Epis sine ipsorum licentia num.° 54. 55.

Guardiani Fierosolymitani non possunt uti faultate aliasipsis concessa annullandi Brevia Ap.ca seu illis non parendi num.° 56.

Eisdem non denatur facultas commutandi vota castitatis et Religionis conferendi Sacramentum Confirmationis et faciendi Doctores Sacrae Theologiae n.° 57.

Regulares ut privilegiorum non possunt absolvere a casibus reservatis in Bulla Coenae ab Haeresi n.° 2. 18.

In funeribus quae extra Ecclesias Regularium intra fines Parochialium fiunt, praecedentia debetur Parochis etiamsi defunctus elegerit sepulturam apud

apud Regulares num.° 297.

Episcopi non possunt praescribere Regularibus ut certis tantum in Locis ac temporibus aut certarum tantum personarum Confessiones audiant, vel alia illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere aut moderari si non aliunde eisdem Epis. competat haec facultas quam ex Constitutione Gregorij XV. de exemptor. privil. num.° 302.

Superiores Regulares in eiectione Professorum formam Constitutionis Vrb: VIII praescriptam observare tenentur num.° 428.

Pres Soc: Jesu dimissi post vota simplicia non comprehenduntur in Constone Vrbani num.° 429.

Eiecti extra Religionem degentes sunt perpetuo suspensi ab exercitio ordinis iuxta supradm. Constitutionem Limita in Religiosis, qui vota substantialia simplicia emiserunt in Soc. Jes: tales enim possunt dimitti a Genli, et à votis liberari ex rationabili causa ubi supra vers: adde.

Regulares in Indijs vigore privilegiorum olim ipsis concessorum non possunt processionaliter incedere ultra circuitum propriorum Monasteriorum sine Licentia ordinarij num.° 434.

Regularibus asserentibus habere privilegia

uilegia quo minus obediant Episcopo
ipse non teneatur adhibere fidem absque
exhibitione priuilegiorum num.° 441.
Non licet Regularibus casu quo exhiberent
priuilegia si uerba priuilegiorum sunt
obscura et ambigua recurrere ad Me=
tropolitanum, uel uicinioram Epum
sed pro interpretatione adeundum est
Summum Pontificem num.° 442.
Si Regularis intra Claustra degens ex=
tra ea ita notorie deliquerit ut Po=
pulo scandalo sit, Episcopo instanter
tenetur Superior Regularis illum
punire alioquin sic delinquentem
ab Episcopo puniri potest num.° 450.
Tenentur exhibere Episcopo priuilegia
si eis uti uoluerint num.° 451.
Prædia rustica et Domus in quibus=
cumque uel duo Regulares tantum com=
morantur, non gaudent priuilegio Con=
uentuum num.° 453.
Non potest Episcopus prohibere Re=
gularibus exemptis Matrimonium n.° 454.
Non possunt consecrare vasa sacra
Altaria et similia in quibus unctio
requiritur ubi adsunt Epi n.° 456.
Licet Regularibus audire Confessiones
Infirmorum absque Parochi licentia
monere tamen debent Parochum quod
Infirmum absoluerint num.° 763.

Non

Non creditur Confessario Regulari arres-
tanti in commodum suæ Ecclesiæ
si attestatio sit solius Confessarij n.° 764.
Episcopi non possunt Regularibus pro-
hibere ne fiant Officia et suffragia
anniversaria pro defunctis in Ora-
toriis Regularium dummodo cele-
brentur sine præiudicio Parochorum
num.° 792.
Nec Episcopi possunt cogere fideles
ad officia similia facta in Oratoriis
Regularium repetenda in Oratoriis
Parochorum num.° 793.
Nec eosdem Regulares cogere ut assistant
Officijs defunctorum, quæ fideles
fieri curant in Oratoriis Paroch-
orum 794.
Potest tamen Episcopus prohibere Re-
gularibus, ne in suis Domibus ad pre-
sentiam corporis defuncti quod non
potest absque secutione ad Ecclesia
deferri permittant ut Regulares cele-
brent Officium defunctorum Id debe-
re pro prudentia Regularibus per-
mittere postquam Parochus sum
mum peregit n.° 795.
Non potest prohibere Clericis vel Laicis
ne accedant ad Oratoria Regularium
vel ea frequentent aut in ijs celebrent
num.° 796.

Missionarij

Missionarij Cappucini ex dispensatione Sedis Aplicæ possunt uti pecunia cum equo in itinere, et in Locis Missionum si ita necessitas urgeat et quoad contrectationem pecuniarum dummodo non possit haberi copia fidelis Syndici num.° 810.

A suis Generalibus rigore privilegiorum missi in Angliam cum facultatibus administrandi Sacramenta Parochialia, exercendi curam animarum et dispensationes matrimoniales concedendi non possunt illis uti si à Religione dimissi facti fuerint Sacerdotes sæculares num.° 21.

Nec Rectores Collegiorum Pontificiorum Regularibus dimissis ac Sacerdotibus sæcularibus effectis facultates prædas concedere valent sicut Alumnis suis concedere possunt casu quo præfati Regulares illas non habuerint prius à suis Regularibus num.° 22.

Neque Collegiales qui à Rectoribus illas habuerunt possunt illis uti si à Religione in qua professi sunt dimissi fuerint num.° 23.

In Prædicatione Evangelij et Sacramentorum administratione subijciuntur ordinarijs servata Constitutione Clem.tis VIII et altera Pauli V. num.° 30.

In

In Partibus Infidelium degentes in Conuentibus in minori numero quam duodecim non expedit subijcere Epis num.° 104.

Concionaturi in Ecclesijs suorum Ordinum et Confraternitatum Saecularium tenentur petere benedictionem ab Episcopo Diaecesano qui in uestibus sacris assistit in Missa solemni ibidem per Canonicum saecularem caelebranda n.° 146.

Non possunt Reg.es Confessarij absoluere tempore Jubilei interdictum ab Epo solemniter, eique sacram Communionem praebere antequam iuret de non contra faciendo in posterum, et soluat penam incursam n.° 148.

Commissarij pro sanctis Locis possunt salua Regula quaestuare, pro sanctis Locis nummos bona immobilia Census redditus Item comitari pecunias, quae mittuntur ad Guardianum illasque portare ut securius deferantur num.° 152. 153.

In ijsque spectant ad Curam Animarum subijciuntur Jurisdictioni Episcopi secus in alijs num.° 430.

Proinde possunt Episcopi in concernentibus Curam Animarum visitare Ecclesias Parochiales ~~in~~ sub Cura Regularium n.° 431.

Potest Episcopus interdicere Regularibus administrationem Sacramentorum et munus praedicationis, eosque punire si sine

sua

sua approbatione Confessiones audiant, et absque Licentia Conciones faciant n.º 448.

Si Episcopo Constat Licentias non fuisse obtentas potest praecipere Regularibus, ut donec exhibeant, ut à tali Monasterio abstineant etiam irrequisito Provinciali num.º 449.

An possint impediri quo minus Elemosinas à Populo ubicumque congregato petant num.º 602

Debent observare decreta Sac. Congregat.nis de propaganda fide sub poena privationis vocis activae, et passivae n.º 814.

De Controversijs inter Regulares in Japonia pro administratione Sacramentorum cum declarationibus num.º 852.

Tenentur exhibere Vicarij Apostolici Patentes suae missionis num.º 831.

Jisque uti non possunt nisi obtinuerint Licentiam ab Episcopis num.º 832.

Possunt cogi in Locis missionum ab Episcopis ad exercendam Curam Animarum n.º 833.

Item ad reddendas rationes executionem pios. Legatorum quorum facti sunt Executores num.º 834.

Non possunt Ecclesias aperire sine licentia Episcoporum num.º 835.

Mahumettanus qui prius erat Christianus deinde reversurus est ad Catholicam Religionem potest licitè retinere bona quae industria sua licitè acquisivit in aliquo Officio publico inter Infideles nec indiget condonatione Pro illicitis vero si certè sint personae illis facienda

est

est restitutio, si verò ignota posse per
Papam condonari num.º 158.
filij hæredes vsurariorum tenentur à
Patribus ex vsuris illicitè acquisita
restituere certis quidem Dominis si certi
sunt, sin minus iuxta Regulas à Doc=
toribus traditas num.º 197.
Qui captiui ~~in~~ iniustè detinentur ab ~~Catho~~
Infidelibus possunt à Dominis par=
ticularibus accipere sine iniustitia quan=
tum sufficit ad congruam sustentationem
etiam pro sufficientia redemptionis ab
illis vel ab alijs ex interpretatiua Licen=
tia Principum Christianorum, quo
casu neque furtum, nec usura est
num.º 230. et 247.
Fideles absque nosca mortali, et onere
restitutionis possunt bona Christianorum
à Pijratis rapta emptione, uendi=
tione, donatione, aut alio quocumque
Legitimo titulo sibi accipere et in pro=
prios usus conuertere, non obstante quod
sint in bello iniusto capta num.º 231.
Amplia si Pijratæ bona illa suscipiant
spe lucri ex uenditione ipsis fide=
libus facienda. alias non furaturi
licet peccare possint Christiani ex
complacentia super furto rerum per
Pijratas Christianis sublatarum n.º 232
Fideles captiui qui sine iussu Dominorum
sine pp.ª uoluntate et lucri gratia adeui=
tandum

tandum graue damnum, et ad necessariam sui conseruationem operas suas locant infidelibus in fabricandis nauigijs et alijs operibus, non peccant, nec tenentur ad restitutionem aliquam dummodo nullum intendant Christianorum damnum n.° 233

Non licet fidelibus captiuis in ministerium Cauponæ ascitis ab Infidelibus aliquid suffurare, licitum tamen est à præcipuis Dnis Cauponæ tantundem surripere, quantum arbitrio boni Viri sufficit æquale mercedem debitam laboribus suis num.° 241.

Ritus Græci non sunt trahendi ad ritum latinum sed sufficit si Rom.ª Ecclesiæ incorporentur iuxta Decreta Concilij Florentini num.° 46.

In Præcedentia Episcoporum non attenditur diuersitas ritus Græci, et Latini sed tempus Promotionis eorum et ideo Episcopos Græcos præcedere debere Epos latinos si antè illos ad Dignitatem fuerint promoti Epalem num.° 96.

Catholicis latinis degentibus in locis Orientalibus non licet uiuere iuxta ritus Orientales num.° 73.

Schismatici qui cupiunt uniri cum Eccl.ia Catholica, sed nolunt aut non possunt ob manifestum uitæ periculum se separare à ritibus, et Cæremonijs suarum

sectarum

sectarum, quae suos haeresiacos pub.co
cultu venerantur non sunt recipiendi nisi
ritus expurgentur num.o 90.
Potest tolerari ut Latini in Locis ubi soli Graeci
degunt se accommodent ad ieiunia, et festa
Graecorum in locis tamen Latinorum aut ubi
promiscuè habitant Latini et Graeci, nullo
modo licet tolerare ut Latini more Grae=
corum vivant num.o 23. ad 3.
Licentia transeundi de ritu latino ad Grae=
cum est prohibita, valet tamen argumentum
a contrario num.o 121. ad 1.
Ritus Armenorum consecrandi sine aqua
involvit haeresim mone phissitarum
de una tantum in Christo natura n.o 124.
Non possunt Armeni intrisagio quo utuntur
addere verba qui passus est pro nobis
per rationes in dubio propositas n.o 125.
Symbolum fidei Nicenum non potest adhi=
beri diversum à latina et Graeca versione
dubium extitit pro Armenis vide rones
num.o 126.
Denegata Licentia sacerdoti Maronitae
celebrandi latino ritu num.o 44.
Item negata licentia sacerdotibus Etio=
picis ut missam Etiopicam latino ritu
celebrent, sed ab ijs servandam Liturgiam
sub Paulo 3.o pro usu nationis illius emen=
datam num.o 155.
Catholici non possunt ritibus uti Infide=
lium in orationibus, si protestativi sint
Infidelitatis

infidelitatis, si indifferentes tutius estillos prohibere Catholicis ne cultu peregrino, et Catholicæ Ecclesiæ ignoto Deum verum venerentur num.º 265.

Maritus latinus Vxoris Græcæ ritum non sequatur Latina Vxor non sequatur ritum mariti latini quod si fieri id non possit, quisque Coniugum in suo ritu Catholico tamen permanere permittatur Proles sequatur Patris ritum sin prævaluerit mater latina num.º 316.

De ritibus Græcorum qui tolerari vel non tolerari possunt videndum Litteræ Innocentij 4.i ad legatum Cypri, ut in Bullario.

Concessa licentia Archiepo Diarbergensi ritus Caldaici celebrandi missam suo ritu in Ecclesijs Vrbis Comistali Maronitarum n.º 407

De Ritibus Græcorum in Civitatibus Italiæ et eorum correctione num.º 407.

Armeni in Calicem consecrandum debent admiscere aquam num.º 415. et 416.

An mutatio panis fermentati in Azimo in natione Maronitarum facta sit valida n.º 420

Concilium Gle et Papa non solet mutare ritus et consuetudines Ecclesiæ universales sine legitima causa

Panis Azimus et fermentatus est vera et realis materia Sacramti Eucharistiæ ut ex Concilio Florent. ubi supra.

Armeni non possunt transire ad ritum latinum num.º 554.

Non licet facere aliquam mutationem ritus Armenorum aut innovatio in eodem ritu contra unionem ab ipsis facta exqua=

uis

uis causa absque licentia Sedis Aplicæ
num.º 555.
Potest permitti Abissinis usus communionis
sub utraque specie nec sunt inquietandi n.º 612
Non est eisdem toleranda quocumque prætextu
circumcisio, et contumaces sunt arcendi a
communione num.º 613.
Nihil innouandum cum ipsis circa celebra=
tionem Paschæ nisi aliquid interueniat
quod sit in contemptum religionis et fidei
num.º 614.
Neque est eisdem permittendum prædicatio
unius tantum naturæ quamuis ex duabus
permanentibus compositæ in Xpo. n.º 615.
ubi plura notabilia.
An ritus cuiusdam Ecclesiæ in qua sacerdo=
tes celebrantes in Azimo missali latino in
Græcum translato non utuntur, sed Liturgijs
Græcorum Patrum aliquibus ex ritu latino
mutuatis possit dici latinus ritus et pro
negatiua num.º 86.

Sacerdotes latini non possunt in districtu
Prouæ Patriarchæ Maronitarum audire
Confessiones, nec aliàs argtã administrare
aut uerbum Dei prædicare suis subdi=
tis sine eius consensu et Licentia n.º 48.
Mulieribus Christianis matrimonio spontè
uel ui cum Turcis copulatis non sunt ad=
ministranda sacramtã quia cum in
perpetuo concubinatu et consequenter in
peccato mortali existant, ad sacramtorum
participationem non sunt admittendæ
num.º 65

num.º 65.

Regulares non missionarij tenentur se subiicere examini ordinariorum et approbationem ad audiendas confessiones secularium ab illis obtinere debent.

Si verò non sunt missionarij administratione sacramentorum Parochialium debent obtinere licentiam Epi. vel Parochi si ibi existant num.º 116

Idem habet locum pro Cappellanis oratorum Principum Catholicorum num.º 118.

Mulieres Turcis matrim.º coniunctæ non sunt capaces sacramentorum nisi prius essent Vxores Christianorum, qui postea abnegata fide Christiana factæ sunt Infideles num.º 156. 162.

In articulo mortis nemini sunt deneganda ~~fe~~ verè pœnitenti num.º 171.

Extra articulum mortis an administrari debeant mulieribus, quæ occasione matrimonij ad ritum græcum transierunt, et in eo persistere volunt num.º 172.

Fideles monendi sunt de præcepto Ecclesiæ omnes obligantes ad annuam confessionem, postquam ad annos discretionis pervenerint num.º 176.

Christiani Sinenses tenentur semel in anno ad sumendam Communionem, quo verò ad executionem tempore statuto, hoc est in Paschate intelligitur, nisi legmum adsit impedimentum, aut grave periculum

immineat

immineat, Curandum tamen ut quamprimum communicent num.° 193.

Non possunt administrari Uxoribus infidelium quia cum eis non consistit matrimonium, cum Schismaticis vero quia matrimonium valet licet peccatur in contrahendo poterunt administrari dummodo Uxores vivant Catholicè num.° 264.

Sacerdotes Nestoriani deinde Catholici ordinati à vero Epo cum fiunt Catholici non habent Jurisdictionem ab Epis Schismaticis, sed in casu necessitatis habent in Ecclesia; si autem non sint ordinati à vero Epo cum non sint Sacerdotes, nullo modo habent num.° 351.

In locis ubi est liberum et publicum exercitium catholicæ Religionis non conceditur missionarijs facultas administrandi sacramenta parochialia nisi cum clausula, si in ijs locis non adsunt Epi aut Parochi, et si adsint de eorum licentia num.° 421.

Ubi autem non est liberum, sed secretum, servetur idem quo supra in sacramentis Baptismi, matrimonij et extremæ Unctionis excepto casu necessitatis respectu baptismi et extremæ Unctionis, et quoad matrimonium in locis tantum ubi non est publicatum Concilium cætera sacramenta possunt ab ipsis administrari absque prædicta clausula num.° 422.

In Locis verò in quibus exercitium tam publicè

quam

quam secrete prohibitum habent fa=
cultatem missionarij pro sacramtis pa=
rochialibus cum clausula, si facilis et
absque periculo erit accessus ad ordina=
rios aut Parochos, vel etiam absque
huiusmodi clausula num.° 423.

Competit Episcopo jus approbandi Parochos
regulares ad sacramtales confessiones au=
diendas, et cætera munia Parochialia
exercenda num.° 431.

Regulares non possunt administrare sa=
cramta parochialia, absque ordinarij
vel Parochi Licentia famulis, cæterisque
mercenarijs sæcularibus in suis prædijs,
vel Domibus sitis intra limites Parochialium
num.° 454. et 549.

A quibus Parochis administranda Smirnæ,
et quibus nationibus, et de privilegijs Ora=
torum Principum Catholicorum, eorumq
familiaribus et adherentibus

Schismatici licet schismaticos suis mercibus
spoliare per navigia armata Christia=
norum, donec restituant loca sancta Hie=
rosolymitana mediantibus Turcis occupata
et de represalijs num.° 113.

Non licet sacerdotibus prius schismaticis, de=
inde conversis in officio Divino proferre
nomina Dioscoris Nestorij Eanimo invocandi
sanctos huius nominis, vel tanquam nomina
indifferentia, in interiori autem eos detes=
tantes num.° 360

De erroribus schismaticorum Giorgianorum,
qui

qui sunt Populi ribus graci cum responsio=
nibus pro instructione Missionariorum vide
num.o 465.

De Ritibus Graecorum et eorum controver=
sijs cum Curia Romana et responsionibus
D. Hilarij.

Corpora Defunctorum sub Altari sepelirinon
possunt, si qua hactenus ibi reperiantur,
sepulta alio transferri oportet, saltem
extra Aram, et interea in eiusmodi Altari
non est celebrandum num.o 72.

An ex oblationibus funeralibus, quia in ho=
norem sepultorum in Parochiale fiunt
aliqua portio debeatur Regularibus
num.o 601.

An per gestationem simplicem Habitus re=
gularis in hora mortis fiat facta elec=
tio sepulturae, at in Curia regula=
rium num.o 600.

Regulares possunt construere novas se=
pulturas rationales in suis Curijs &
in praeiudicium parochialium et absque
licentia ordinarij num.o 801

Cadaver peregrinorum non possunt sepe=
lirii in Curijs Regularium, nisi constet
eorum voluntate num.o 802.

In Synodis particularibus habendis circa
schismaticis pro eorum unione non est
agendum de materia Dogmatum, quia
pertinent solum ad concilia generalia, et
menica maximè quando Controversia de=
finita sunt per alia Concilia

Si

Si Capitulum reductum est ad unum vel tantum
membrum, hoc potest sede vacante per se
solum eligere Vicarium dummodo non eligat
seipsum num.° 992.

Votum. Monachorum schismaticorum est simplex,
quia superiores schismatici carent omni
Jurisdictione, et ideo nequeunt accipere
ad Professionem num.° 133.

Missionarij non possunt dispensare cum co-
litis facultatibus, quae eis conceduntur
in simplici voto castitatis nisi expresse
hoc fuerit in eisdem concessum n.° 191.

De votis Castae distantum in China, quae
emittunt in manibus Regularium an teneant,
an possint commutari praeiudicent iuris-
dictioni Episcoporum in ipsos catechistas
num.° 826. ad 8 Iq.

De voto Jesuitarum circa praelaturas n.° 448



Quidam Canonici hæretici cupiunt fieri Catholici sed quia Uxores habent, et per conuersionem Canonicatus ammitterent et consequenter uitæ subsidijs carerent quæritur

1.° An possint et debeat cum eis dispensari ut Canonicatus post conuersionem retinere possint et quatenus negatiuè respondeatur

2.° An possit eis concedi ut resignent titulos occultè cum reseruat.ne fructuum uel pensionis in aliquem Catholicum habilem et post resignationem se gerant tamquam Canonicos præterquam in hæreticalibus actibus ad effectum ut possint fructus percipere et sibi retinere, uel diuidere cum habente titulum si pensio reseruata fuerit.

Ad quæ dubia cum omnes Cardinales quoad potestatem Papæ affirmatiuè respondissent quouero ad honestatem, et decentiam dispensationis petitæ negatiuè SS.mus mandauit, ut cogitaretur modus quo honestè et sine scandalo Canonicorum saluti et indigentiæ consuli possit, quia tunc dispensationem petitam libentissimè concederent in Cong.ne de Proponenda fide 5. gmbris 1666. num.° 3.

An Regulares electi Conseruatores à Monasterijs alterius Relig.nis iuxta Bullam Pij V.i possint Vicarium Patriarchalem Constantinopolitanum impedire, cum uult remouere Regulares in Conseruatorijs comprehensos et à se ad Curam Ecclesiarum deputatos, si scandalosi fuerint, aut cum finitum fuerit tempus deputationis eorum

fuit Responsum transmittendam Constitutionem à Greg.° XV. circa Conseruatores editam, qui per eam omnis difficultas sublata est

est Congregat.ne Prop. 10 Januarij 1603 num.o 3.

3.o An praxis, qua Episcopi Rutleni reniticum subditis latinis Dnis inservientibus dispensant, ut dum in eodem servitio permanent, possint festa celebrare iuxta Kalendarium Gregorianum et si propriam Culinam non habeant, Jeiunia Latinorum servare esset legitima Ss.mus de Concilio et assensu sac. Congreg.nis de Prop.da fide, respondit praxim praedictam quoad causam dispensationis esse legmam, et ideo Archiepis et Episcopis Ruthenis Unitis hanc dispensandi cum suis subditis facultatem praedictam ex causa concessit 1.o feb.rij 1604 num.o 14.

4.o Petentibus fratribus Carmelitanis discalceatis, ut Sacerdotibus sui ordinis qui in Regno Persiae existant, et in futurum existent liceat in Missam in lingua Arabica celebrare. SS.mus in Xpo Pater. et D. N. Urbanus Divina providentia P.P. Octavus auditis Ven. fratrum suorum Sanctae Romanae Ecclia Cardinalium Congregat.nis de Propaganda fide sententijs ad Consolationem Populorum qui in eo Regno Catholicam fidem nuper susceperunt Sacerdotibus praedictis licentiam petitam concessit cum infrascriptis conditionibus videlicet. ut Ritus latinus in celebratione Missarum retineatur et missale Romanum in lingua Arabica litterali translatum in Urbe prius approbetur, et denique ut semel tantum singulis diebus in unaquaque illius Regni Ecclia in praedicta Lingua celebrari liceat, non obstantibus q 17. Aplis. 1604 num.o 6.o

5.o Petentibus Monachis S.ti Basilij sac. Cong. censuit Breve Indulgentiarum et gratiarum concessarum Monachis et Regularibus à fel. rec. Paulo V.o sub Datum Romae 13.o die Martij. 1606. Monachos Ruthenos ordinis

ordinis Sancti Basilij Ecclesiæ Romanæ Unitos comprehendere, et proinde Monachos prædictos præfatis Indulgentijs, et gratijs uti, et potiri posse. easque illis sine ulla dubitatione suffragari. 23. Julij 1624. num.° 11.°

6.° SS.mus Dnus N. propter penuriam Sacerdotum in Ecclijs Epo Albanensi subiectis concessit dispensationem Irregularitatibus ex voluntario Homicidio perpetrato in personas Turcarum cum Præstijteris iam ordinatis.

7.° Item facultatem prædicto Epo faciendi olea sancta cum quatuor aut quinque Sacerdotibus tantum etiam infra annum in aliquo die festo, si tamen necessitas id exegerit.

8.° Ordinandi Clericos a longinquis partibus suarum Diœcesum venientes ad omnes Sacros etiam Præbijteratus ordines in tribus diebus festivis, cum conditione si huiusmodi facultates alijs Epis fuerint aliàs concessæ.

9.° Item Matrimonia celebrandi solemniter etiam temporibus à Sac. Concilio Tridentino prohibitis propter pericula, quæ à Turcis imminere possunt nisi solemniter celebrentur 16 Januarij 1625. n.° 7.°

X.° facultates à sancto Officio Missionarijs concessæ per Bullam Jubileij anni S.ti non suspenduntur, declaravit Sac. Cong. sancti Officij, et fit mentio in decreto 23. Maij. 1625. num.° 5.°

11.° Quoad Matrimonia Japoniæ in futurum contrahenda Sac. Cong. de speciali mto SS.mi D. N. censuit, ut non obstante decreto Concilij Tridentini de matrimonio iam pridem in ea Insula publicato, matrimonia in pntia duorum testium tantum validè contrahi possint, si tamen in loco ubi Matrimonia contrahentur, vel in vicino ad quem sine periculo accedi non possit, Parochus vel alius Sacerdos sæcularis, sive Regularis non existat ab Epo deputatus, cui Epo Sac. Cong.° districtè præcipiendum mandavit,

ut

ut ad maiorem contrahentium commoditatem in diversis Japoniae Locis Sacerdotes Saeculares, vel Regulares constituat cum facultate speciali assistendi matrimonijs

Quo vero ad matrimonia hactenus sine Parocho contracta iussit ut ibi fieri poterit iterum secretò coram Parocho contrahantur ubi verò id fieri nequiverit, dubitatum fuit an Papa dispensare possit ut contrahentes in illis permaneant, quia consensus qui de Jure naturae est suppleri nequit sed dubium fuit ad sequentem congregationem reiectum 13. Junij 1615.

XII. An Regulares vigore suorum privilegiorum etiam per viam communicationis eis competentium possint absolvere ab haeresi Et Cong.o respondit negativè die d.a num.o 5.

13. fuit discursum de matrimonijs Japoniae dubium quod per manus fuerat transmissum, inde licet in Japonia, in qua supponitur publicatum Decretum Concilij Tridentini de matrimonijs fuerunt plura matrimonia contracta sine Parochi praesentia ob penuriam Sacerdotum maximè post persecutionem inchoatam anno Dni 1614 quaeritur An Papa possit in praedictis matrimonijs dispensare supplendo defectum substantialis illius solemnitatis, ita ut contrahentes non teneantur iterum contrahere saltem secretò, praesertim cum difficillimum sit illa matrimonia ferè innumerabilia eo modo revalidare durante praesertim persecutione et post multam disputationem cum per Ill.mum D. Cardinalem Bandinum allata fuisset declaratio sac. Cong.nis Concilij pro Hollandis Zelandis, et frisijs de qua in impressis declarationibus ad c. 1. sess. 24. de Reform: matrimonij Sac. Cong.o censuit per SS.mum D. Nostrum in casibus praedictis esse declarandum Concilium etiam publicatum non obligasse in Japonia et propterea ibi matrimonia

contracta

contracta sine Parocho fuisse et esse valida dummodo tamen saltem cum duobus Testibus celebrata fuerint 27. Junij 1625. num.° 11.

Die 2.ª Julij 1625. In Cong.ne Generali de Propaganda fide pag. 233. SS.mus D. Noster Urbanus Octavus approbans sententiam Sac: Congreg.nis declaravit praed.a matrimonia in Japonia sine Parocho ut praefertur, contracta fuisse, et esse valida iuxta declarationem Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, pro Hollandis Zelandis et Frisijs editam quam declarationem in authenticam formam redactam Sanctitas Sua iussit cum cum Hac Sua in Japoniam mitti.

14. An sit in Rhetia conniuendum cum Catholicis habitantibus cum haereticis circa usum Kalendarij veteris Sac. Cong.° respondit conniueri posse donec status rerum in Rhetia meliorem suscipiat formam 22. Augusti. 1625. num.° 25.

15.° Petentibus Legatis Patriarchae Hierosolymitani Licentiam celebrandi ritu Graeco missam in Ecclia Sancti Atanasij ortum fuit dubium circa Indulgentianum articulum Professionis fidei à Gregorio XIII Graecis praescriptae quia illius Interpres Graecus Indulgentias vocavit remissionem peccatorum et PP. censebant posse rectè Indulgentias remissionis peccatorum vocari, licet per eas tantum poena peccati debita condonetur, et non culpa quae solo sacram.to vel in re suscepto vel in voto deletur, quia passim apud SS.mum PP. et in Sacris Canonibus et ex usu Ecclia Indulgentiae remissionis peccatorum vocantur sed quia à formulis professionis fidei verba aequivoca aliena esse debent, dixerunt de hoc in ~~Cong~~ Cong.ne coram Sanc.te Sua habenda rursus agendum esse 11. 9mbris 1625.

1625. n.º 15.
facultas dispensandi in vitijs Corporis.

16. Sacra Congreg.º censuit Episcopo Vilnensi rescribendum esse et iuxta facultatem à Jure communi Episcopis concessam cum Irregularibus ex aliquo vitio Corporis scandalum populis non generantem laborantes in celebratione Missarum non impediente dispenset per viam declarationis, quod prædicta vitia non sint talia, quæ à celebratione Missarum eos arceant 24. 9mbris 1625. num.º 2.º

17. Die 27. July 1626. Sacra Congreg.º Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit ordinarios locorum ex dispositione Sacri Concilij Tridentini prohibere non posse ne Regulares peregrini in Ecclesijs suorum ordinum Missas celebrent absque eorum licentia.

18. Item non esse concedendam Epo Lacinthi facultatem faciendi huiusmodi prohibitionem, nisi concurrat frequentia casuum cum negligentia non corribili suorum superiorum regularium vide Decretum 14 July 1626. fol. 93.

19. Relata fuit declaratio Sac. Cong.nis Concilij Tridentini ad dubia proposita ab Episcopo Lacinthi P. P. et SS.mo Dno. Nro. approbante, dixerunt declarationem prædictam intelligendam esse quoad regulares peregrinos, qui in ea Insula Ecclesias suorum ordinum habent, cæterum quoad regulares non habentes Ecclias suarum religionum concedendam esse, prout concessa fuit Episcopo præd.º facultatem eos prohibendi ne sine sua licentia sacrum ibi celebrent, 28. July 1626. num.º 23.

20. Sacra Congreg.º mandavi scribi Epo Taponiæ in Macao residenti, ut Taponarios quos necessarios et idoneos esse iudicaverit, ad sacros ordines usque ad Presbytratum inclusivè promoveat, eosque ad curam Christianorum Taponensium animarum

mittat

mittat 11 7mbris 1626. num.o 4.o

21. Vtrum Regulares a suis Generalibus vig.e Apostolicorum privilegiorum in Angliam missi cum facultatibus administrandi sacramenta, et faciendi alios actus parochiales, ac dispensandi in 3.o et 4.o possint illi uti facultatibus, si à Religione dimissi facti fuerint Sacerdotes Seculares.

22. 2.o Vtrum Rectores Seminariorum Pontificiorum Regularibus dimissis ut supra ac Sacerdotibus Secularibus effectis, facultas prædictas concedere valeant, sicut Alumnis suis concedere possunt, casu quo præfati Regulares illas non habuerint prius à suis Gentibus.

23. 3.o Vtrum Seminaristæ qui à Rectoribus Collegiorum Pontificiorum habuerunt præd.as facultates pro Anglia possint illis uti si in Religione, in qua professi sunt dimissi fuerint.

24. 4.o P.P. Societatis Jesu intra tres vel quatuor annos eiecerunt quatuor ex suis, et plerosque illorum ob vitam scandalosam, istique cum facultatibus prædictis curæ Animarum se ingerant, quærit Epus quid agere debeat, nam si illos prohibeat fame peribunt. Si eos toleret curæ Animarum maximum præiudicium inferretur, et præterea Clerus huiusmodi fugitivus brevi replebitur, si tot eijciantur ut factum est intra dictos parecos annos. Sac. Cong.o respondit

Ad primum secundum et 3.um negative.

Ad 4.um censuit negotium remittendum esse arbitrio Episcopi Calcedonensis, ut pro sua prudentia in casibus occurrentibus provideat prout in Dno videbit expedire 11 7mbris 1626. num.o 16.

25. Proponente Ill.mo Dno Cardinali Borgia Didaci Epi Japonensis petitiones videlicet

P.o

P.º quia in Eccl.ia Japonensi his praesertim initijs multa se=
quuntur incommoda, eaque gravissima ex nimis libero et
frequenti usu privilegiorum, quae alicui contineri affir=
mant in quadam Bulla quam dicunt omnimodam, cuius
authoritate in Matrimonio rato, et non consumato, alijsque
similibus sepissime dispensant. Epus Japonensis ut officio
suo et Conscientiae satisfaciat, petit supplicitèr ut à vestra
Sanctitate declaretur quid de illa sentiendum quid te=
nendum ressit.

26. 2.º Similiter, ut non illi Christiani in re gravissima non
decipiantur, petit ut declaret quid iudicandum sit de glo=
bulis illis, seu granis quae de S.ta Joanna dicuntur et à
Christo Dno immediatè benedicta. de quibus tot praedicantur
gratiae, et Indulgentiae, ut vix credi possit eas aliquando
fuisse à summis Pontificibus concessas et confirmatas.

27. 3.º Petit insuper, ut propter pacem, et tranquillitatem illius
novae Eccl.iae, et ad evitanda scandala quae sequi solent
nulli Religiosorum liceat novas promulgare Indul=
gentias novasque Confraternitates erigere sine licen=
tia, et facultate Epi iuxta Sac. Canones et Sacrorum
Conciliorum decreta.

28. 4.º Ut etiam Vra Sanctitas omnino prohibeat omnibus Archiepis
et Epis Indiarum Orientalium, et Occidentalium ne
promoveant ad Sac. ordines Neophitum aliquem Japonem
sub praetextu cuiuscumque tituli sine litteris dimissorijs
proprij Epi propter gravissima incommoda, quae his
praesertim temporibus indoriri possunt, et circa hoc Concilium
Tridentinum strictè observetur.

29. 5.º Propter pacem et Unionem illius Eccl.iae petit idem Epus
ut

ut Religiosi omnes in prædicatione Euangelij et Sacramentorum administratione subiecti sint Epo iuxta decreta sac. Concilij Tridentini.

30. 6.° Vt Episcopus in prædictorum executionem possit procedere tam quam delegatus Summi Pontificis, alioquin in remotissimis illis regionibus non erunt oportuna.

Sacra Cong.° ad primum respondit agendum esse cum Senlibus Regularium de Bullu præd.ª ut eam se habent exhibeant.

Ad 2.um Sedem Aplicam non agnouisse, aut approbasse grana prædicta nec eorum assertas Indulgentias.

Ad 3.um Quoad Indulgentias publicandas seruandam esse dispositionem sac. Concilij Tridentini sess. 21. c. 9.° de ref. non obstantibus quacumque exemptione aut priuilegijs V. G. Confraternitatis Rosarij, ut declarauit sac. Cong.° Cardinalium eiusdem Concilij interpretum quo recto ad Confraternitates obseruandam esse per Regulares Constonem fel. recor. Clementis octaui de Confraternitatibus editam die 2. Xmbris 1604. incipi: quæcumque à sede Aplica.

Ad 4.um seruandum esse, quod disponit Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 13. vers. nullus præterea de ref. a

Ad 5.um seruandam esse Constitutionem Clementis octaui editam die 12 Xmbris 1600 Constonem Pauli V. publicatam die X.° Junij 1608. et decretum Huius Sac. Cong.nis factum 3.° Junij 1625. coram SS.mo

Ad 6.um cum SS.mo, qui pro sua prudentia decernet, quod in Dno expedire uidebit. 25. Xmbris 1626. Num.° 7.°

Episcopi ubi non sunt Inquisitores habent Ius exercendi sanctæ Officium.

31. Quoad munus Inquisitionis exercendum per Prælatos Ecclesiarum

Ecclesiarum Japoniæ Synarum et Malacæ, ubi non sunt Inquisitores et præsertim in Provincijs Regi Catholico non subiectis Sac. Cong.o dixit frustra id peti, cum de iure communi Prælati prædicti facultatem exercendi officium Sac. Inquisitionis habeant, ad maiorem tamen cautelam illam eis posse concedi. 9 gmbris 1626. num.o 3.o

32. Referente Ill.mo Dno Card.li Valerio disridia exorta inter Epum Chinensem, et PP. Soc. Jesu eiusdem ~~[illegible]~~ Urbis, qui pueris sub certis Regulis instruendos suscipiunt, eosq. Clericalibus vestibus, Epo prædicto contradicente induunt. Sac. Cong.o attendens dictum Epum contra propriæ Ecclesiæ commodum laborare, suaque contradictione cæteris maris Egei Ecclijs inopia operarioium laborantibus non mediocriter præiudicare, quia prædicti PP. sine ulla ipsius et reliquarum Insularum dicti maris Prælatorum impensa quasi Seminarium quoddam Clericorum in illis partibus manu tenent et sustentant. Censuit primo prædicto Episcopo præcipiendum esse, prout pnti decreto præcipit, ut quotiescumque a Rectore dictorum PP. fuerit requisitus ei licentiam pueros Clericalibus induendi vestibus omnino impertiatur 2.o eidem Rectori concessit ut in casu licentiæ denegatæ dictos pueros vestibus Clericalibus petita, licet non obtenta licentia, induere possit. 9 gmbris 1626. num.o 13.

Ad tria dubia a Xpnis Japonensibus proposita Sac. Cong.o respondit.

33. Non posse Japonios fideles ut periculum mortis vel exilij evitent Altaria vel templa Idolis fabricare aut eorum fabricæ cooperari.

34 Eosdem non posse Anglis, vel Hollandis Hæreticis arma, aut

alia

alia Instrumenta uendere quibus sciunt eosdem Anglos et Hollandos contra Catholicos usuros uel contra innoxios Gentiles.

35. Item Coniuges fideles non posse ob alterius Coniuges reditum ad infidelitatem aliud matrimonium contrahere cum alio fideli 7 Xmbris 1626. num.o 5.o

Rescriptum Sac. Cong.nis Sancti Officij circa Haereticos relapsos

30. Januarij 1627. num.o 23 est in actis Cong.nis de Propaganda fide ubi supra.

36. Omnes quibus absoluendi ab Haeresi facultas concessa est posse absoluere relapsos, qui non fuerint iudicialiter de Haeresi uel relapsu accusati.

37. Petentibus Carmelitanis Discalceatis facultatem celebrandi missam rita Rom.o lingua Armena. Sac. Cong.o censuit Orum petitionem esse reyciendam, quia per huiusmodi facultates summopere Ecclesiarum Communicatio cum Ecclesia Rom.a impeditur die 30 Januarij 1627. num.o 8.o

38. Petente Epo Scardonensi et Bosnensi Ecclia administratore facultates

39. 1.o Consecrandi olea cum quinque aut sex Sacerdotibus, et in Casu necessitatis in Oratorijs priuatis.

Secundo. Conferendi in eisdem oratorijs ad euitandum Turcarum pericula ordines etiam Sacros usque ad Praestyteratum inclusiue.

4.o 3.o Conferendi Sacramentum Confirmationis sine mitra, et in eisdem Oratorijs.

Sacra Cong.o respondit ad primum 2.um Oris petitioni esse annuendum

Ad 3.m posse priuatim conferre Sacramentum Confirmationis

sine

sine mitra, sola tantum adhibita stola, 7.° Xmbris 1626. n.° 7.

In Congregatione particulari habita p.° Februarij 1627. ut fol. 182.

Propositis tribus dubijs Archiepi Smernarum circa contractus censuales, qui in Insulis maris Egei, et in Urbe Constantinopolitana passim fiunt a Catholicis Latinis videlicet

41 1.° An Creditor Census ultra fundum supra quo constituitur Census, pro sua lautione pignus accipere possit à debitore

42. 2.° An d. Creditor in Constone Census cum debitore pacisci possit, ut infra certum tempus liceat ei pecuniam datam repetere.

43. 3.° An praedictus Creditor pactam apponere possit contractui Census ut ei liceat quandocumque pecuniam datam à debitore repetere. &c

Cong.° Ad primum respondit Creditorem Census pro sua lautione pignus accipere posse, dummodo illud non sit rei fructiferae, eoque creditor non utatur ac demum exhibeantur casus ex Bulla. Pij. V.i in quibus res censui supposita in totum vel in parte perimatur vel infructuosa reddatur, quia in his vel in totum, vel pro rata necesse est obligationem pignoris extingui.

Ad 2.m dixit Contractus censuales ea conditione celebrandos si fieri poterit prohibendos esse quia saltem speciem mali habent, et viam aperiunt ad palliandas usuras quod si prohiberi nequeant, permitti posse ex communi Theologorum sententia, ita tamen ut Censuum soluendorum quantitas reducatur ad quatuor, vel quinque pro centenario propter onus per dictam Conditionem debitori impositam.

Ad 3.m praecipiendum esse contrahentibus, ut à contractibus censualibus cum praedicta conditione repetendi pecuniam

datam

datam quandocumque placuerit Creditori abstineant quia Theologi dicunt nemini consulendos esse huiusmodi contractus Post responsionem ad praedicta dubia Cong.o addidit moneri posse locorum antedictorum Pastores, ut subditis loco contractus censualis Tuadeant Contractum libellarium ad Iuris formam nam per eum occurrentibus pecuniae necessitatibus consuli posse existimavit, quod si huiusmodi contractum inire noluerint vel is eorum necessitatibus satisfaciat et iuxta responsionem datam. ad secundum dubium Contractus Censualis permittendus sit, contrahentes admoneant, ut exclusa omni mutuandi intentione animum habeant solum celebrandi emptionem et venditionem fructuum rei Censui supponendae.

R.mus Vulpius quoad primum Dubium respondit ut in resolutione Congregationis quoad 2.m et 3.m dissensit quia Constitutionis Pij V. usus omnino introducendus est quoniam huiusmodi Contractus Saluti animarum perniciosissimi sunt addiditque Rotam huiusmodi pacta semper declarasse irrita, et non posse contra Bullam Pij V. dari de non usu. Quoad Contractum libellarium dixit peiorem esse Censu cum pacto praedicto quia per eum melius pallianturusura.

Adiunxit tamen quod si casus necessitatis contrahentibus eveniret Breve esset expediendum

R.mus Fagnanus quoad primum dixit idem quod Congregatio excepto quod non extinguatur pignoris obligatio, nisi tota res pereat, quia non potuit facile commodèque dividi pignus, si res pereat pro parte et non est inconveniens ut Creditor pro sua Cautione

suabeat

habeat pignus maioris valoris, quam sit suum creditum

Quoad 2.m et 3.m tenet Ingoli sententiam quae est secundum Canones non debere aliquomodo permitti census cum pactis huiusmodi contra Constitutionem Pij V. quia est Iuris naturalis, et continens morale Dogma universam respiciens Ecclesiam per rationem de qua Nauar. in Comment. de V sur. in c. si feneraueris 14. quest. 3. n. 106. et propterea contra eam non posse dari de non vsu et fortasse Papa non potest ei derogare quatenus est Iuris naturalis declaratiua, quia esset permittere peccatum

Nec obstat idem Nauar ubi sup.a n.o 105. ubi dicitur, clausulam illam Bullae, contractusque sub alia forma post hac celebrandos, feneratiuos iudicamus, esse Iuris humani inductiuam, quia aut sibi contrarius est, aut est declarandus, quod scilicet Bulla ut ipsemet asserit, duo continet declarationem Iuris naturalis, et Ius humanum Vt V. G. non fiat census in alia re quam in pecunia numerata clausula itaque illa erit Iuris naturalis declaratiua quatenus respiciet ea, quae sunt Iuris naturalis in ea contenta, Iuris uerò humani inductiua, quatenus continet Ius humanum ut in d.o exemplo, ea autem quae

dicuntur

dicuntur de pacto huiusmodi repetendi pecuniam procul dubio pertinent ad Ius naturale quia pactum illud à Pio declaratur feneratitium non ob aliam Causam, nisi quia adiectam Censui euidentissimam et proximam occasionem palliandi vsuras tribuit propter maximam difficultatem habendi practicè rectam intentionem Ad hoc tamen votum addidit fagnanus se habere aliquam dubitationem circa Papae potestatem absolutam, in omnem tamen casum censuit non expedire, ut huiusmodi peccata permittantur

Vide infra

44. Bona Ecclesiae Ruthenorum Vnitorum prohibentur alienari innouato Concilio Lugdunensi sub Greg.o Xmo, et Can: hoc consultissimo de rebus Eccl: non alien. in 6.o Ita decreuit Vrbanus Octauus die 27. Maij 1627. ut uidere est fol. 215. num.o 5.o

45. Sacra Congregatio censuit non debere Missionarios diuina celebrare in Ecclesijs, in quibus simul haeretici sua profana et sacrilega exercitia habent ut tamen catholicis fiat satis, super Altaribus portatilibus in priuatis domibus positis sacrum peragendum esse 21. Maij 1627. num.o fol. 222

46. Sanctissimus et P. P. sepe rescripserunt Graecos non esse ad ritum Latinum trahendos. sed sufficere si Romanae Ecclesiae incorporentur iuxta decreta sac: Concilij florent:, et proinde in hac Cong.e scribi iusserunt

runt Archiepo Tadrensi ut tam Archiepum Antiba-
rensem, quam eius Vicarium admoneat, ne de cae-
tero Graecos ad ritum latinum trahant, sed eos de ali-
quo Graeco Praesbytero Catholico Romanae Ecclesiae
unito provideant, ut illos in suo ritu conservare,
fidemque Catholicam iuxta praed. Concilij florent.
decreta docere valeat die d.a fol. 223.

Die 13. Augusti 1627. num.o 16. ad 2.m

47. Sacra Cong.o mandavit scribi Archiepo Tadrensi, ut
provideat, ne in Ecclia Sancti Joannis de Cartolla
Diaecesis Cathanen. Catholici cum Graecis Schismaticis
divina celebrent nam quamvis Altaribus diversis
utantur, tamen propter Ecclia identitatem est commu-
nicare cum Schismaticis in divinis.

48. Petente Patriarcha Maronitarum declarari Sacer-
dotes saeculares, et Regulares Latinos existentes
in districtu suae Prov.ae non posse audire Confes-
siones nec alia Sacramta administrare, aut ver-
bum Dei praedicare tam Maronitis quam Latinis,
sine eius, vel suorum Superiorum consensu,
et Licentia. Sac. Cong.o quoad Maronitas subditos
Ori. ac eius Praelatis censuit observanda esse
decreta Sac. Concilij Tridentini 28. Augusti 1627. n.o 8.

#49 Referente Ill.mo D. Card.li Cornelio petitionem
fratrum Bosnensium ordinis Min. de obser-
ac aliorum Ecclicorum tam saecularium quam
Regularium

Regularium degentium in locis in quibus Hæresis, schisma et Infidelitas grassatur circa Altaria priuilegiata cum minori num.° sacerdotum illis concedenda. Sacra Cong.° censuit si SS.mo placuerit Altaria priuilegiata in prædictis locis concedi posse cum infrascriptis Conditionibus p.° pro uno die in qualibet hebdomada ab Episcopis, seu Prouincialibus Guardianis Prioribus seu superioribus Regularium inuariabiliter determinando 2.° si in eodem loco fuerint diuersarum Religionum Regulares aut etiam sacerdotes sæculares cum Regularibus, ut omnes Altaria priuilegiata petierint alternatiuè concedi posse, ut scilicet in die unius hebdomadæ sacerdotes unius Religionis Altare priuilegiatum habeant et in die alterius hebdomadæ sacerdotes sæculares uel Regulares alterius relig.nis 3.° cum clausula dummodo in ea Ecclesia pro qua petitur Altare priuilegiatum adsint ad minus duo sacerdotes 5.° gmbris 1627. n.° 12

Eodem Die SS.mus annuit.

50. Referente Ill.mo D. Card.li Mullino litteras collectoris Lusitaniæ de Regularibus Europeis

ropeis qui facta in Provincijs Indiarum pro=
fessione ac studijs in eis peractis in Europa
cum licentia suorum superiorum et
Collectoris ~~ref~~ revertuntur et simul decretum
Sac. Congreg.nis quo mandavit, ut praedicti Re=
gulares ultra licentiam antedictam aliam
etiam ab eadem sancta Cong.ne obtinere
ante reditum in Europam tenentur.

Ill.mi P.P. attentis rationibus contentis
in litteris Commissarij Ordinis Min: observantiae
decretum praedictum aliàs in hac eadem
materia editum revocarunt, et solum ob=
servari mandarunt 26. maij 1628. num.o 14.
Decretum de quo fit mentio vide 22. fe=
bruarij 1628. fol. 34 num.o 36. Tinensis Sac.
Cong.o decrevit Quoad Christianum qui matri=
monium cum Muliere vivente primo illius ma=
rito coram uno tantum teste invalidè contraxit
et qui factus Turca redijt ad Catholicam
fidem, cupitque cum eadem Muliere nunc per
mortem primi mariti soluta legmè contrahere
Sac. Cong.o quatenus opus sit facultatem
eidem Epo concessit dispensandi cum praedictis
ut iterum contrahere possit matrimonium 26. maij
1628. num.o 14.

In Congregatione particulari habita 7. July. 1628

SC Actum fuit de Breve Adriani VI. ut dato Caesar Augustae die 10. may 1522 quodà Missionarijs Indiarum Orientalium et Occidentalium Bulla omnimoda nuncupatus quia in ea eisdem Missionarijs praefatus Pontifex omnimodam suam auctoritatem in utroque foro concessit tantam, quantam, iudicaverint oportunam et expediente pro Conversione Indorum, ac manutentione, et profectu illorum etiam quoad actus Episcopales qui non requirunt ordinem Episcopalem, donec per sedem Aplicam aliter fuerit ordinatum, et post diligenter maturamque deliberationem in infrascriptis convenerunt Conclusionibus.

P.o Quod Bullam praedictam in dubium revocari non potest, tum quia R. P. D. Fagnanus testatus est se copiam authenticam ex originali vidisse tum quia Paulus 3.s in quadam sua Bulla de illa mentionem faciens eam peculiariter declarat, et multi Doctores de ipsa scribunt ut Riodrich. q.e reg. tom. p.o q.e 31. articulo 4.o et tom. p.o suae summae lib. 9.o cap: 27. in Gloss. lit. S. et fr. Thom. à sess. Carm. discalc. in lib.o stimulus missionum p.e 5.a pag. 213

pag. 213

53. 2.º Quod Bulla præd.ta nullo modo reuocanda est quia si bene intelligatur non est adeo exorbitans ut Epi Indiarum putant nam universalitas illorum verborum omnimodam auctoritatem nostram limitatur ab alijs ibi sequentibus verbis oportunam et expedientem. ita quod per ea restringat se Pontifex ad necessitatem conuersionis Indi fidelium qui casus præualet omni causæ quantumuis rationabili quæ posset adduci in contrarium et Innoc. 4.s Nicolaus 4.us et Joan 22 similem quasi auctoritatem concesserunt fratribus Min. in Prouincijs Hæreticorum et Infidelium remotissimis a Sede Ap.ca degentibus, dum ijsdem dederunt facultatem faciendi quidquid augumentum diuini Nominis, et Amplitudinem Catholicæ fidei pro loco et tempore viderint expedire, ut refert D.s fr. Thom d.a p.e 5.a pag. 233. et pariter ijdem Innoc. 4.s et Jo: 22. eandem ferè auctoritatem concesserunt Guard.o Hierosolymitano, ut patet ex 6.º priuilegio eiusdem Guardiani summatim relato à fr. Joseph. in reductorio Hierosolymitano, Præterea si de illius reuocat.ne moderat.ne vel interpretatione vel aliqua alteratione seu mutatione ageretur verendum esset ne ministri

Regis

Regis Catholici se opponerent et executionem in partibus Indiarum de facto impedirent, quamuis dubium non sit, quin eius reuocatio, moderatio et mutatio sit permissa ne dum de iure communi sed etiam ex uerbis eiusdem Bullae ibi per sedem Aplicam aliter fuerit ordinatum

54. 3.° Quod Missionarij possint uti d.a Bulla Adriani in Locis Indiarum ubi non sunt Epatus erecti seu creati, id enim claré habetur ex contexta illius Bullae ibi, in partibus in quibus nondum fuerint Epatus erecti.

55. 4.° Quodubi Epatus iam sunt erecti seu creati et missionarij sunt in locis infra duas Dietas ab Epis uel eorum Officialibus distantibus, memorata Bulla uti nequeant, ut à contrario illius sensu colligitur ex ijs uerbis, uel si fuerint / Proc est Episcopatus erecti / tam infra duarum dietarum spatium ipsi / scilicet Epi., uel Officiales eorum constituti, Missionarij Bulla praed.a uti non possunt sine assensu Eporum iuxta declarationem Pauli 3.ij ad dictam Bullam Adriani qui assensus ex declarat.ne Congregat.nis Concilij in negotio Manilensi facta in singulis actibus est omnino requirendus, quinimo eo etiam casu quoad praedicationem uerbi Dei, et Sacramentorum administrationem à Constone 74. Clementis 8.i et à c. Pauli 5.i

in

in appendice ipsi missionarij subijciuntur ordinarijs et similiter quoad casus reservatos nisi aliam habeant specialem facultatem ligantur Decretis Congregat.nis Regularium editis sub Clem.te 8.o 9. Januarij 1601. et 26. gmbris 1602. et alijs Constitutionibus Pontificijs post praefatam Adriani Bullam editis.

In eadem Cong.ne De Privilegijs Guardiani Hierosolymitani summatim relatis in supradicto reductorio dictum fuit

56. P.o Privilegium quo Guardiano conceditur facultas annullandi Brevia aplica seu illis non parendi uti comprehensum in Litteris Clem. 4.i et Innoc. 6. quae appellabantur mare magnum fuisse revocatum à Pio 4.o in Bulla pro execut.ne decretorum Conc. Tridentini et etiam ad cautela revocandam esse vel saltem Guard.o eiusque fratribus praecipiendum ne in illo quoquomodo utantur

57. 2.o Inter praedicta privilegia quaedam esse quae ut nimis à Jure exorbitantia moderatione indigent ut illud de commutatione votorum etiam Castitatis et Religionis, et illud de collatione sacramenti Confirmationis et demum illud facultatis faciendi Doctores Sac. Theologiae

58. 3.o et postremo non posse de praedictis privilegijs

gijs rectè iudicari nisi inspiciantur Originalia integra aut eorum transumpta collationata et præsertim 4.i Privilegij in quo dicitur summatim et sine alia expressione dari facultas Guardiano dispensandi in undecim casibus Dispensatione indgentibus.

Relata ut supra decreti parte Guardianum Hierosolymitanum tangente SS.mus et Sentia Sac. Cong.nis revocavit quatenus opus sit prædictum quintum privilegium, et dixit cætera esse revocata a Concilio Tridentino ex Bulla Pij 4.i eiusdem Concilij confirmatoria.

Sacra Congregatio censuit Catholicis inter hæreticos degentibus non licere ob periculum vitæ vel ammissionis bonorum occultare Catholicam fidem contra Apostol. ad Roman. 10. et 4 gbris 1628. num.o 17 ex Actis Congregat.nis Anni fol. 1666

60. Petente Sacerdote Carolo Elmero Collegij Angliani Duaci Alumno propediem in missionem Anglicana profecturo dispensationem ut possit medicinæ artem cui operam ante Sacerdotium dederat, exercere quod huiusmodi prætextu facilior ei futurus sit additus ad ministranda Sacramenta Catholicis Anglis et ad convertendos hæreticos præsertim in periculo mortis constitutos Sac. Congregatio censuit SS.mo placuerit petitioni Oris annuendum esse ita

tamen

tamen ut medicinæ artis exercitium medium esse deleret et non principalis scopus quem concessit esse missionarijs ministerium 4. Augusti 1628. n.° 22.
Die Augusti Sanctissimus Dnus noster Congregationis Decretum approbauit additis duabus alijs conditionibus in dispensatione apponendis P.° ut Orator gratis operam suam in medicinæ arte præstet
2.° ut à sponte dantibus nihil recipiat ultra suam necessariam sustentationem ex Actis Congnis. fol. 104.

61 Proposito in Congne. particulari casu Parochorum Morauiæ, qui diuersis innodati, et usuris Sedi Aplicæ reseruatis, et uarijs irretiti ac impediti irregularitatibus petebant absolutionem, et dispensationem Congregatio decreuit P.° si Sanctissimo placuerit concedendam esse ordinario facultatem præfatos Parochos absoluendi à censuris Sedi Aplicæ reseruatis in foro conscientiæ tantum impositis, ut moris est salutaribus pænitentijs
2.° eidem concedendam esse facultatem dispensandi cum eisdem Parochis super Irregularitatibus ex violatione censurarum prouenientibus.
3.° Quoad Irregularitatem prouenientem ex parricidio hoc est ex nece propriorum filiorum ex Concubinis susceptorum In Primis dixerunt PP. petitioni præfatorum Parochorum in ord.e

sacerdotali

sacerdotali iam constitutorum non obstare prohi=
bitionem Sacri Concilij Tridentini sess. 24. c. 7. de ref.
quia ut alias fuit declaratum sub fel. recor.
Clem.te Octavo Concilium non loquitur de iam pro=
motis sed de promouendis.

Deinde considerantes extremam penuriam, qua
Ecclesiæ Moraviæ nondum ex toto ab hæresi ex=
pugnatæ laborant consuerunt concedendam
esse facultatem dispensandi cum memoratis Pa=
rochis super præfata irregularitate in foro
Conscientiæ tantum, impositis conuenientibus
et salutaribus pœnitentijs cum clausulis tam
in fcaptis, uidelicet dummodo Parricidia sint oc=
culta et spiritualibus Parochianorum ne=
cessitatibus aliter prouideri nequeat 22. Xbris
1624. fol. 185.

62. In Congregatione particulari

Examinatis dubijs circa clandestina Ruthenor.
unitorum Matrimonia, an scilicet irritationes eor.
factæ à Metropolita Russiæ sustineri possint
et quatenus negatiuè an tolerari possint à Papa

Ad P.m Congregatio affirmatiuam sententiam am=
plexa est primo quia licet Metropolita non potu=
erit prædictum Decretum in Synodo Diœcesana

Chiouensi

Rhouensi neque secundum in Prouinciali edere si
Matrimonium consideretur ut est Sacramentum Iulius
quia neque Cælia ipsa neque Papa Sacramenta
quoad materiam et formam eorum immutare possunt
possit tamen illa Decreta conficere si matrimo=
nium consideretur ut est contractus ciuilis nam
circa matrimonium, ut talis contractus est ne de
Prælati Ecclesiarum, et Synodi Federiam Principes
Laici per leges suas decernere aliquid possunt
quo etiam irritentur matrimonia prout habet
communis Theologorum schola, quæ sententia
non abhorret a sacris Canonibus nam illa pro=
bari potest per tres textus expresse sequendo
consuetud. ad legem quod argumentum ra=
tionem, quorum duo sunt c. 1. et 2. de cognat.
Spirit. et postremus est c. super eo de consang: et affin.
Nec obstat quod Metropolitæ matrimonia clan=
destina irritauerit simpliciter nulla facta dis=
tinctione, quia cum notissimum sit neminem
posse irritare matrimonium ut Sacramentum est
non erat necesse, ut ipse exprimeret, quod illa
irritabat, ut matrimonium ciuilis contractus est, quia
quia satis ab omnibus intelligebatur, quod eius
irritatio cadebat super matrimonio ut talis contrac=
tus erat, et non ut Sacramentum.

C°.

2.° quia revera et in effectu Metropolita promulgavit Concilium Tridentinum in omnibus Parochiis, ut idem Concilium praecipit nam habuit intentionem ipsum publicandi illudque in substantia publicavit

Neque obstat quod non possit dici publicatum Concilium, quia nomen illius in publicatione fuit suppressum, et tamen id acquiri videtur ut Populi sciant cuius potestate obligantur a lege, quae promulgatur quia sufficit quod Metropolita mandatum Concilij impleverit, nam haec duo publicare Decretum de matrimonio et publicare illud ut est Decretum Concilij Tridentini lungè diversa sunt Primum quidem praecipitur Episcopis a Concilio et hoc fecit Metropolita 2.m verò nedum non praecipitur sed nec etiam verbum fit de illo in textu Concilij Praeterea non est verum quod Populi scire debeant, cuius potestate obligantur a lege quae promulgatur, quia hierarchiae Ecclesiae ordo est, ut inferiores illuminentur per superiores, ut Patriarcha per Papam Archiepi per Patriarchas, Epi per Archiepos Parochi per Epos, et Parochiani per Parochos.

3.° Ratio est quia esto quod Decretum Synodi Chioniensis haberet difficultatem, quam tamen non habet ob duas rationes superius allatas, certissimum tamen est quod Decretum Synodi Provincialis mentionem Concilij

saltem

saltem relativam facit nam in eo praecipitur, ut Parochijs antiqua Constitutio et Laudabilis mos publicetur, quibus irrita et invalida declarantur esse Matrimonia. Antiqua autem Constitutio non potest verificari de Decreto Chioniensium, quia ante sex annos tantum erat editum nec de alia Constitutione Juris communis quia nulla extat praeter illam Concilij Tridentini, quae irritet Matrimonia, igitur ex necessitate intelligi debet Decretum eiusdem Concilij Tridentini, quia et irritat talia Matrimonia et ut factum ante 64. annos potest dici antiquum

63. 2.m Dubium Dato et non concesso quod Metropolita non potuerit irritare Matrimonia clandestina An eorum irritationes ab eodem factae tolerari possint a Papa. Congreg.o in negativam inclinavit Sniam quia etiam, ob maxima scandala subsecutiva non possunt tolerari adulteria, quae continuantur in secundis matrimonijs post primorum invalidam irritationem contractis

Sed huic obiectioni obstat Text. in cap. 3.o de cognat. spir. ubi habentur haec verba ad litteram verum si consuetudine habeatur, ut talia coniugia, scilt filiorum cum patrum, permittantur in Ecclia tua dissimulare potius ita quod nec contradicere, nec tuum videaris praestare assensum, quia sicut grave est antiquam consuetudinem circum adiacentium

tium Eccliarum super his contemnere, sic quoque grauius uidetur si propter eam huiusmodi coniugijs tuum indulgeas assensum, cum posset sic in exemplum assumi nam in prædictis uerbis continetur expressa tolerantia Papæ matrimonium inualidorum sine dispensatione, quia expressè ibi præcipit Alexander Ius Vigilensi Epo, ut dissimulet matrimonia inualida, et prohibet ne illis contradicat, neque eisdem suum præstet assensum

Neque obstat quod adulteria ut peccata à Papa non possint tolerari, quia huiusmodi adulteria non sunt adulteria nisi materialiter nam formaliter esse non possunt, quia contrahentes sunt in bona fide Iudicijs scilt Eccliæ separati, et iudicio Eccliæ coniuncti in secundis matrimonijs 20. Januarij 1629. fol. 201.

64. In alia Congregatione super eadem re habita die 8a Martij 1629 dictum fuit.

Expedienda esse duo Breuia, alterum in quo Summus Pontifex inherendo Decretis Catholicæ Eccliæ eandem prorsus Concilij Tridentini de Clandestinis matrimonijs prohibitionem faciat eamque in singulis Ruthenorum Vnitorum Parochijs, ut Decretum Pontificium publicari mandet, alterum uero, in quo inserto eiusdem Concilij de matrimonijs decreto

illud

illud ut ipsius Concilij decretum in eisdem Parochijs promulgari praecipiat,

Quoad praeteritum Sac. Cong.o distinguendo dixit Matrimonia clandestina nondum irritata vig.e decretorum Synodi Cobrinensis et Arioviensis nullomodo irritanda esse, si coniuges nondum alia contraxerint Matrimonia, quod si alia contraxerint idque contigerit ante consumationem clandestinorum expediendum esse Breve, quo Metropolitae concedatur facultas dispensandi ut Coniuges post praestitum novum consensum in secundis permaneant Matrimonijs, si vero id acciderit per consumationem clandestinorum, eundem Metropolitam recurrendum esse ut iuxta Sac. Concilij dispositionem necessaria adhibeat remedia maiori tamen quam poterit, quiete et suavitate.

65. An Mulieribus Christianis Matrimonio sponte, vel rei cum Turcis copulatis administranda sint Sacramenta. Sac. Cong.o negativè respondit, quia cum in perpetuo concubinatu et consequenter in peccato mortali existant ad Sacramentorum participationem non sunt admittendae 8.o Maij 1629. num.o 1.o

66. Referente Rmo Dno Torniello resolutionem qualificatorum Sancti Officij circa absolutiones sacramentales, quas ex interpretativa Licentia Sacerdotes captivi

Christianis

Christianis Concaptiuis Tuneti impartiuntur tenoris ut sequitur 1629.
Jo. Kalendas Junij

67. In Palatio Sancti Officij visum est RR. PP. Sancti Officij qualificatoribus circa supradictas captiuorum Confessiones iam factas rationabiliter sustineri. In posterum uero dignum uideri SS.mum D. Nostrum paternae sollicitudine et benignitate ut concedat omnibus captiuis Sacerdotibus expressam licentiam sacramentum poenitentiae administrandi in similibus clasibus, ut omnimodè prouideatur securitati. Sac. Cong.o quoad prouisionem in futuris dixit in Sancto Officio decretum fuisse ut Sacerdotes praedi approbati ab ordinario aliquo aut audiendas confessiones concaptiuorum Christianorum in Tuneto confessiones audiunt, non approbatos uero posse a duobus saltem ex approbatis ab aliquo ordinario approbari ad confessiones dictorum captiuorum audiendas 7. Augusti 1629. num.o 40.

68. De Matrimoniis Sacerdotum Chaldeorum qui in Sacerdotio primas et 2.as nuptias contraxerunt, Congregatio dixit scribendum esse Patri Quaresimo Ord. min. obseruantiae ut in futurum prouideat ne Sacerdotes, uel Diaconi uel Subdiaconi huiusmodi matrimonia contrahant quia prohibita sunt tam in Ecclia Occidentali per decreta Siriaci et Innocentij Romanorum Pontificium et Concilij Carthag 2. et 5. et libertini Arelaten. Agathen. Turonen. et aliorum ut testatur Baron anno Christi 38 n.o 8. quam in Ecclia

Orientali

Orientali per Arcesanum Synodum can. 9. ac Neocaesarien can. 1. et quinientan can. 6. et can 26. Apostolor. ut uidere est apud Auud de sacramentis lib.o 7.o cap. ultimo de matrimon. quo uero ad praeteritum Cong.o censuit eundem Patrem dilationem petere posse ad consulendum Romanum Pontificem, quia interim poterit inquiri, an caelebatus Sacerdotum iure diuino sit inductum, an uero Iure humano, nam si Iure humano ut habet communis Theologorum ex testimonio Patris Curiolani Cappucini in somma Concilior. ad can. 9. Ancyrani concilij poterit Pontifex uel per dispensationem uel per tolerantiam fragilitati Sacerdotum coniugator. cumpati, si uero Iure Diuino ut aliqui uolunt et praesertim Baron. qui ubi sup.a per can. 2. concil. Cartlag. 2. dixit Sacerdotum caelibatum à SS. Apostolis prouenire, magna erit circa huiusmodi articulum difficultas 18. 7mbris 1629.

69. Referente Ill.mo Dno Card.le Bentiuolo instiam metropolitae Russiae pro resolutione Dubij, quod circa praesidentiam exoritur inter Epos suos unitos et suffraganeos Epor. Latinor. Sac. Cong.o censuit scribendum esse nuntio Poloniae Sac. Cong.nis rituum sentiam, quae Ill.mus Dnus Card.lis ~~retu~~ Capponius retulit uidelt quod in praecedentia Epor. non attenditur diuersitas rituum Graeci et Latini, sed tempus promotionis eor. et ideo Epos Ruthenos praecedere suffraganeos Latinos, si ante illos

illos ad Dignitatem fuerint promoti Epalem et ab ex=
quirendum, an per publicationem huiusmodi sententiæ
in illis partibus aliqua perturbatio oriri possit inter La=
tinos, et Ruthenos unitos 30. May 1629. num.o 6.o

Synodi Ruthenor. cum Schismaticis an celebrandis.

70. Sacra Cong.o censuit mittendam esse instructionem infra=
scripta capita continentem videlt quod præd.i Synodi
celebrari non debeant, nisi prius Schismatici significent quæ=
nam sint in illis tractanda, et quæ desiderentur a
SS.mo Dño. nro, nam si de Dogmatibus agere intendunt,
huiusmodi Synodæ erunt necessariæ, tum quia ma=
teria Dogmatum pertinet ad Concilia generalia seu Ecu=
menica, et non ad particularia qualia erunt præd.e
Synodi Ruthenorum, tum quia in Synodo universali
florentino diffinitæ sunt præcipuæ Græcorum contro=
versiæ cum Latinis, si vero agendum sit de unione
Schismaticorum cum Sacra Rom.a Eccl.ia, aut de illius
unionis conditionibus eidem dicendum est, videlicet ~~per~~
prædictas Synodos non esse necessario celebrandas,
quia Conditiones unionis, iam notæ sunt et ex Synodo,
Brestensi facta sub Clem.te 8.o, in qua Ruthenimunc
uniti se subiicierunt Romano Pontifici haberi pos=
sunt nam SS.mus D. Noster ijsdem prorsus conditi=
onibus ad unionem recipit 4.o Juny 1629. num.o 5.

71 Proposito articulo de ord.e Sanctissimi Dñi nri à Cong.e
de Propaganda remisso.

An translationes Sac. Concilij Tridentini in alias Linguas
sint permissæ an potius comprehendantur in Constone
fel.

fel recor. Pij 4i. prohibente illius interpretationes et glosas.

Die 1. Junij 1621 Sacra Cong.o Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit translationes eiusdem Sac: Concilij Tridentini de Lingua latina in gallicam, vel alias Linguas esse prohibitas, ideoque significandum Sac. Congn. Iudicis ut omnino prohibeat translationes huiusmodi factas, quae absque speciali Eius Sanctae Sedis Aplicae impresserint. Sac. Cong.o censuit praefatum Decretum una cum eodem Concilio in Linguam gallicam translato ad S. Congregationem Iudicis transmitti, ut illas, et omnes alias translationes seu versiones eiusdem Concilij, quae per Sedem Aplicam non fuerunt approbata prohibeat 22. Junij 1629. num.o 17

72 Sacra Congregatio Epor. et Regularium censuit in Diaecesi Macariensi nullatenus esse permittendum ut defunctorum corpora deinceps sub Altari sepelliantur ac si quae hactenus ibidem reperiantur sepulta alio transferri oportere saltem extra Aram, alioquin non esse interea sub huiusmodi Altari celebrandum, et Epum pro pastorali eius sollicitudine, ac prudentia invigilare debere, ne quidem hac re fiat, aut permittatur contra Sacros Canones et Conciliorum Decreta et universalis Ecclia usum 30 gmbris 1629. n.o 41.

73 Sacra Congregatio censuit scribendum esse missionarijs in Syria, ut nullo modo indulgeant Latinis ut

iuxta

iuxta ritus orientales uiuere possint. 30 9bris 1629.
num.o 5.

74 Sacra Congreg.o rituum respondit pro missionarijs Cappucinis in Syria et Palestina loco telarum linearum ibi posse bombisinae telae adhiberi in amictis, camisis, et corporalibus et quod ibi obstante Decreto Sancti Siluestri Papae non conuenit dispensare, et super Altaribus ex lignis aedrinis confectis non posse super paruis Lapidibus consecratio rectè sacrificari, fit mentio Eiusdem Decreti in actis 1629 13 9 Xmbris num.o 39. fol. 370.

75 Relatis in Cong.e particulari litteris Joannis Baptistae Eliani, et P. Fran.ci Quaresimi ordinis min. de obseruantia missionis ad Chaldeos praefecti Isaach. Archiepi Metropolitani Maronitae, et Simonis Sacerdotis ac aliorum 17. eiusdem nationis Chaldeorum.

Cong.o in primis annotauit in facto in praefatis Litteris omnes conuenire in tribus.

1.o formam Baptismi, ritualis, seu ordinarij ut uocant Chaldeorum habere tantum Gemad masculini generis

2.o Chaldeos sacerdotes dum feminas baptizant proferre uerbum Gemdat feminini generis, licet illud in d.o ordinario minimè reperiatur

3.o praedictum uerbum Gemdat esse semper praeteriti temporis, ut nonquam possit esse praesens, et significare baptizata est talis femina; uerbum uero Gemad esse, et praeteriti temporis indicatiui modi et praesentis imperatiui, et significare baptizatus est talis

vir

vir, vel baptizare talis, in intelligentia vero verbi Gemad discordes esse præfatum Elianum P. Quaresimum, et Tripolitanum Archiepum a Sacerdote Simeone, et alijs 17. Chaldeis, quia isti dicunt in baptizandis masculis usum esse apud Chaldeos sacerdotes, et accipiant verbum illud Gemad in pnti imperativi, et non in præterito, et proinde in baptizandis feminis verbum Gemdat in præsenti tempore accipere, quia actio ipsa baptizandi, quam habent præ manibus indicat verbum præfatum Gemdad esse accipiendum in tempore præsenti, et non in præterito; licet illud ex sui natura sit præteritum.

Illi vero dicunt se interogasse duos Chaldeos, ex præcipuis eorum ministris, qui dixerunt, se tam in baptizandis masculis, quam feminis intelligere verba Gemad, et Gemdat in præterito indicativi et proinde iuxta Decreta Sac. Congnis de Propaganda fide et Sti Officij Chaldeos masculos saltem sub ~~cond~~ conditione esse ~~ex~~ rebaptizandos feminas vero absolute

2o. præsuppositis in facto supranarcatis deventum fuit ad examen prædi Baptismi Chaldeorum, in quo articulo PP. fuerunt discordes, nam Dnus Jeonij Pr. Abb. Hilarium, et D. Boccabella censuerunt prædictum baptismum non esse validum in

in feminis, in masculis uero esse dubium et pro=
inde feminas esse absolute, uel etiam sub condi=
tione rebaptizandas masculos uero sub conditione
tantum quia per usum temporis praeteriti mutatur
forma Baptismi in essentialibus et D. Boccabella
addidit etiam posse Iure sustineri baptismum mas=
culorum esse inualidum si uerbum Gemad per in=
tentionem ministrorum determinatur ad praeteritum
et Archiepiscopus Iconij subiunxit se magnopere
suspicari quod huiusmodi modus baptizandi redo=
leat Pelagianismum, cum Nestorius et Pelagius
in Conc.° Ephesino coniungantur et Pelagiani ut dixit
S. Augustinus, teneant Infantes et potissimum natos ex
Parentibus Xpnis non esse baptizandos, quia iam bap=
tizati sunt,

Rev.mi uero Mag.ri sac. Palatij, et Oregius, et Pr. Geor=
gius Baptismum masculorum esse ualidum cen=
suerunt et in eadem sentia fuerunt Ill.mi DD. Card.les
per infrascriptas rationes.

P.a fuit d.i Pris Georgij quia actus ministri baptiz=
antis ex necessitate significationem pntis inuoluit
cum per nullam antecedentem actionem appareat baptis=
mum esse collatum

2.a Ratio Oregij desumpta à Decreto Zaccariae Ro=
mani Pontificis, de quo in c. retulerunt de consecrat.
dist. 4. ubi Papa decreuit ualidum esse Bap=
tismum illius, qui ab ignaro Latinae linguae bap=
tizatus

tizatus fuit sub hac forma. Ego te baptizo in nomine Patris et filii et Spiritus Sancti, nam forma Zaccariae in significatione multo peius mutata deprehenditur, quam forma Chaldeorum, quae saltem bonam habere potest significationem.

3.a Ratio fuit Magri sacri Palatij quia privata intentio ministri erronea non invalidat Baptismum collatum cum intentione faciendi quod facit Ecclia quae in Nestorianis Sacerdotibus omnino supponenda est cum Nestorianorum baptismus non reperiatur ab ii antiquis Patribus vel Concilijs Oecumenicis improbatus.

4.a Ratio est fuit communis praefatis Dnis quia verbum Gemad quod ex sui natura potest esse praesens imperativi ad eam significationem trahitur per moralem praesentiam ipsius actus baptizantis ad hanc rationem accedat quod dicit in sua scriptura Abraham Alumnus Maronita in Rituali Chaldeorum, qui in Bibliotheca Vaticana asservatur praelaudia Baptismi omnia describi per verba pntis temporis, id est quando signatur et ungitur Infans baptizandus.

Quoverum ad Baptismum foeminarum Pr. Georgius censuit per rationem ab ipso superius allatam huiusmodi Baptismum rationabiliter sustineri et Magister sac. Palatij addidit speculative defendi posse tum quia nulla actio dari potest cuius aliqua

pars

pars etiamdum perficitur non sit praeterita, tam quia in aliquibus Linguis verbum unum inseruit pluribus temporibus, ut in hæbrea Lingua, et in Latina verbum defectiuum memini.

Similiter Rmus Oregius idem asseruit per rationes superius pro Baptismo masculorum allegatas et precipue per Decretum Zachariæ Papæ inclinabant tamen hi duo P.P. in sententiam D. Cardinalis Ubaldini et aliorum huiusmodi Baptismum fœminarum practice inualidum esse, uel saltem dubium ~~esse~~, cum forma præteriti non sit apta ad significandam gratiam quam Sacramta Ecclie efficiunt, et conferunt Addi potest, quod per huiusmodi formam non solum uariatur significatio, et sensus, sed modus significandi quo casu dicunt Petrus relatus à Friburgo lib. 3. tit. 24 de Baptism. q. 11. et S. Thom. parte 3a. quest. 60 artic. 8. Baptismi formam uitari

Illmus D. Cardlis Bentiuolus dixit se non posse percipere quomodo illi qui tenent Baptismum masculorum esse ualidum, non affirment etiam Baptismum fœminarum esse ualidum cum non possit allegari causa diuersitatis intentionis in Ministris baptizantibus masculos, et in baptizantibus fœminas, utrique enim uel cum intentione de præterito, uel cum intentione de pnti baptizare uidentur masculos et fœminas.

3°

3°. PP. omnes fuerunt concordes ut antequam decidatur hæc causa fiant maiores diligentiæ circa Rituales Chaldeorum antiquos circa usum formæ, et imperativo vel præterito cum alijs pluribus Sacerdotibus Nestorianis ut consecrare possit, an maior eorum pars, vel minor in Collatione Baptismi erret, et circa verbum Cemdat si alio modo pronuncietur ut esse præsens possit

4°. similiter fuerunt unanimes, ut interim Nestoriani Aleppi admittantur ad Sacramta quemadmodum antea admitti consueverunt et Missionarios reprehenderunt quod illis Sacra interdixerunt.

5°. Pariter convenerunt formam Baptismi Nestorianorum ad tollendam omnem ambiguitatem in materia adeo necessaria sicut est Baptismus accommodandam esse in pnti tempore et ad huiusmodi emendationem Nestorianos esse suaviter inducendos, et cum minori qua fieri poterit formæ antiquæ mutatione 12. May. 1630 fol. 58.

In Congregatione particulari.

76. Rursus fuerunt examinati articuli in Congregationibus præcedentibus discussis, et primo loco articulus de pignore

An scilicet Creditor Census ultra fundum Censualem possit pro sua cautione pignus accipere, et in hoc PP. fuerunt in affirmativa concordes dummodo adijciantur conditio seu pactum quod debitor possit illud mutare; vel data fide inscione aut alia cautione

cautione redimere. Huius sententiæ præcipuæ rationes fuerunt tres. P.a est, quia sicut permissa est in censibus hypotheca bonorum pro cautione creditoris secundum Molinam, Lessium, et Ceneium, ita censeri debet permissum pignus 2.a quia in Oriente nec per hypothecam bonorum nec per fideiussionem ob prælationem quam Turcæ ex Lege eorum obtinent creditori cautum esse potest. 3.a quia neque Jure Divino vel naturali nec humano positivo prohibita reperitur in censibus datio pignoris loco fideiussionis Non obstat Bulla Pij V. dum prohibet pacta debitorem ad redimendum censum adstringentia P.o quia casus nr ex mente SS.mi decidendus est circumscripta d.a Bulla 2.o quia per conditionem, de qua sup.a Debitor ad redemptionem non adstringitur, cum per eam sine census redemptione vel dando aliud pignus, vel aliter cavendo iam datum pignus recuperare possit Non obstat etiam quod pro dationem pignoris creditori videatur restitui sors, seu capitale tum quia id negatur tum quia obiectum cessat adiecta præfata conditione.

2.o quia fuit examinatus articulus de repetitione sortis circumscripta pariter Bulla Pij V. et in ea Domini primo fuerunt discordes nam Origines et floravantius censuerunt de Jure Communi posse creari census cum pacto repetitionis sortis ex parte creditoris P.o per rationem deductam à reenditione

cum

cum pacto de retrouendendo, cui est similis emptio fructuum alicuius fundi cum pacto de eis retrouendendis 2.° quia tale pactum fieri potest quando in contractu census assumitur tertia persona illique promissa aliqua annua solutione imponitur obligatio ad redimendum censum 3.° quia in huiusmodi contractu nullomodo potest esse mutuum cum si fundus censualis in toto vel in parte pereat pereat etiam census in praeiuditium creditoris quod in mutuo non euenit cum illud semper pereat debitori 4.° denique per authoritatem Congregationis Theologorum tempore Gregorij 13. in alijs Congnibus allegatam D. Caccinus vero dixit Gregorium de Valentia attestari opinionem hanc Theologorum esse probabilem non autem magis probabilem et ex ea posse solum consuli conscientijs de praeterito de futuro autem opinionem contrariam esse magis probabilem tum quia est communis, tum quia ut dicebat Pr. Nerius numquam per Bullas Pontificum qui contractum censualem approbant, concessa est huiusmodi repetitio ut patet ex Bullis Martini V. Calixti 3. Nicolaij V. Pij V. et Gregorij 13 imo per illam Pij V. expresse prohibetur creditori census repetitio sortis.

Deinde post aliquam disputationem tandem conuenerunt omnes ut huiusmodi repetitio omnino prohibeatur quia speciem mali habet et communis

opinio

opinio ei resistit et denique viam usurispalliandis apertissima aperitur.

8.° denique fuit consideratum quod rescribendum esset Constantinopolitano suffraganeo, ut Epis Orientis et in huiusmodi articulo una fuit omnium sententia, ut quoad praeterita negotia indulgeatur qualitati Regionis et necessitati Orientalium per rationes et auctoritates adductas in 2.° articulo. In futurum vero in Bulla Pij V. in usum revocetur, sicut antea erat, et pignoris datio permittatur cum conditione et pacto quod illud possit commutari, et redimi praestita fide iussione aut alia cautione, ut supra in primo articulo fuit resolutum et cum conditionibus, de quibus in aliis Congregationibus ut scilicet pignus non sit fructiferum eoque creditor non utatur 28. May 1630. fol. 74.

77. In Congregatione particulari decretum fuit quamvis docente Sacro Concilio Tridentino nullo sit Divino praecepto mandatum, nec satis consulto Lege aliqua humana praecipi possit ut delicta praesertim secreta publica confessione aperiantur, tamen visum est Patribus deputatis eidem Sac. Synodo inherentibus eos, qui volent sponte per Interpretem confiteri nec aliter possunt, non debere per Vicarium Patriarchalem Constantinopolitanum prohiberi, cui sufficiet praecarcere abusus, et scandala et curare, ut interpretes admoneantur de obligatione ad observantiam Secreti Romae in Palatio Ap.co 6. Idus Augusti 1630

In actis vide 6. 7mbris 1630 n.° 21

In

78 In Congregatione particulari super Baptismum Chaldeorum seu Nestorianorum.

Fuit examinatus articulus an Baptismus Chaldeorum possit sustineri, in quo fuerunt concordes, nam Archiepus Iconij, D. Boccabella et Abb. Hilarium censuerunt Baptismum fœminarum esse invalidum, et proinde fœminas esse absolutè baptizandas. Baptismum verò Masculorum esse dubium, et propterea esse baptizandos sub conditione, quia Baptismus fœminarum in præterito habet duos defectus, nam 1.º non potest dici quod Sacramentum Baptismi ~~sit~~ sic collatum habeat significationem, et efficentiam Sacramentorum 1. quia non efficit quod significat, neque significat quod efficit iuxta Sac. Concilij Trid.ni dispositionem, 2.º continet falsitatem, cum per formam illam dicatur collatum Sacramentum, quod revera non est collatum et Rmus Iconij adidit huiusmodi formam in præterito non carere suspitione, nam cum Nestoriani essent sub Patriarchis Anthiochenis, ut constat ex Canone 6. Niceni Concilij p.i et Anthiocheni Patriarchæ semper usu fuerint, et non utantur forma Græcorum quæ verbum præsentis temporis habet, consequens est ut Nestoriani Græcorum formam reliquerint et hanc novam introduxerint.

Baptismus verò Marium habet ambiguitatem per verbum Temad, quod præteriti temporis

temporis indicativi, et pntis indicativi significatione in se continet Pater Mag.r Sacri Palatij censuit Baptismum Marium esse validum, et propterea Mares nullomodo esse rebaptizandos, quia verbum in Rituali positum, quo Chaldei Sacerdotes in eis baptizandis utuntur per actionem, seu actum baptizandi pntem terminatur ad significationem temporis pntis, quam ex Grammaticae proprietate optimè patitur.

Baptismum autem fœminar. esse Dubium et proinde fœminas esse sub conditione rebaptizandas et licet speculativè Baptismus huiusmodi defendi possit per considerationem duplicis praeteritionis imperfectae et ex rationibus metaphisicis in alia Cong.e adductis, practicè tamen non videtur posse sustineri, quia verbum tamdiu ex Grammaticae Regulis significationem pntis non patitur et proinde per actionem, seu actum baptizandi pntem ad significationem eiusdem temporis pntis determinari nequit.

Rmus autem Oregius dixit Baptismum Marium et fœminar. sustineri rectè posse, supposito quod Sacerdotes Chaldei habeant intentionem faciendi quod facit Ecclia et simul intentionem significandi pntem actionem quam habent pro manibus nam et si verbum formae Baptismi

sit

sit pntis temporis ipsa nihilominus actio moralis pns cum intentione in baptizante eam ipsam actionem in pnti significandi est tantæ efficaciæ, ut verbum illud præteritum vim pntis habeat, et consequenter tam ambiguitas, quam falsitas ab alijs DD. consideratæ tolluntur.

Pater verò Georgius absolutè tenuit ccalidum esse utrumque Baptismum Marium videlicet et fœminarum, quia 18. Chaldei qui ad sacram Congregationem scripserunt super huiusmodi articulo profitentur apertè se in utroque Baptismo habere intentionem significandi actionem quam habent pntem præ manibus et verbum Cemad ritualis intelligere in pnti imperativi.

Post hæc Emin.mi DD. Cardinales considerantes non posse cum solis præfatis Theologis ad definitionem huius articuli deveniri Rmo Dno Oregio iniunxerunt, ut statum huiusmodi negotij SS.mo Dno Nro quamprimum referret, curetque si sanctitati suæ videbitur hanc particularem Congregationem alijs sex Theologis augeri ut iterum diligentius examinetur et ita executum fuit.

Die 24. 9bris 1630 fol. 181 in Cong.ne particulari particulari proposito articulo

79. An Baptismus qui à Chaldeis Sacerdotibus administratur Maritus cum verbo Cemad in eorum ritualis posito, quod

quod significationem habet pntis imperativi videlicet bap=
tizare talis et significationem praeteriti videlicet baptiz=
atus est talis, sustineri possit, praesupposita in baptiz=
ante intelligentia d.i verbi in praeterito. Septem ex
Theologis deputatis affirmativam amplexi sunt sniam
Pr. vero Lucas negativam et alij censuerunt dubium
esse Baptismum, et propterea Mares esse sub conditione
rebaptizandos Pr. vero Stephanus de Bubalo distin=
guendo dixit Baptismum quidem esse validum, vel in=
validum, aut dubium, iuxta diversitatem intentionis
in baptizante, nam si verbum Gemad intellexit in pnti
vel in baptizando non applicaverit mentem plus
ad unum, quam ad aliud tempus validus erit Baptis=
mus, si vero d.m tempus intellexit in praeterito Baptis=
mus sustineri non potest si tandem fuit dubium in
intelligentia d.i verbi, Baptismus erit reiterandus
sub conditione. Deinde proposito articulo.

An Baptismus, qui a praedictis Chaldeis Sacerdotibus
administratur foeminis cum verbo Gemdat, quod habet
significationem semper praeteriti temporis validus sit
quinque ex supradictis Theologis, et Commissarijs
Sancti Officij, cum alijs tribus in affirmativam
convenerunt sniam, quam etiam uti ~~prop~~ probabi=
lem Bonac.a impugnavit licet contrariam proba=
biliorem dixerit. Alij autem quinque Theologi am=
plexi sunt negativam Pr. Mag.r Sac. Palatij dixit
Baptismum

Baptismum esse dubium et propterea rebaptizandas esse fœminas sub conditione Bonac. censuit non esse absolutè rebaptizandas fœminas, sed tantum si voluerint, et casu quo perturbatio magna ex eorum rebaptizatione non sit secutura. Quod attinet ad rationes Eaꝝ. Sentiaꝝ. cum longum esset illa recensere hoc solum refertur quod Theologi, qui Baptismum Mariu, et fœminaꝝ invalidum esse tenuerunt sententiam suam fundaverunt potissimum in Concilio florentino in Decreto Armenoꝝ. in quo PP. dicti Concilij ad validitatem Baptismi ultra debitam intentionem in minro faciendi, quod facit Ecclia, et invocationem SS.mæ Trinitatis requirunt quod exprimatur actus qui per ipsum ministrum exercetur, quod nullomodo fieri dixerunt ab illo qui baptizat, cum verbo præteriti temporis vel cum verbo æquivoco ad utrumque tempus cum intentione determinandi illud ad præteritum tantum et ratio est quia per huiusmodi verbum in duobus prædictis casibus non exprimitur actus, qui exercetur, ut vult Concilium sed qui eum exercitus est.

Illi vero qui Baptismum Mariu et fœminarum dixerunt ~~se~~ sustineri posse se fundarunt potissimum in hoc quod ad validitatem Baptismi sufficit Concilio florentino satisfieri per æquipollens nam Christus Dnus Matth. ult. non tradidit præcisam Baptismi formam

formam sicut in Sacramto Eucharistiæ sed in eo, quem=
admodum et in alijs Sacramtis quandam latitudi=
nem reliquit Eccliæ suæ accommodandi illam
generalem formam ad usum gentium ad fidem
convertendarum, ut videmus factum in eodem
Baptismi Sacramto nam Latini in p.ma persona
baptizant Græci in 3.a Illirici loco verbo Baptizo u=
tuntur verbo Christizo te quod significat Christi=
anum te facio, et Chaldei post singulas SS.mæ Trini=
tatis personas addunt verbum Amen, et aliæ gentes
alia Quod vero in Casum.o satisfiat Concilio per æ=
qui pollens constat, quia actio illa moralis baptizantis
quam præ manibus habet, cum intentione generali
faciendi quod facit Eccliæ, et particulariter pro tunc
conferendi Baptismum satis exprimit actum qui
per ipsum baptizantem tunc exercetur ut vult
Concilium protracta videlicet significatione præ=
teriti ad pns, et nihil ignorantia et ~~inco~~ inconside=
ratione seu errore privato ministri in profitendo
verbo præteriti temporis officiente, aut præiudi=
cante præfatæ Genli intentioni faciendi quod fa=
cit Ecclesia nec intentioni particulari pro tunc
conferendi Idque ex Decreto Zacchariæ Papæ
in c. retulerunt de consecr. dist. 4. ubi decer=
nitur Baptismum esse realidum, et si
à ministro ex ignorantia error commissus
fuerit

in forma dicendo Ego te baptizo in nomine Patris filii, et spiritus Sancti &c.

Die 5. Xmbris 1630 fol 187.

In alia Congne particulari super eadem re post auditum Abraham Alum Moronitae et Jacobum Beniamin Sacerdotum Chaldeum circa verbi Cemad significationem et circa formas alior. Sacramentorum quas d. Abraham per verba praeteritum significantia in Rituali Chaldeorum esse conceptas asseruit, et post multam disputationem circa Baptismum foeminar. tandem praefati Theologi omnes in infrascriptis convenerunt conclusionibus sui dlt

1°. verbo indifferenti ad praesens, et praeteritum cum determinatione Ministri ad praesens tenet Baptismus

2°. idem si Minister non determinetur ad praesens quando nullo modo determinatur ad praeteritum.

3°. Idem etiam si opinioni particulari credat determinari ad praeteritum dummodo retineat absolutè intentionem faciendi actum Legitimum in sensu quem Christus praescripsit

praescripsit.

4.° Baptizat etiam si praeteriti voce utatur ad significandum baptizandi actum qui tunc per Ministrum exercetur, cum profert verba formae si à Populo vel Aero sit introductus universalis usus supponendi praeteritum ad significandam actionem praesentem

5.° Baptismus collatus per verbum de praeterito si in illud inciditur ex vicinitate vocis de praesenti per Linguae lapsum aut difficultatem pronunciationis validus est si talis sit mutatio, ut adhuc moraliter iudicio prudentum verbum praesens licet corrupti pronunciatum censeatur.

Etiam alia Congl.ne particulari relatis resolutionibus supradictis unanimiter approbatis et subscriptae fuerunt infrascriptae conclusiones

P.a Baptismus collatus per verbum praeteriti temporis ad significandam actionem praeteritam, et non etiam quae per Ministrum exercetur tunc quando baptizat etiam cum invocatione SS.mae Trinitatis, et aquae naturalis ablutione immersione, vel aspersione non est verus Baptismus

C.°

2.º esset tamen verus Baptismus collatus per verbum indifferens ad praeteritum indicativi, et praesens Imperativi, si baptizans uteretur illo pro pnti Imperativi, si caetera adsint recta, nempe intentio in aquam naturalem, immersio, ablusio vel aspersio cum SS.mae Trinitatis expressa invocatione.

Tertio idem dicendum quando Minister utens verbo indifferenti, ut supra nihil cogitans de praeterito vel de pnti virtualem aut intentionem haberet. utendi illo verbo meliori modo quo potest etiam si crederet vocem significantem vel exprimentem actum quo per Ministrum exercetur esse praeteriti temporis retenta tamen intentione faciendi quod Christus instituit vel observat ~~Chris~~ Ecclia Christianus sue Populus et non alligandi formae significationem suae privatae credulitati

4.º Si baptizans uteretur verbo praeteriti temporis ad significandum actum quis ipsum Ministrum exercetur quando baptizat caeteraque requisita adessent, esset Baptismus, si apud nationem illam vel Clerum esset usus accipiendi vocem illam praeteriti ad significandum

ficandam actionem illam præsentem.

5.° est etiam verus Baptismus si quis ex ignorantia Linguæ infringendo verba absque animo introducendi errorem, aut hæresim proferat vocem præteriti pro pnti, si tamen sit inter vocem præteriti, et pntis similitudo ut facilis sit Lapsus ab una voce in aliam prudentesque viri indicent communiter baptizantem voce præteriti pro pnti corruptè prolatam supposuisse et prolata voce concipiant actionem præsentem sufficienter significari.

6. Ad tollendam tamen in huius tam necessarij Sacramti administratione omnem ambiguitatem vel erroris occasionem admoneantur imposterum Chaldei dum baptizant uti verbo pntis Indicativi aut saltem Imperativi, vel si velint uti verbo indifferenti ad præteritum et præsens, accipiant illud in significatione præsentis.

27. Martij 1631 num.° 6.

80 Circa facultates concessas missionarijs in impedimtis matrimonialibus Sac Cong.° censuit facultatem dispensandi in 2.° et 3.° esse intelligendam coniunctim ita ut missionarij in 2.° solo dispensare non possint.

30. Aplis 1631 fol 55.

Jm

81 In Congne particulari discursum fuit
An Papa possit mittere mitras Schismaticis
Episcopis et P.P. fuerunt discordes nam duo
sentiam affirmativam tenuerunt cum per hu=
iusmodi munuscula facilius cum Populo ad
Catholicam fidem trahi possunt. Alij vero ne=
gativam, quia cum Schismaticis communi=
care non licet, et praesertim per donum rei
cuius praecipuus usus est in celebratione di=
vinorum et praesertim missae, in qua cele=
branda Schismatici, ut suspensi peccant
mortaliter, convenerunt tamen ut quemadmo=
dum alias a Sac. Congne resolutum fuit,
munuscula huiusmodi missionarijs suo
nomine largiantur nec obstat ratio de
peccato Schismaticorum quia missionarij
non sunt illius proxima causa per dictorum
munusculorum Largitionem

82. Num. 2o. de usu Calendarij veteris pro mis=
sionarijs Georgiae, cui se accommodant Geor=
giani et omnes fuerunt concordes in affir=
mativa quia Latini praeter ipsos in Iberia
non reperiuntur idque etiam si in usu d. Ca=
lendarij veteris contingere possit, quemad=
modum

modum ante correctionem anni factam à Gregorio 13.° nobis contingebat ut Pasqua celebretur ante plenilunium immediatè post vernale equinoctium contra Decreta Concilij Niceni 1.°

83. Num.° 3.° De facultate pro dictis Missionarijs celebrandi Missam ritu Latino in Idiomate Georgiano, vel Armeno P.P. unanimiter censuerunt illam pro nunc concedendam non esse, nisi esset medium ad convertendos Georgianos potissimum et unus ex praefatis Patribus dixit Trid.m Conc.m in hoc non obstare quia solum in eo prohibetur Missae celebratio in lingua vulgari addiditque partem Missae quae dicitur Cathecumenor., quia est instructiva posse omnibus Populis lingua vernacula concedi si ibi non esset usus Linguae latinae vel Graecae, et alius subiunxit quod si Georgiani vellent ritum Latinum amplecti omninò debere eis concedi Missa in lingua Georgiana, quia non existente ibi lingua latina vel Graeca non esset in Iberia qui scienter et prudenter sacrificium Deo offerre posset

84. Num.° 4.° de casibus in quibus Missionarijs communicare liceat cum Georgianis schismaticis

matricis antequam conuertantur ad fidem Catho-
licam fuerunt deputati Abbas Itilarion
es Pr. Lucas Vadingus ad instructionem pro
Missionarijs conficiendam cum peculiari con-
sideratione eis in prohibitionibus Juris positiui
Sumam Missionarijs facultas communicandijs
non obstantibus concedatur in alijs uero pro-
hibitionibus Juris Diuini quantum fieri potest
cum Missionarijs indulgeatur e.g. si com-
municatio non sit in ipsis erroribus uel esset pe-
riculum peruersionis, et scandali, uel in com-
municatione contineatur signum aliquod
protestatiuum erroris in casu prohibito à
Paulo V. in Anglia, uel Catholici accederent
ad Ecclias Hereticorum propter Regis pra-
ceptum, quo eis sub poenis pecuniarijs iniungit
ut prefatas Ecclias frequentent et alia suoiz

7. Maij 1691. fol. 66.

Habita Congne particulari super dubijs
propositis a Capucinis Orientis.

Ad 1m Congne responsio non esse petendam a
Missionarijs Licentiam ab Episcopis scrip-
matica pro usu facultatum, quia
clausula illa de petenda licentia supra
intelligitur de Episcopis Catholicam Com-
munionem

munione cum S. R. E. habentibus ut constat ex formula Litterar. patentium quae Sac. Cong.o de Propaganda fide pro Missionarijs expedit

86. Ad 2.m An scilicet petenda sit Licentia pro illius usu ab Episcopis quos Missionarij arbitrantur esse Catholicos Cong.o respondit affirmative si tanta sit certitudo eorum recte fidei, ut omnem Schismatis, aut erroris in illis partibus vigentis suspicionem excludat

85. Ad 3.m An petenda sit Licentia pro praedictae facultatis à P. P. min. de observantia qui se dicunt Parochos in illis partibus Cong.o dixit adesse Decretum S. Cong.nis editum die 15 9bris 1690

88. Ad 4. An dicta Licentia petenda sit à Parochis Schismaticis Congreg.o respondit ut s.a de Epis

89. Circa facultatem absoluendi Mercatores an extendatur ad Catholicos ex Christianitate ad illas partes se conferentes ibique in haeresim incidentes Cong.o dixit petendam esse prius a S.to officio d.ae facultatis declaratione cum manifestum sit absolui non posse haereticos qui lapsi in partibus ubi non grassatur haeresis ad partes ubi Missionarij sunt se conferunt

89. An Missionarij celebrare possint in Galijs Schismaticor.

Schismaticorum eorumve sacerdotalibus vestibus et calicibus uti Cong.o respondit negative, quia datur Missionarijs usus Altaris portatilis, et facultas benedicendi Paramenta et propterea non est necesse ut ipsi in praefatis Ecclesijs celebrent, vel praedictis vestibus utantur.

Quid agendum cum ijs qui cupiunt uniri cum S. R. E. sed nolunt aut non possunt ob manifestum vitae periculum se separare a ritibus, et Caeremonijs suarum sectarum quae suos haeresiacas publico cultu ut sanctos venerantur Congreg.o respondit istos non esse recipiendos nisi ritus expurgentur.

Circa facultatem petitam consecrandi oleum Infirmorum et Chrisma Cong.o dixit SS.mum Dnum Nostrum posse illis concedere ut veteribus oleis et Chrismate ab Episcopo benedictis uti possint ad triennium iuxta solitum

Circa dispensationes Matrimoniales cum Graecis qui habent prohibitionem usque ad gradum 7.m Cong.o dixit servandam esse Decretalem Innocentij 4. ad legatum Cypri quae sic habet, Et quoniam apud eos consueverunt contrahi matrimonia inter personas contingentes se iuxta eorum computationem octavo gradu qui secundum computationem et distinctionem graduum, quam nos facimus, apud nos quartus habetur ne id praesumatur

deinceps

deinceps firmiter prohibemus districtè praecipientes ut cum in ulterioribus gradibus Licitè matrimonia contrahantur in praed. 4.° consanguinitatis vel affinitatis gradu copulari ulterius non praesumant Statutum in hoc generalis Consilij observantes

93. De diebus festis ut scilicet in Oriente a Latinis uniformiter celebrentur Cong.° respondit festa ex generali praecepto S. R. E. indicta observari debere a Latinis in Oriente uniformiter In festis vero ex devotione consuetudinibus regionum, ex quibus Latini sunt oriundi deferendum esse dummodo sancti quorum festa huiusmodi celebrantur sint canonizati vel a S. R. E. recepti sequitur alia Congregatio Super eisdem dubijs

Die 4.a Junij 1631 fol. 80.

94. An summus Pontifex intendat Graecos et alios Sedibus Patriarcharum Schismaticorum subditos comprehendere in Bulla Caenae Domini alijsq. Constitutionibus Apostolicis in quibus casus sibi et Sedi Apostolicae reservat, Et post allegatum et ponderatum Canonem Niceni primae synodi c. 17. sess. X.a Synodi. 8. et simul synodum Calcedonensem circa Epistolam S. Leonis P. P. et eumdem Can. 6. Epistolam primam Marcelli

Marcelli Papæ ad Antiochenos Anacleti Epistolam 2.m c. licet de Baptismo c. antiqua de priuil. Gregorium Cyricemt. Canones Or.les Azor. p.e 1. Lib. 5. c. 11. §. fin. et Salas S. Gregor. de trib. Patriarch. factum Episcopor. Egyptior. qui noluerunt subscribere præfatæ Epistolæ S. Leonis P. P. quia tunc vacabat eorum Sedes Patriarchalis Epistolam Synodicam eiusdem Concilij Chalcedonensis Can. 2. Constantinop: Concilij primi et ad hoc sanctor. Leonis, et Damasi Romanor. Pontificum contradictionem in quibus de potestate Papæ et Patriarchar. diuisioneq. Prouinciar. inter Patriarchas latè agitur, aut ex eis deducuntur diuersa argumta pro et contra supradictam Papæ potestatem. Pres prædicti quoad dictum articulum conuenerunt in negatiuam Sniam quam tamen limitarunt tripliciter.

1.o in materia Dogmatum fidei

2.o si Papa explicitè in suis Constitutionibus faciat mentionem et disponat de prædictis Subditis Patriarchalium Sedium ut in casu Schismaticor. Bullæ Cœnæ

3.o si implicitè in eisdem Constonibus de eis disponat, ut in casibus appellationum ad futurum

futurum Concilium et deferentium arma ad Infideles et similia

95. An in Casibus in quibus praefati subditi comprehendantur quoad Ligamen excommunicationis vel alterius Censurae sint etiam comprehensi quoad punctum reservationis, ita ut à suis Sacerdotibus et Episcopis Metropolitis et Patriarchis absolui non possint et in hoc articulo PP. fuerunt discordes nam Emus D. Card.lis Pamphilius et Pr. Horatius Iustinianus affirmativam tenuere sniam quod scilicet sint comprehensi, et non possint absolui ob claram mentem Papae in reservatione Pr. verò Mag.r Sac. Palatij et Pr. Thomas de Afflictis negativam, tum quia apud Graecos nulla est casuum reservatio tum quia subditi praedicti Censuris irretiti ad Sedem Aplicam sine periculo vitae vel magna iactura bonorum accedere non possunt.

Die 5. July. 1631. num.o 13.

96. An Presbyteri ritus Graeci Eccliae Latinae uniti possint in Ecclijs ritus Romani inrequisito Epo, vel eius in spiritualibus Vicario Pnti Missas cum suis solemnitatibus et cantu celebrare

97. 1.o An Epus seu eius Vicarius Licentiam praefatam

praefatam absque necessitate concedere
possit et debeat Cong.o respondit Ad P.m non licere
Ad 2.m posse etiam absque necessitate. si
aliqua spiritualis utilitas probabiliter
speretur.

In Cong.ne particulari habita die 7. Augusti
1631 fol. 107.

98 Repetita instantia Missionariorum Cappuc=
cinorum Orientis pro extensione facultatis
dispensandi tam in contractis quam in contra=
hendis Matrimoniis in 5.o 6.o 7.o gradu Consan=
guinitatis et affinitatis cum Graecis, qui abiu=
ratis schismate et haeresibus S. R. E. uni=
untur Cong.o post Consideratam Innocentij 4.i
Constonem ad Legatum Cypri in qua in primis
Papa notat Graecos computare gradus secundum
Jus civile, ac inter eos nuptias usque ad 7.m
gradum prohiberi et deinde disponit ut et
ab ipsis observetur Decretum Concilij Gentis
quo matrimonia contrahi prohibentur in 4.o
gradu qui est secundum illos c.s. et post ponderа=
tionem eorum quae scribit Arcudias de Concord.
in Sacramentis Lib. 7.o c. 30 videlicet quod Graecis
prius ex Jure suo Orientali Matrimonia,
usque ad 6.m gradum de Jure civili compu=
tandum prohibeantur, et quoad hanc prohibi=
tionem

tionem Michael Patriarcha Constantinopo-
litanus anno 1050. ad 7.mum extendit illam Lucas
eius Successor innouauit et denique post con-
siderationem quod non conuenit concedere
facultatem Missionarijs dispensandi in
5.o 6.o et 7.mo gradibus tamquam prohibitis
à Decretis prædictorum Patriarcharum ne
Schismaticorum sanctiones uideamur approbare
sed tamquam prohibitis à præfato Decreto
Innocentij censuit facultatem dispensandi
in 2.o et 3.o eisdem Missionarijs à S.to Officio
concessam in casibus magnæ necessitatis
in contractis tamen matrimonijs posse si SS.mo
placuerit extendi ad matrimonia contracta
à prædictis Græcis Vnitis, et ad contrahenda
pro certo numero matrimoniorum cum restric-
tiua tamen quod huiusmodi extensione solum-
modo Præfecti qui in Missionibus Orientis re-
sident, uti ualeant, ubi ad eos difficilis non erit
accessus si uerò illos adire non erit facile
Missionarij nudum tantum Ministerium commit-
tere possint, idque postquam ipsimet Præ-
fecti habita causa dispensationis cogni-
tione ex scripturis, uel testibus dispen-
sandum esse ~~can~~ censuerint et similiter
cum

cum admonitione ad Præfectos et Missio-
narios ne aliquid innouent, ut dicant circa
prohibitionem 8i. gradus cum Decretum
prædictum Innocentij non dum fuerit ab
ipsis Græcis receptum, et quod intendant
dispensare in prohibitione Concilij Gtij
ad Græcos extensi ab Innoc. 4o. et non in
prohibitione Decretor. præfatorum Pa-
triarchar. Michaelis et Lucæ.

Congregatio particularis circa Ma-
trimonia Ecclicorum Nationis Chaldeor.
Die 26. Septembris 1631.

In ea relatis litteris Pris Joannis Firmi ord:
reform: S. Francisci in quibus significabat
Ecclicos Chaldeor. in sacris constitutos
ipsosque sacerdotes non solum primas
sed secundas et ulteriores nuptias seu ma-
trimonia contrahere et propterea cogitan-
dum esse de remedijs ad huiusmodi abusus
tollendos non solum in præterito sed in fu-
turum quia si matrimonia per eos iam
contracta sperari iubeantur non solum
id difficile erit atque etiam impossibile
ob Turcarum ut uocant ananias, uerum
etiam

etiam Conuersioni Nationis Chaldeorum
maximum praebebit impedimentum cum
maior Sacerdotum et Ecclesiasticorum pars
huiusmodi nuptias, et matrimonia con=
traxisse reperiatur Cong.o primum in=
fractas firmauit Conclusiones uidet
P.ma Caelibatum Ecclesiasticorum esse à Iure
positiuo introductum, et proinde
circa illum non solum Papam
posse dispensare, ut fecit S. Gregorius
cum Diaconis Siciliae, et to=
lerare contrarium, aut coniuere sed
etiam consuetudine contraria huius=
modi Ius de caelibatu abrogari posse
fuit tamen contra hoc à quibusdam
ex Theologis obiectus Can. 9. Sacri Con=
cilij Trid.ni de Sacram. Matrimon.
Sess. 24. nam cum ibi anathematizentur
qui dicunt Clericos in Sacris constitutos
uel Regulares solemniter professos
non obstante Lege Ecclesiastica uel uoto
Matrimonium contrahere posse per
anathematismum, uidetur omninò illi=
cita

dispensatio, tolerantia, coniuentia, et consuetudo contraria, corruptela, et impossibilis sed ab alijs Theologis fuit responsum Canonem prædictum non comprehendere Orientalis Ecclesiæ Ecclesiasticos, quia illa ut dicit Innoc. P. in c. cum olim de Cler. coniug. votum continentiæ non admittit propterea anathematismus, cadit super aversione contrarij eius quod dicit Concilium et non super impossibilitate dispensationis.

2.a Conclusio in Ecclesia Occidentali, et Orientali huiusmodi celebratum antiquitus fuisse ut ex Actis Apostolorum et 4. Can. Nicen. Concil. p.mi aperte colligitur

3.a Matrimonia à Constitutis in sacris esse illegitima et irrita secundum magis communem opinionem, verum nonnulli ex Patribus distinguebant inter Ecclesiam Orientalem et Occidentalem, nam in hac iuxta superius allegatum Canonem Sac. Con. Trid.ni opinio

opinio sine difficultate procedit sed
in illa verior videtur contraria. P.o
per expressam Canonem X Concilij Ane=
grani approbati a Leone 4.o C.o per d.m c.
ut olim, et eius rationem 3.o per
Canon. 13 Synodi Quinisestae apud
Graecos passim pacticatur, quod sci=
licet constituti in sacris matrimonia
contrahentes solum à Ministro depo=
nuntur, relictis eis suis Uxoribus, com=
munioneque Laica iisdem concessa
Hic tamen Canon fuit a Patribus univer=
saliter improbatus ut potè quia prae=
dicta Synodus Quinnisexta numquam
fuerit ab Ecclia recepta

Die 8.a octobris 1631. fol 155.

Sententia Theologorum circa facultatem dispensandi cum Indis Poligamis pro Missionarijs Indiae. Indi Polygami qui cum omnibus Uxoribus suis convertuntur ad fidem, et baptizantur tenentur dimittere omnes Uxores praeter primam quae sola est vera Uxor si illius in matrimonio nullum intervenit impedimentum

pedimtum Iuris naturalis vel positivi
conditi ab eorum Principe. Verum si
Matrimonium cum p.ª Uxore non fue-
rit unquam consumatum poterit Pontifex
in eo dispensare secundum probabilem
opinionem, quae in praxi servatur
et docet Pontificem posse dispensare
in matrimonio rato fidelium, ergo
multo magis in non consumato Infidelium
Si vero idem matrimonium fuerit consu-
matum post Baptismum sive illud
sit Sacramentum sive non in quo di-
versi diversa sentiunt apud Petrum de
Ledesma in Summ. c. 24 de Sacramen. matrim.
omnino non poterit Papa dispensare com-
munis est Doctrina omnium Theologor.
et Canonistar. et ratio est quia iam illud est
Matrimonium fidelium consumatum, in
quo Papa non potest dispensare
Denique si idem matrimonium fuerit con-
sumatum ante Baptismum et nullomodo
post an Papa possit dispensare, discident
Doctores affirmavit primus omnium Navar.
lib. 3. Concil. de Conversione Infideli. Cons. 3
à num. 13. quem secuti sunt Thom. Sanchi libr. 2
de

de Matrim. disp. 17. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. Lib. 31. c. 4. num.º 34. Paul. Layman de Matrim. p.e 2. c. 2. n.º 6. Filliuc. de Matrim. c. 2. n.º 38. qui testatur Pontificem aliquando dispensasse. Contra in eo matrimonio, non secus, ac in consumato post baptismum non posse Pontificem dispensare sentiunt Coninck. disp.e 26. de matrim. Dub. 5. n.º 66. Basil. Ponce lib. 9. de Matrim. c. 8 post Gabriel Vasq. disp.e 2 de matr. c. 6. num.º 58. qui etiam testatur anno 1588. quosdam magnis studijs laborasse ut à Sixto V. huiusmodi dispensationem obtinerent et repulsam passos, et dicit se pro ea dispensatione nunquam subscribere voluisse, sed quicquid sit de Doctorum opinionibus, nemo sive Theologus sive Canonista docuit Pontificem sine causa posse dispensare, aut legem universalem condere, qua omnia ea matrimonia irritet, aut in ijs omnibus dispenset sed ad summum dicunt tantum in hisce posse quantum in ratis fidelium in quibus sicut oportet subesse causam gravem, ut rite Pontifex dispenset, ita et in istis.

An verò sufficiens causa dispensationis in matrimonio sit conversio Polygami, qui aliàs ægrè aut nullomodo sit convertendus Basil. Ponc. ubi supra dicit quod etiamsi sequamur opinionem illorum

illorum qui dicunt Pontificem posse dispensare non est tamen dicendum quod haec causa praecise sit sufficiens ad id faciendum quia quantum facilitatis additur conversioni viri per hanc dispensationem, tantum difficultatis et odij adversus fidem augetur uxori, et quia Religio Christiana quae est sancta et immaculata, fieret ~~pro~~ praetextus libidini, eo quia qui non vult convertisine hac dispensatione, aut qui in conversione eam petit non eo quo Christianum decet animo convertetur. Denique sicut Pontifex non dispensat cum Clericis haereticis Germaniae, ut ducant uxores, licet ex ea dispensatione sperari possit eorum conversio, ita neque ob solam Polygami conversionem et cum eo dispensandum, ut dimissa prima, atque adeo vera uxore aliam ducat.

Die 28. Novembris 1630.

101. De ordinatione Indorum Ad articulum ordinationis Indorum naturalium dixerunt omnino providendum esse, ut qui ex Indis fuerint magis habiles post diligentem, et exactam eorum instructionem morumque eorundem aliquot per annos probationem, et in pietate Christianaeque Religionis functionibus exercitationem ad sacros ordines usque ad Sacerdotium inclusive promoveantur. Huius sententiae rationes

sunt

sunt 1.º quia id factum fuisse ubique Apostolos et primitiua Eccl.ia per Episcopos satis ex scriptura Sacra Historijsque Eccl.icis constat 2.º quia indigenae maiorem habent apud suos fidem 3.º Linguae seiuium suorum eorumque mores et inclinationes magis norunt, ex quibus fit ut quemadmodum collector Lusitaniae scribit, plus facturus sit unus Indus bonus, quam centum Europei, cum ipsi iam sint Indis ob uarias lausas, et praesertim ob diuitiarum cumulationem parum accepti.

Die 3.ª februarij num.º 20. 1631.

102. Referente Emin.mo D. Card.li Caetano decretum particularis Congregationis editum Die 28. Maij 1630. circa Census Orientis. Sacra Cong.º in primis ubi de pignoris permissione agitur censuit adijciendum esse ut pignus ipsum nullo modo sit fructiferum, et quod ex eo creditor aliquod non percipiat commodum decogenuq. per SS.mum Dnum Nrum, prout Sanctitas sua derogauit, quatenus opus sit constitoni Pij V. de Censibus Deinde censuit Decretum praedictum accommodandum esse, ut sit sniā Theologorum et non Decretum Sac. Cong.nis. ac ut Theologorum sententiam ad suffraganeum Constantinopolitanum transmittendum esse.

Decretum autem accommodandum ut

supra

supra est quod sequitur.

Sentia Theologor. a Sac. Cong.ne deputator. circa Census Orientis.

109. Propositis dubijs circa Census qui in partibus Orientis, et praesertim in Insulis maris Egei à fidelibus creantur. ab Archiepo Edersen Suffraganeo Constantinopolitano, et Archiepo Smirnensi missis Theologi a Sac. Cong.ne de Propaganda fide ad illa examinanda deputati responderunt, ut sequitur

In primis censuerunt Py V. constitutionem de Censibus esse à fidelibus in praedictis partibus diligenter observandam, et praesertim circa sortis repititionem, quae omnino prohiberi debet. Deinde eisdem fidelibus Censuum Creditoribus per SS.mum D. Nostrum permitti posse etiam cum derogatione praedictae Constonis quatenus opus sit, ut pro sua Cautione, ubi aliter fieri non poterit, pignus accipere possint cum infrascriptis tm conditionibus, vid.t ut Debitori Census libera sit per pactum expressum contractui censuali adyciendum facultas illud redimendi praestita fide iussione, aut alia Cautione, ut pignus nullo modo sit fructiferum, et denique ne illo

Creditor

Creditor utatur, ne ex eo commodum aliquod per=
cipiat.
Postremo dixerunt quoad Census iam creatos
propter Casuum varietatem fidelibus praedictis
iniungendum esse, ut Conscientiae suae consulant
(2). Martij 1631. num.o 14.

104. An in partibus Infidelium, et praesertim in
Insulis Maris Egei expediat Episcopis subijcere
Regulares qui degunt in domibus vel Conven=
tibus in minori numero quam 12. Cong.o in ne=
gativam iuit sentiam per rationes de quibus
in Scriptura de hoc articulo. quae habetur in
libro Cursurum huius anni.

105. An facultas Missionarij concessa dispensandi
in 3.o et 4.o comprehendat casum mixtum cum 3.o et 4.o
Sac. Cong.o respondit affirmative 16. Junij 1636. n.o 24.

106. An Liceat Mercatoribus Christianis Aleppi in pon=
dere, et numero mercium decipere Turcas collusione
facta cum publico ponderatore Turca Sac. Cong.o
respondit non licere die d.a num.o 7.

Die 13. Februarij 1632 fol. 21.

Referente Emin.mo D. Card.li Ubaldino Litteras
Missionarior. in Moldavia circa usum Calen=
darij veteris Sac. Cong.o Censuit per conniven=
tiam tolerandum esse, ut veteres ac novi Ec=
clesiae praedictae Prov.ae veteris Kalendarij
usum continuerit, si post factas diligentias
usus

usus noui Kalendarij introduci non potuerit.

Die 15. Septembris 1631 fol 115.

108. Proposito dubio An N. Tinensis ab Epo Tinensi Procurator Constitutus aduisitanda Limina Apostolor. cum facultate substituendi qui ut Laicus ad hunc actum existi v Constone admitti non potest ualeat saltem substituere aliquam personam idoneam aduisitationem peragendam Rmus Dnus Palutius dixit anno 1626. in casu simili Epi Sedunensis à Sacra Congne de Propaganda fide ad illam Concilij transmisso Patres eiusdem Concilij interpretes responderunt negatiuè Em. uero Pamphilius censuit salua tamen P.P. reuerentia affirmatiuam sustinere posse per doctrinam Bart. in l. institutio talis no 5o de Conditionibus Institutionum et glos. in l. ita in uerbo militia C. de Procur. et gl. in c. po §. primo in uerbo substituendi de Procur. in 6. et per rationes quod scilicet substitutus uidetur a Dno datus ~~item~~ l item eorum §. si decuriones ff quod cuiusque Vniuers. et quod dictus N. non est penitus inhabilis Constitutio enim sixti V. non procedit ulterius annullando actum et demum quia Epus

prouidens

providens hoc dubium quod Laicus fortasse
non admitteretur ad visitanda Limina in suis
litteris scripsit se posuisse in mandato Clau=
sulam substituendi, ut per eam d.s N. possit
substituere alium idoneum Procuratorem
et ad Clem. Religiosus de Procur. quae videtur
facere in contrarium et probare allegatam
declarationem Cong.nis S. Concilij dixit idem
Religiosum sine licentia superioris fac=
tum Procuratorem cum Clausula substituendi
non posse substituere, quia etiam in eo
actu superioris auctoritas requiritur, eo quod
Religiosus posuerit suum velle et nolle
in sinu superioris eiusdem ut notat glos.
in casu d.e Clem. Praeterea d.s N. non est peni=
tus et ipso Jure inhabilis ut est Religio=
sus, ut optime distinguit glos. ult. d.e Clem.
Idem prorsus sensit Emus. D. Card.lis Spada
per easdem doctrinas et rationes Caeterum
quia Sac. Congreg.o Concilij in d.o casu Epi
Sedionem negative ut dictum est respondit,
Patribus post aliquam disputationem, vi=
sum tandem fuit tutius esse ut praed.i Epi.
Tinensis nomine prorogatio per sex menses
ad faciendam Liminum Apostolor. visitationem
per

per Saecularem Priorem idoneum à SS.mo Dno
Nro pateretur cum absolutione à suspensione
quatenus Epus praedictus eam incurrerit.

Die octava Novembris 1631 n.o 4. ad Ctm.

109. De titulo quo Papa potest honorare Patriarchas
Archiepos et Episcopos Schismaticos.
Orta disputatione circa titulum quo uti possit
SS.mus D. Nr. in Breui ad Archiepos Armenos
quia ignoratur an d.i Praelati sint ad huc cum
Sancta Sede uniti Sacra Cong.o innixa auctori=
tati Pris Lucae Vadinghi, qui multas asse=
ruit reperire litteras Apostolicas ad Schis=
maticos Patriarchas datas cum titulo Venerabiles
fratres fortasse quia etiam schismatici, et Hae=
retici ritè ordinati sunt Epi iuxta Regulam
Concilij Romani sub Ss Cornelio et Stephano Ponti=
ficibus contra S. Cypriani Sentiam et quo=
ad Vertabiet fondata in consuetudine qua
Pontifex in concistorio Cardinales omnes
licet maiori ex parte Episcopi non sint
vocat Ven. fres censuit expediri posse huiusmodi
Breue cum praed.o titulo Ven. fres.

Die 24. Januarij 1633 num.o 14.

110. Referente Emo Dno Card.li Pamphilio
Decretum Sac. Congreg.nis S. Rituum de Officio
translationis S. Simeonis iusti, cuius tenor est
qui sequitur transmissis litteris ad S. Cong.m
de

de Propaganda fide per Archiepum Zareum super translatione Corporis S. Simeonis iusti Sequuta magni Populi concursu et acclamatione die 16. mensis May. proxime praeteriti, et supplicatione pro Licentia celebrandi quotannis cum Officio anniversarii diem ipsius translationis ijsque per sac. Congnem de P. fide ad hanc S. Rituum Cong. remissis, eadem S. Rituum Cong.o censuit concedendum si SS.mo placuerit. die 29. 9bris 1632 SS.mus annuit, et die 4.a Xmbris 1632 illud SS.mus probavit, et Breve expediri mandavit iuxta tenorem et continentiam

Die 22. Junij 1633 fol. 249

iii In Cong.ne particulari

Relata instantia Adeodati Archiepi Damasci et eorum Nationis Jacobitar. pro facultate celebrandi Missam ritu Chaldaico cum Missali Maronitar. et una ex Liturgijs, quae in eodem Missali fuerunt a Sede Aplica approbatae introductoque in Cong.ne praed.o Archiepo, et mediante Interprete de pluribus circa materiam SS.mae Eucharistiae interrogato Cong.o censuit si SS.mo placuerit facultatem petitam esse Oti concedendam iniuncto illi praecepto, ne oleum adhibeat cum durior fieri possit massa, in eag. sine oleo ut Graeci faciunt, forma, seu sigillum cum crucibus et punctis 12 Apostelor. et 72. discipulor. significantibus imprimi

et inclibano coqui loco frixorij in quo Jacobitae
suas solent hostias oleolitas coquere. Praeterea
Cong.o iussit ut d.t Archiepus pntibus Magro
Sac. Palatij, et secretario Ingolo cum Masra
fermentata, et oleo more suae nationis hos-
tiam conficeret, ut posset experim.to compre-
hendi, an oleum d.m masram ingrediatur, quod
sequenti die idem Archiepus fecit nam delata
masra fermentata oleo sinistram manu
unxit, ut posset ab eo libere separari et for-
mam ligneam similiter unxit, in qua erant
praedictae cruces et puncta pro sigillo im-
primendo, ex quibus actionibus idem Magr.
S. Palatij manifeste cognouit oleum non in-
gredi masram, et à Jacobitis adhiberi ob solas
duas rationes ut scilicet imprimi possit sigil-
lum, et masra in frixorio coqui, censuit
tamen idem Magr standum esse in Decretis
ut sine oleo masra durior effecta ab Archiepo
hostia nam sigillum facile imprimi po-
terit si masra modica aspergatur farina
et deinde inclibano coquatur.

De Baptismo Armenor.

4.o Julij 1633. num.o 4.o

110 Referente Emo Dno Card.li Ubaldino forma
Baptismi Armenor. Schismaticor. quae in
eor. ritualibus habetur, ut infra videlicet
dicantur huiusmodi verba ter cum appositione aquae
super

super caput baptizandi N. Servus Jesu Christi
qui à sua infantia venit sponte ad baptis=
mum baptizet nunc manus mea in nomine
Patris, et filij, et Spiritus Sancti, vel baptizet
nunc manus mea in nomine Patris, baptizet
nunc manus mea in nomine filij, baptizet
nunc manus mea in nomine spiritus S.ti Sac. Cong.o
primo dubitavit, an huiusmodi forma esset bona
nam in ea non videtur exprimi persona bap=
tizandi, quia illa verba N. Servus Christi in
Rituali leguntur in casu recto, et ideo non vi=
dentur regi posse à verbis baptizet nunc ma=
nus mea; praeterea verbum baptizet, est
futurum imperativi, et ideo non exprimit
actum qui exercetur in praesenti prout requiritur
a Concilio Florentino in institutione pro Ar=
menis

Re maturius considerata formam huiusmodi va=
lidam esse censuit, sed quia non agitur de
solo Gregorio Armeno Dominicano Religionem
ingredi volente cuius occasione propositum fuit
Sac. Cong.ni hoc dubium, sed de integra et ac nu=
merosissima natione, iussit remitti idem du=
bium ad S. Officium, ut in eodem diligentius
examinetur

Die decima Xbris 1634 fol 156.

113. Proposito articulo an liceat Graecis schisma=
ticis

suis mercibus, et bonis spoliare per nauigia ar=
mata Christianorum donec restituantur Sancta loca
Hierosolymitana fratribus Minoribus de obser.
mediantibus Turcis occupata. Affirmatiuè respon=
dit Pr. Lucas Vadringus cum iniuriam maxi=
mam Pontifici, qui est Dnus dictorum sanctorum locorum,
totique Christianitati per usurpationem illam
intulerint, et alienum per uiolentiam oc=
cuparuerint, illudque contra iustiam reti=
neant, nam pro his omnibus ne dum represaliae
sed Bellum indici potest secundum Theologos
et Canonistas.
Quod autem Pontifex sit Dnus sanctorum Locorum
probauit multis rationibus, et historijs Ecclesiis
desumptis, et ex Regula S.ti Francisci secun=
dum quam ea quae habent Franciscani sunt
propriissimae Romani Pontificis. et ad mo=
tiuum in contrarium quod per huiusmodi represalias
Innocentes damnificantur, respondit dato iuste
represalias indici, etiam innocentes grauari
posse quoniam aliter quod iuste praeten=
ditur consequi nequimus. Addidit tamen debere
prius indictionem represaliorum intimari Graecis
iuxta petitionem Guardiani Hierosolymi=
tani Pr. Niger in eadem sententia fuit per easdem
rationes dominij scilicet Pontificis et Iniu=
riae illatae ac indebitae retentionis, et ad prae=
dictorum.

prædictorum motivum respondit licet unus pro altero puniri non possit iuxta illud sac. Scripturæ filius non portabit iniquitatem Patris temporaliter tamen id fieri potest et maximè in nro casu, cum Græci non sint omnino innocentes, sed culpabiles fuerint ob contributionem, quam fecerunt pecuniarum quibus Turcæ permoti abstulerunt loca Sta Latinis eaque Græcis concessere. insuper addidit ita tamen intimationem esse faciendam, et postea quid intimetur ex secutioni demandetur.

Pater Horatius post factam distinctionem inter bellum, et represalias, quæ propriè indicuntur pro certa damni dati quantitate, aut pro certo rei valore usurpatæ dubitavit, an possint iustè indici Græcis cum non habeant superiorem in temporalibus sed tyrannum, et in spiritualibus non solum plures habeant superiores videlicet quatuor Patriarchas ex quibus soli duo scilt Constantinopolitanus, et Hierosolymitanus sunt culpabiles sed etiam non possint cum prædis spiritualibus superioribus aliud facere, nisi se substrahere a sacramentis suscipiendis ab eis quod videretur inconveniens ut scilt Græci subditi abstineant à perceptione sacramentorum

si Patriarchæ prædta loca non restituant

R. P. D. Paulutius sensit licere ut supra Græcos schismaticos spoliare &c. Dominus

noster

noster c. 3. q. 2 et c. dispar eadem causa q. 8.
et c. adhibendum de Judeis quod videtur interminis pro Locis terrae s.tae et admotivum de innocentibus respondit etiam innocentibus damnum iustè inferri, quando vel sunt sub eisdem capitibus culpabilibus, vel sunt de una, et eadem universitate, quae diliquisse dicitur, ut in casu nro cum sub nationis Graecae noie sit Litigatum coram Turcis et per contributionem pecuniarum eisdem Turcis datarum sentia fuerit obtenta, ut per Azor. q. 3.a lib. p.o c. 7. et Jacobum à Cavibus in tract. de represal. p.e 1. num.o 26.

Haec tamen dixit fieri posse facta prius debita intimat.ne

Rmus Maraldus dixit represalias contra Eulicos c. unicum de iniuriis 61.o non esse licitas, contra Laicos vero ad resartiendum damnum, et iniuriam repellendam indici posse, facto prius recursu ad Superiorem si eum delinquentes habeant, et ipse superior negligat vel ut in casu nro, si schismatici sint per text. in c. de Liguribus 23. q. 5.a et habeant Tyrannum, ad quem recursus frustra fieret.

Emus D. Cardinalis Pamphilius dixit videndum esse diligentius, an possint indici represaliae

represaliae huiusmodi Schismaticis Graecis
cum sint subiecti Patriarchis culpabilibus
spiritualiter tantum, et an ratione unionis et
ipsorum Schismaticorum in praedicta usurpatione, aut
ratione ipsius nationis Graecorum.
Emus D. Card.lis Oregius censuit licitas esse
huiusmodi represalias intimatione praemissa Graecis,
qui usurpatori praedicta contradixerunt exceptis
ac ser. ser.
Emus D. Card.lis Barberinus dixit licitas esse,
quia universitatis nomine usurpatio locorum
sanctorum fuit facta.
Emus D. Card.lis Spada idem sensit intimatione
praemissa, idemque per Schisma Graecorum
coniunctum cum haeresi.
Post praedicta vota tandem convenit Cong.o ut
discutiatur infractus articulus videlicet.
An iuste represaliae pro recuperatione lo-
corum sanctorum Graecis Schismaticis qui illa per
violentiam mediantibus Turcis usurparuerunt
indici possint ex aliqua infrascriptarum cau-
sarum vel ex pluribus earum aut ex omnibus
videlicet
1.o An propter Schisma Graecorum cum haeresi
coniunctum
2.o An quia universitatis nomine seu nationis
ligatum est coram Turcis et collata pecunia
indicium

indicium ab eis emptum.

3.° An ratione Principis Otomani, qui pecunia sniam Graecis instantibus tulit.

4.° An ratione Patriarchar. Constantinopolitani scilicet et Hierosolymitani, qui usurpationis sanctor. Locor. praecipua Causa fuerunt cum Graeci illis tantum sint subiecti spiritualiter.

5.° Et postremo An Graecos Patriarchis Alexandrino et Antiocheno subiectos, cum non constet Eos Patriarchas, nec eor. subditos in praed.a usurpatione concurrisse.

Die 9.a Januarij 1635. fol. 160.

114 Propositis dubijs supradictis Pater Lucas Vadinghus censuit non solum Represalias esse licitas sed etiam Bellum tum propter haeresim et schisma Graecor. qui nobis sancta loca eripuerunt, tum quia ipsi noie Nationis contra Nationem Latinor. mouerunt Litem, et contra Justitiam mediante pecunia obtinuerunt a Turcis sniam fauorabilem eamque executi sunt tum denique quia alio modo sancta Loca praedicta recuperare non possumus.

Pr. Abbas Hilarion censuit non habere iustum titulum et Causam indicendi represalias, sed non uidere contra quos sint indicendae nam contra subditos duor. Patriarchar. Alexandrini et Antiocheni, qui in usurpat.ne Sanctor. Locorum non

non concurrerunt iustè indici nequeunt, nec contra subditos Patriarchar. Constantinopolitani et Hierosolymitani quia hi Patriarchae non sunt eorum Dni temporales, nec dici potest qd saltem rone schismatis, et haeresis possunt contra eos indici represaliae, quia non sunt ut tales per sniam declarati, prout de Jure requiritur

Pr. Niger censuit licitas esse etiam contra omnes Graecos quia nationaliter fuit ab eis offensa Ecclia Catholica in praedictor. sanctor. Locor. usurpatne.

Pr. Horatius sniam Abb. Hilarionis secutus dixit represalias non esse in casu de quo agitur licitas, quia Graeci schismatici non temporaliter, sed spiritualiter tantum Patriarchis sunt subiecti, et Turcis non spontaneè sed per violentiam

Rmus D. Paulutius idem sentit quod in praecedenti Congne videlt licitas esse represalias quia universitatis nomine loca sancta à Graecis fuerunt usurpata et quia sunt haeretici et schismatici contra quos est text. in c. ad liberandam de Judeis, et quia non possumus alio modo d.a sancta Loca recuperare

Rmus D. Maraldus idem sensit tum propter schisma et haeresim Graecor. contra quos non est necessaria snia, quia eor. schisma et haeresis sunt notoria, tum quia non possumus aliter Jus nostrum consequi argumto auth. naufragatae de furtis.

Rmus

Rmus D. Boccabella in eadem fuit sniam, non solum quia Graeci sunt schismatici, et haeretici, sed quia sunt Turcar. subditi.

Emus D. Cardinalis Pamphilius idem sensit tum ratione haeresis et schismatis, tum quia Graeci schismatici rationaliter sub capitibus suis Constantinopolitanus scilt et Hierosolim. deliquerunt.

Postremo post vota una fuit sentia licitas esse represalias contra Graecos schismaticos easque praevia intimatione indicendas.

Die 24 Septembris 1635. nº 13.

115. Referente Emin.mo D. Card.li S. Sixti Litteras Vicarij Patriarchalis Constantinopolitani de Railirio Veneto qui levavit ad fontem baptismalem filium Oris Hollandiae haeretici et de disputatione orta inter Religiosos an id liceret aliquibus eor. affirmativam, aliis vero negativam sniam amplectentibus Sac. Cong.o censuit negativam esse veriorem et tutiorem per duas rones.

1.a quia per hujusmodi actum catholicus communicat in sacramentis cum haeretico quod non licet

2.a quia calvinistae rejicientes Ceremonias catholicae Ecclesiae in administratione baptismi in contemptum illius Ecclesiae, illum ritu haeretico, et non catholico conferunt.

Die 30 Julij 1635. nº 10.

116. Referente Emo D. Card.li Spada Litteras Vicarij Patriarchalis Constantinopolitani in

quibus

quibus 1.º significabat Religiosos Perae ad Confessiones saecularium à suis Superioribus expositos nolle se subijcere examini contra dispositionem Sacri Concilij Trid.ni cum evidenti periculo animar. suar. et eor. quor. Confessiones excipiunt.

117. 2.º Praeceptum de communicando in Paschate in propria Parochia non observari in Pera quia Religiosi praedicti passim eo tempore sacrosanctam Eucharistiam quibusvis administrant.

118. 3.º Cappellanos Orum Principum Catholicor. praetendere posse sacrum Baptismum familiaribus, et domesticis, ac interpretibus praedictor. Orum administrare eorumque matrimonijs assistere ac illa benedicere, et praecipue Cappellanum Raylivi Veneti fretum Licentia, quam illi Patriarcha Venetiarum concessit, et Pr. Franciscus de Anagnia eius Praedecessor in Vicariatu confirmavit. Sac. Cong.e decrevit ut infra.

P.º Religiosos Perae qui non sunt Missionarij, teneri se subijcere examini Vicarior. Patriarchalium, cum sint in ea urbe, et in tota Diaecesi Constantinopolitana Ordinarij et approbationem ad audiendas Confessiones saecularium ab illis abstinere debere iuxta Sac. Can. et decreta Concilij Trid.ni et summor. Pontificum Constones Missionarios vero observare debere

debere quae illis in eorum facultatibus praescribuntur quae regulariter habent clausulam prohibitivam administrationis Sacramentorum Parochialium sine Licentia ordinariorum vel Parochorum si ibi exsiterint.

2.° Jussit praed.° Vicario praecipi aut praeceptum de communicando in Paschate in propria Parochia omnino servari curetur.

3.° Mandavit prohiberi praedictis Cappellanis ne contra Sacrorum Canonum et Conciliorum Decreta ac summorum Pontificum Constitutiones Sacramenta Parochialia sine Licentia Vicariorum Patriarchalium pro tempore administrent.

Die 13. Julij 1635. fol. 268.

Dubium Matrimoniale.

119. An Joannes Andreas Sgorgardus Banus, et Franceschina Borisia Latini transeundo ad ritum Graecum hodie Constantinopoli vigentem, remanserint exempti a Jurisdictione Episcopi Latini, ita ut Matrimonium in eo ritu ab eis contractum contra Sacrum Concilium Trid.num et Canones teneat.

Pr. Vincentius Riccardus affirmativam sniam amplectens dixit ideo Matrimonium esse validum, licet contrahentes peccaverint, quia cum in Pera permixtim vivant Latini et Graeci sub propriis Parochis non potest negari quod illi coram proprio Parocho Graeco valide contraxerunt per doctrinam

Sanchez

Sanchez, qui firmat quod ubi sunt duo Parochi potest coram uno ex eis etiam altero contradicente Matrimonium ualidè contrahi.

Pr. Bustomius idem sensit per rones alias adductas nam reuera non reperitur prohibitas transitus à ritu Latino ad Græcum sub pœna nullitatis actuum sequentium licet quoad peccatum reperiatur prohibitus. præterea transitus huiusmodi à nullo Doctore recensetur inter impedimta dirimentia matrimonium.

Pr. Horatius et R. P. D. Paulutius, et DD. Card.les negatiuam sniam sequentes dixerunt præfatos contrahentes etiam ritu Græco debuisse seruare Concilium Tridentinum quod in Pera habetur pro publicato iuxta declarationem Sac. Cong.nis Concilij Trid.ni in hac eadem causa, nam adest declaratio eiusdem Sac. Congregationis pro Hollandis Zelandis et frigijs quod in Parochia in qua est publicatum decretum Concilij de Matrimonio illud omnino seruandum esse etiamsi Catholici sint facti hæretici ex qua declarat.ne optimè infertur, quod Joes et franceschina etiam facti Græci decretum præfatum obseruare tenebantur.

Post multam disputationem cum PP. non possent conuenire in resolut.ne dubij, tandem placuit omnibus

omnibus, et Secr. Ingolus nomine suo scriberet
ad Vicarium Patriarcholem Constantinopo=
litanum, ut pro quiete Conscientiae praedictorum
Joannis, Andreae, et Franceschinae eos induceret
ad iterum contrahendum Matrimonium coram
Parocho Latino, et Testibus iuxta formam
Sac. Conc. Trid.ni cum primum Matrimonium
à praedicta cum Franceschina cum Pellegrino
Testamento contractum à Sac. Congr.e Concilij
fuerit declaratum nullum et resolutum idem
primum Matrimonium per Concensum in Co=
pulam Carnalem etiam effectu Maritalis atque
etiam post mortem Pris D. Franceschinae sub=
secutum praevalidari non potuisse
Die 20. Junij 1635. fol. 253.
120 Prius fuit ad hoc dubium propositum, et ultra
rationes ut supra allatas pro affirmativa
sentia quam tenuit Pater Riccardus, ipse
subdidit alias rones scilicet quia mutatio
ritus Latini in Graecum non facit impedimentum
dirimens Matrimonium. 2.o quia in Matri=
monio ritu Graeco contracto intervenerunt om=
nia substantialia Matrimonij videlicet mate=
ria, forma, et minister.
Nec obstare dixit fraudem, quae in dubio
dato insinuatur, quia non potest considerari
fraus, ubi quis utitur Jure suo prout accidit
in

in casu nostro, ut bene deducit Sanch. de Matr.
ex quibus intulit d.s Pr. Riccardus stante decla=
ratione Sac. Congreg.nis Concilij super invaliditate
primi Matrimonij praed.o Franciscinae cum
Pellegrino Testa secundum cum Joanne An=
drea Sgegardo Dano esse validum nisi obstent
sponsalia contracta per dictam Franciscinam
cum Bruto eius consanguineo quia secundum
Canones Trullanus sponsalia apud Graecos
faciunt impedimentum dirimens.

Die 28. May 1635. n.o 4.

121. Georgius Vscovicli Mahometanus qui cupit baptizari
sed vult propter vitae periculum Christianus oc=
cultus esse et manere Sac. Congreg.o inscrit ~~per~~ re=
scribi non posse infidelem cum huiusmodi con=
ditione admitti ad Baptismum sed illum debere
se transferre ad Loca ubi possit publice
Christianam profiteri religionem.

Die 12 May 1635. fol. 235. habetur declaratio
sequens

122. Die 16. decembris 1634 Sac. Cong.o Cardinalium
Concilij Trid.ni interpretum in una Constantino=
politana censuit ex Ritualis Romani de Sacra=
mento Matrimonij formam decreti Sac. Concilij
Trid.ni continentis observantia per tot annos
in singulis Parochijs Civitatis Perae subsecuta
induci praesumptionem publicationis ip=
sius decreti, ita ut in celebrat.ne Matrimoniorum
servanda

seruanda sit forma ab eodem sac. Concilio Trid.no praescripta, ac propterea Matrimonium contractum inter Franciscinam, et Pellegrinum ab initio inualidum ratione metus non fuisse purgato metu ex cohabitatione, et copula conualidatum, sed requiri ut denuo contrahant adhibita eiusdem ritualis, et concilij forma.

Die 12 Martij 1635. fol. 199.

108. Proposita petitione metropolitae Russiae ut ei concederetur facultas dispensandi cum familiaribus et domesticis suis Latinis, ac suorum Epor. Ruthenor. Vnitorum, ut possint circa Jeiunia et festa uiuere ritu Graeco adeuitandam incommoditate in parandis cibis pro Latinis, et Graecis ac in seruilibus operibus per praedictos Latinos praestandis, et denique ad remouenda sandala, quae succedunt dum nec Latini sua, sed Graeci propria seruare posse uidentur Jeiunia. Cong.o dixit quamuis dispensatio, seu facultas dispensandi petita concedi possit à Papa q.a modus et determinatio temporis Jeiunior., et festor. sunt de Jure positiuo secundum communem Theologor. nihilominus non expedit ut illa concedatur per infrascriptos rones.

P.ta quia huiusmodi facultas nihil aliud importare uidetur nisi Licentia transeundi de ritu Latino

ad

ad Graecum, quod est contra praxim S.ti Officij
in quo conceditur quidem Graecis transire ad
Latinum Ritum, sed non econtra Latinis transire
ad Graecum Ritum,
2.a q.a cum Innoc. 4.s in Epla ad Legatum Cypri
ubi ait de ieiunio diei Sabathi in Quadragesima
dicat quod honestius, et salubrius Graeci agerent
si in toto illo tempore abstinerent, ut nec unico die
institutum ieiunium violarent, non rectè commedetur
Latinis ut ieiunium die Sabathi in Quadragesima
violent
3.a q.a Licet expedire forsan tolerare ut Latini in
locis ubi soli Graeci degunt se accommodarent ad
ieiunia et festa Graecorum tamen in locis Latinorum
aut ubi promiscuè habitant Latini et Graeci nullo
modo licet conniuere, aut tolerare, ut Latini more
Graecorum viuant, q.a id expressè per argtum à con=
trario sensu prohibetur à Clemente 8.o dum
in suis Constitutionibus pro Graecorum Rituum reformatione
ait tolerandus apud Graecos usus Carnium die Sa=
bathi ubi sine scandalo fieri potest in
locis tamen ipsorum et inter eos tantum, si enim Grae=
cis ipsis non conceditur usus Carnium die Sabathi,
nisi in eorum Locis et inter eos tantum quomodo
poterit concedi Latinis, et Graecis communibus.
4.a Quia Graeci ob non receptum Kalendarium
Gregorianum Pasqua interdum celebrant contra
Concilij

Concilij Niceni dispositionem, ut anno praeterito scilicet 1634. accidit quod Latinis non debet permitti non solum propter tanti Concilij auctoritatem, sed etiam quod interdum eueniet, ut praecepto de communicando Paschate iuxta Concilium Gle sub Innocentio 3o minime satisfaciant, et propterea petita facultas non solum recipit Ieiunia, et festa sed etiam Sacramentorum sumptionem.

5a q. apud Ruthenos sunt quaedam festa sanctorum de quorum Canonizatione non constat, et ex eis nonnulli fortasse sunt qui tempore schismatis floruerunt quare non debet Latinis indulgeri ut illa festa obseruare possint.

6a Cum Graeci excommunicent Latinos, q. ieiunant die sabathi, ut patet ex Canone 55. Synodi Tuellani, non uidetur expedire, ut Latinis concedatur uiolatio Ieiunij diei sabathi, ne ipsi Graeci Ecclia Romanam calumnientur, dicentes eam per huoi Concessionem suum agnouisse errorem.

Die 30 Januarij 1635

124. In Congreg.ne particulari super unione Armenorum Poloniae proposita q. circa Liturgiam an scilicet in Calicem consecrandum possit non admisceri aqua, Cong.o censuit non esse permittendum Armenis ad unionem cum Sancta Rom.a Ecclia uenientibus ut cum solo uino sacrificium Missae peragant ob plures rones prima

est

est quia licet huiusmodi mixtio aquæ cum vino non sit de necessitate sacramenti sed tantum ex præcepto Ecclesiæ super quo dispensare potest Papa nihilominus quia aqua in vino consecrando miscetur ex traditione Ap.ca idque Christum fecisse ex testimonijs SS. PP. creditur, nullo modo debet huiusmodi ritus sacrificandi tolerari, aut Armenis permitti

2.a est quia ritus huiusmodi Armenorum aut involuit hæresim Monophysitarum, aut saltem de illa est suspectissimus nam Nicephor. lib. 18 suæ historiæ c. 59 clare dicit Armenos solum vinum consecrare, ut per hoc ostendant unam tantum esse in Christo Dno naturam.

3.a est q.a sac. Concilium florent. in instruct.e ad Armenos per verbum decernimus Armenis unitis iubet, ut parum aquæ in vino misceant sacrificio

4.a est quia semper Armeni petierunt a Sede Ap.ca ut ritus huiusmodi eis permitteretur, et nihilominus id semper eis fuit negatum nam Gregorius 7.s ut in eius Epla p.a lib. 8.o Alexander 3.s Calistus 3.s Eugenius 3.s Eugenius 4.s in d.o Concilio florent. Jo: 22. Benedictus 11.s et demum Paulus V. in Aplicis Litteris ad Melchisedech Patriarcham nuncupatum Catholicum huiusmodi ritum permittere expresse renuerunt.

5.a et Postrema est quia Luterus huiusmodi ritum probavit, et Calvinistæ eundem observant in sua Cœna, et si Armenis permitteretur prædictus ritus in

Regno

Regno Poloniae Calvinistae qui in eo non pauci reperiuntur, Romanam Ecclesiam ~~a~~ calumniarentur quod scilicet ~~quo~~ mutauerit sentiam et cum eis sentiat, et cum hac resolutione concordat Can. 24. Conc. ~~Carthag~~ Carthag. §. sub Siricio Papa, et Cap. 1. c. §. de consecrat. dist. 2a.

105. An ad Trisagium quo utuntur Armeni possit addi qui passus est pro nobis.

Congo negative respondit nam in Liturgia Armenorum decantato Trisagio in honorem SSmae Trinitatis adduntur praedta verba secundum Teopaseritarum haeresim damnatam in Concilio Romo sub Felice Papa, et licet in alio loco ad personam filij Trisagium applicetur, nihilominus Trisagium ab Angelis traditum et in honorem et glorificationem SSmae Trinitatis decantari solitum, non videtur posse formaliter attribui Christo Dno uni scilicet tantum personae eiusdem SSmae Trinitatis.

Nec valet fuisse id concessum Maronitis quia alio modo in eorum libris hymnus glorificationis praedta concipitur, et non fuit etiam ille modus expresse à sede Aplica probatus.

Die 2a fol. 186. a tergo

106. Proposita 3a q. an simbolum fidei Nicenum possit adhiberi diversum à Latina et Graeca versatione. Congo respondit negative, nam simbolum quo utuntur Armeni, aliquas additiones

additiones habet, quæ non carent errore, et insuper diminutum est et Mancum in aliquo loco, deinde sac. Concil. flor. ut in Bulla Eugenij 4. 19 §. 5. iubet Armenis ut simbolum Constantinopolitanum, sicut apud Latinos mos est inter Missar. solemnia decantent.

127 An quædam festa possint Armeni celebrare extra dies præscriptos et receptos apud Latinos et Græcos. Cong.o respondit negative prout habemus circa illa determinatione præfati sac. Conc. Tridentini in d.a Bulla Eugenij 4. §. 19. a qua non est recedendum

Die 19. Januarij 1695. coram SS.mo n.o 6.

128. Referente Emo D. Card.li Capponio litteras Guardiani Aleppi frum reformator. S. Fran.ci in quibus instabat ut ei concederetur facultas dispensandi cum filiabus cuiusdam Viduæ Catholicæ ut possent contrahere cum Armenis Schismaticis cum in ea Civitate non reperiantur Catholici suæ conditionis, quibus eas copulare possit, maximè cum in Libro matrimonior. reperierit quinque similia Matrimonia fuisse contracta et omnia bene cessisse. S. Cong.o censuit Oris petitione eis reyciendam.

Die 21 Novembris 1634 n.o 3.o de Mulieribus Rutheris et Polonis captivis adolescentibus

marito ante captiuitatem iunctis, et in specie de illis quae celebrato in facie Ecclesiae matrimonio captae fuerunt ante ipsius matrimonij consumationem quae omnes instant ut cum alijs viris matrimonium contrahere possint cum eis impossibile sit cum primis viris amplius coniungi

190. Item de illis mulieribus Christianis, quorum mariti factifuerint Turcae, quae similiter petunt Licentiam contrahendi cum alijs S. Cong.o dixit indissolubilia esse matrimonia legitime facta, nec posse annui mulierum praedictarum petitioni.

Die 18. septembris 1694. num.o 5.

191. An Missionarij possint dispensare in voto simplici castitatis ex eo quia in eorum facultatibus excipiuntur tantum vota ultra marina et compostellae ac Liminum Apostolorum. S. Cong.o respondit cum in facultatibus concedendis excipiantur vota simplicia castitatis, et Religionis non posse Missionarios cum facultatibus eis concessis in simplici voto castitatis dispensare nisi expresse illis hoc fuerit in eidem concessum.

192 Die 4.a July 1694 fol. 67. a tergo

An in una Ciuitate duo Epi ordinari possint si in ea sint Populi diuersi ritus.

Jn

In Congreg.ne particulari proposita instantia Metropolitae Russiae ut ad sedanda scandala et periculum Animar. evitandum declaretur Metropolita Russiae et Ruthenor. Episcopos unitos ritus Graeci esse veros Epos nonobstante quod in eadem Civitate in qua sunt Epi sint etiam Antistites Latini ritus. Congreg.o censuit praed.o Praesules Ruthenos Unitos esse veros Epos, nam licet Concilium Nicenum primum allegatum a S.to Augustino in Epla 118. et Lateranense Gen.le sub Innocentio III. c. quoniam in plerisque de Offic. ordin et Chalcedon can. 4. prohibeant ne in una Civitate duo ordinentur Epi etiamsi in ea sint Populi diversi ritus, et Linguae quod confirmat S. Hieronymus ad Rusticum in c. in Apib. 7. q.e p.a et Chalcedon Concil can. 11 similiter vetet ne duo Metropolitani in eadem Prov.a fiant, tamen quia huiusmodi prohibitio est de Jure positivo Papa potuit, et potest dispensaticè duos Epos in eadem Civitate, et duos Metropolitas in eadem Prov.a ordinare, ut sentit Abb. in d. c. quoniam in plerisque n.o 4.o et de facto legitur fuisse ordinatum Epum sanctum Augustinum in Civitate Hipponensi in

tr in qua Valerius erat Epus, quod S. Pau=
linus ad Romanum scribens notauit in c. non
autem 7. q. 1. p. nouo inquit more ita conse=
cratus est Augustinus, ut non succederet in
Cathedra, sed accederet, nam in columi Valerio
Hypponiensis Eccliae Epo Coepus est Au=
gustinus, idque à Pontificibus Romanis prac=
ticatum esse conspicitur in Ciuitatibus, in
quibus sunt Populi diuersi ritus, ut uide=
mus in Insulis Maris Egei, in quibus ple=
rumque latinus Episcopus cum Graeco etiam
Catholico residet, idque fit dispensatione sal=
tem tacita Romani Pontificis cum causa
cognita, et consistorialiter, ut dixi Barbos.
in Collect. ad d. c. quoniam in plerisque Idem
fuit practicatum, et practicatur in Russia
de qua agimus nam per conuentionem cum
Clemente VIII dum Rutheni in unione fue=
runt recepti, initam, ydem Rutheni possunt in
Ciuitatibus, in quibus solebant ante renionem
habere suos Episcopos, licet in illis etiam
Latini Episcopi ordinentur, quam conuen=
tionem probauit Paulus V. per suum pri=
uilegium datum Kal Junij 1604. dum
Metropolitae Russiae concessit, ut sicut sole=
bat suos Episcopos ordinaret, dummodo Me=
tropolita

tropolita a suis Episcopis electus Confirmatio=
nem à Sede Aplica peteret, et obtineret, et tamen
sciebat Paulus quod in illis Civitatibus etiam
Latini Episcopi per Aplicam Sedem ordinantur.
Haec licet verissima sint in Jure nihilominus
Emin.mi DD. Card.les et PP. declaratione petita
esse abstinendum censuerunt, sufficereque
dixerunt. Si Pri Genli Soc. Je: praecipiatur si,
suis Religiosis Polonis, a quibus tantum contra=
ria sentia tam in privatis colloquiis, quam in
publicis concionibus disseminatur ne de caetero
id faciant et Nuntio Aplico Poloniae similiter
scribatur ut seriò Provincialem Jesuitarum
de hoc moneat, eique iniungat, ut Pribus Soc.
ei subiectis silentium super huiusmodi re indicat
et imponat.

188. Proposita alia instantia eiusdem Metropolitae
ut illi concederetur facultas dispensandi cum Mo=
nachis Butheris schismaticis ad unionem ve=
nientibus ut si ordinibus sacris irritati non sint
possint ad saeculum reverti, et uxorem ducere
si verò in praedictis ordinibus fuerint constituti
ut eos possit saecularizare, et Parochiis prae=
sertim ruralibus praeficere cum huiusmodi Monachi
Libertati Schismaticorum assuefacti difficile
imo non sine alior. spirituali periculo vitam
Unitorum Monachalem ducere possint Cong.
post disputatum articulum An votum Mo=
nachorum

schismaticorum esset solemne, in quo tenuit, dissentiente tantum Pre Horatio Justiniano, extraccag. Martini V. ad evitanda scandala votum esse simplex, quia superiores schismatici carent omni Jurisdictione, et consequenter nequeunt accipere ad professionem, propterea q. dispensare facilius ac Metropolitae facultatem dispensandi concedi posse censuit cum eodem Pre Horatio eidem Metropolitae scribendum esse ut in singulis casibus occurrentibus consulat Sedem Aplicam, quae ex circumstantijs eorum negotio diligentius examinato petitam facultatem vel concedet, vel denegabit pro ut in Dno visum fuit expedire

Die d.a n.o 3.

194. An in Ecclijs Catholicor. Rhetiae ab haereticis occupatis missionarij possint sua exercitia continuare. Affirmative iuxta Decretum S. Off: die 19 Junij 1634.

Die 4. Augusti 1634 fol 96. à tergo:

195. Proposita instantia Metropolitae Russiae ut Joannes Hornain nobilis Ruthenus unitus eiusque sorores nuper a schismate ad Catholicam fidem conversi à SS.mo Dno Nro Legitimaretur ad honores, gradus, et ad Dignitates et ad bona temporalia, successionesque ad illa non obstante quod nati sint ex

secundo

secundo matrimonio ab eorum Pre contracto post repudiatam secundum ritum seu potius abusum Schismaticorum primam legitimam uxorem ne Schismatici ob eorum concessionem infensi illis quaestionem status prout minantur moueant, et iuxta Reipublicae Poloniae Leges eos infames declarari, et bonis paternis priuari curent

Cong.o in primis huiusmodi negotium ad tres articulos reduxit, quorum primus fuit de potestate Papae circa huiusmodi Legitimationem maximè extra statum Ecclesiasticum 2.s de conuenientia concedendi petitam Legitimationem 3.s de modo tenendo in illa expedienda, Deinde praedictos articulos examinauit, et ad P.m respondens tres Conclusiones firmauit, quarum prima fuit Papam non posse dispensare in radice matrimonij de quo agitur quia impedimentum Ligaminis quod prouenit ex primo Matrimonio ualido est de Jure Diuino. 2.a fuit quamuis non possit dispensari in radice huius matrimonij nihilominus Papam sublatis poenis a Jure humano adulterinis filijs inflictis posse dispensationem tollere eorum maculam eosque ad honores, gradus, et dignitates ac ad bona temporalia et successiones ad illa

habilis

habilis reddere, ex communi Doctor. in c. per Venerabilem qui filij sint Legni Jertia et potissima fuit posse Papam Euoi Legitimationem concedere ad effectus praedictos etiam in Terris Imperij ac Regum ex causis quae notantur à praedictis Doctoribus in d. c. per venerabilem.

Ad 2.um Articulum Cong.o dixit non solum convenire ut in nro casu SS.mus D.nus N.r petitam legitimationem ad memoratos effectus contra poenas à Jure humano inflictas concedat. Sed etiam debere P.o quia favor religionis catholicae id omnino exposcit ne scilicet Schismatici movendo quaestionem status Oratoribus, alios Schismaticos ex huiusmodi secundis Matrimonijs natos, qui non erunt pauci propter repudia quae apud Graecos ex Legibus Thedosij, Valentiniani, Anastasij, Justiniani, et Justini ut in l. si consensus L. si constante C. de repud. et novell. 117. c. 8. et 140, ei frequentantur, ab unione cum S. R. E. avertant, et ut ex concessa Legitimatione Schismatici ut sup.a nati invitentur ad dictam Unionem 2.o cum Eisbellorum Poloniae trebulentissimis temporibus non expediat ut Rex Poloniae Euoi Legitimationem concedat ne per eam irritet Schismaticos, quorum opera nunc potissimum indiget, eosque à contributionibus pecuniarum et militum avertat, per Euoi Legitimationis concessionem repudia quae

faciunt

faciunt Graeci declarabuntur esse illicita, et contra Evangelium, veritatem eorum communiusui et Legibus Imperialibus de quibus supra repugnantem.

3°. quia non potest negari filios natos ex hoc matrimonio Eucharistia dignos esse, ac eam illis aliquo modo deberi, ne ut evitent infamiam et periculum ammissionis bonorum coguntur redire ad Schisma, ut à questione Status cesseretur.

De modo expediendo vide in Decreto fol 98.

Die 28. Januarij 1696. fol 15.

136. Cong.° censuit si SS.mo placuerit negotium Electionis Patriarchae Maronitarum expediri posse eo modo, quo sub Clem.te 8.° alias Electio fuit expedita die 5. Maij 1599 videlicet ut SS.mus Dnus Noster electum seu postulatum praeficiat in Patriarcham Maronitarum Antiochenum.

137. Annominari debeat Antiochenus, sicut electus ipse, et alij eius Praedecessores appellari consueverunt et Pribus placuit ut nominaretur Patriarcha Maronitarum est potius nationalis, sicut duo alij Patriarchae Antiocheni Asiae Nationum Nestorianorum, et Jacobitarum qui in Haeresim lapsi et c. a S. R. Ecclesiae unione separarunt, quam Generalis ut praetendit esse ille Graecus Patriarcha, qui residet Damasci quo post distructam Antiochiam translata esse dicitur sedes Patriarchalis Antiochena.

Die d.a n.° 3.

138. An Patriarcha praed. qui prius erat Episcopus indigeat

indigeat absolutione a Vinculo Prioris Eccliae illaque sit à Papa impertienda. et P.P. dixerunt indigere, et impertiri debere a SS.mo Dno Nro iuxta c.c. de translat. Relatorum, et est in terminis Patriarchae Antiocheni quem reprehendit Inno. V. quod transtulerit quemdam Archiepum ad aliam Eccliam, eumque suspendit à Confirmatione Epor. Prov.ae Antiochenae.

Sed in Contrarium profert dici cap. praedictum emanasse ad Patriarcham Antiochenum Latinum, dum Terra sancta erat in potestate Christianor. quod non servant Patriarchae Eccliae Orientalis, nam non legitur in historia Eccliae quod Patriarchae Or.les venerint ad Sedem Aplicam pro obtinenda absolutione à Vinculo prioris Eccliae, sed solum in more positum erat ut Litteras communicatorias cum professione fidei ad Romanos Pontifices mitterent et ex c. antiqua de privil. constat quod antiquius quatuor Patriarchae pnles consueverunt a Sede Aplica solum pallium petere et obedientiam Rom.o Pontifici praestare.

Die 30 Augusti 1636. n.o 2.o

139 Proposito dubio Epi Zacinthi de Laude Graecor. tenoris ut sequitur.

Graeci Insulae Zacinthi in Eccliae Cathedrali

Latina

Latina aliquoties in anno solent conuenire et ibi pnte Epo Latino quosdam acclamationes facere, quas Laudum vocant pro Papa et pro Patriarcha Constantinopolitano in hac forma.

SS.mo et B.mo Pri. et Dno Dno Vrbano Octauo uniuersali Papae antiquae Romae multi anni et deinde SS.mo et B.mo Pri. et Dno Dno Cirillo uniuersali Patriarchae Constantinopolis nouae Romae multi anni;

Et notetur quod in Graeco uerbum uniuersale explicatur cum uerbo Oecumenico

Querit Epus an possit assistere licitè huic Laudo. dubium facit, quia sua pntia uidetur approbare quod Patriarcha Constantinopolitanus rectè uocetur Oecumenicus contra decretum S.ti Gregorij Papae et consentire quod fiat acclamatio huoi pro Patriarcha schismatico et haeretico.

Pres fuerunt concordes Epum praedictum non debere assistere sed repellere Graecosa sua Ecclia hoc Laudum concinentes si poterit non peruersa illa SS.mo et B.mo qui sunt tituli Trinitatis et Officij quiet tribuebantur antiquitus simplicibus Epis sed quia Patriarchae Constantinopolitani

non

non solum sunt schismatici sed haeretici et propterea non laudandi, sed execrandi, et propter verbum oecumenicum nam S. Gregorius Papa, et alij Pontifices et in specie Leo nonus semper Patriarchis Constantinopolitanis praedictum titulum oecumenici sibi usurpantibus restiterunt, imo et non nulli eorumdem ~~praed.~~ Pontificum praedictos Patriarchas ob praed. tituli usurpationem excommunicaverunt dicentes in diminutionem aliorum Episcoporum ab ipsis Patriarchis titulum huiusmodi usurpari.

Nec obstat Concilium septimum Generale, in quo praesentibus et tacentibus Legatis Sedis Apostolicae Tharasius Patriarcha hoc titulo fuit à suis Graecis honoratus, quia ut dicit Anastasius Bibliothecarius in praefatione ad dictum Concilium Legati praed. non contradixerunt, ne turbaretur Synodus et articuli praesentis, qui tunc contra Iconoclastas agitabantur, ob eorum contradictionem non deciderentur.

Nec obstat extravag. Martini V. per quam videtur Episcopos posse communicare etiam in divinis cum haereticis, et schismaticis non denunciatis, et propterea assistere

d.o

d.o Laudo quia indecentia illa, quae ex tali assistentia quamdam approbationem Laudi praed.i importante resultatur, excludit privilegium d.ae extravagantis: praeterea eadem extravagans non habet locum saltem praed.i verbi Oecumenici.

Et ex praedictis concluserunt P. P. scribendum esse Epo, ut Laudo praed.o non assistat, et donec possit exemplo Graecor. Cretae qui à laudo praed.o in Metropolitana illa Ecclia conci=nendo fuerunt ab Archiepo Stella repulsi, à Senato Veneto revocatio ut suspensio Decreti Contrarij ab eo emanati obtineri fugiat, et prout poterit se excuset.

Die 21. Octobris 1636 fol: 82

140. Ex dubijs pro Christianis Japoniae responsum fuit.

Verbum Crucis neque ad tempus occultandum esse etiam ad evitandum Scandalum Infi=delium, et cuiuscumq. prudentiae praetextu sed oportere sine erubescentia doceri, et praedi=cari Christi non solum posteriores Glorias sed etiam passiones, ut Princeps Apostolor. dicit continente Doctore gentium dum ait Praedicamus Christum crucifixum Judeis quidem Scanda=lum, gentibus autem stultitiam et iterum pla=cuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes

Dubitationes

Dubitationes circa Baptismum Georgianorum

Die 9. Augusti 1636. fol. 145.

141. Georgiani solent obseruare hunc ritum baptizandi vnus leuat Infantem, cui etiam aqueam infundit idem met Leuans, Sacerdos uero à longe stans profert formam Sacramenti Baptismi Missionarij Georgiæ petunt declarari per Sac. Congreg.m Antalis Baptismus ita administratus sit ritè, ualideque contractus, cum sit quorumdam Doctorum opinio quod in tali casu neuter illorum baptizet, quod si non est ritè ualideque contractus petunt instrui, et eis significari quid agendum cum baptizatis supradictoritu. et in futurum quid agendum cum Infantibus baptizandis.

Pres non fuerunt concordes circa ualiditatem Baptismi, in quo unus leuat, et alter formam pronunciat nam Pr. Niger diebat posse sustineri tum quia ut patet Ex Historijs Ecclicis et Pontificum diffinitionibus Ecclia Catholica ut plurimum in materia Baptismi non potuit pro illius ualiditate stetit, ut de Baptismo Hæreticor. tempore S. Stephani Papæ de Baptismo à S.to Athanasio, dum puer erat, collato per ludum alijs pueris, et de Baptismo S.ti Genesij

per

per iocum baptizati, dum Christianum in Scena illuderet tum quia non est inconueniens Sacramentum per plures administrari, ut patet in Epo ordinante Sacerdotes qui una cum illis unam Hostiam consecrat, et in eadem materia Baptismi si duo simul aquam infundant, et proferant formam ualidè baptizant, et tandem quia ab Ecclia aliquid non habemus decisum in contrarium.

Nec obstat S. Thom. qui Eiusmodi Baptismum asserit esse inualidum, quia Caietanus seius Commentator illius sniam probat rationesque S. Thom. non conuincunt. nam in Baptismo duæ sunt actiones, altera prolatio formæ et altera ablutio, quæ sunt separabiles, et possunt a duobus perfectè fieri sicut etiam ob eamdem causam in Sancto Sacram.to Pænitentiæ quod per Interpretem administratur, obseruamus.

Econtra uero cæteri PP amplectentes sentiam D. Thomæ Eiusmodi Baptismum sustineri non posse affirmarunt ea potissimum rone quia forma Baptismi Latina ad quam reducitur Græca qua utuntur Georgiani, unitatem Ministri supponit, et actio Baptismi ut Sacramentum est una, est et non plures, nam ablutio sine forma est lotio communis tantum et non Sacramentum, et forma sola prolata non est

est Baptismus, nam ut sit Sacramentum necesse est ut verbum accedat ad elementum Idem videtur probare Decretalis Alexandri Tertij Extr. de Baptis. dum determinatur non esse Baptismum, si unus abluens puerum ommittat in forma verbum Baptizo, verbum enim Baptizo unitatem Ministri manifeste insinuat, et similiter florentinum Concilium in Instructione ad Armenos Ministri unitatem non obscure determinat dum dicit principalem causam ex qua Baptismus unitatem habet esse Sanctissimam Trinitatem instrumentalem autem Ministrum, qui tradit exterius Sacramentum

Nec exempla allata à Pre Nigro probant eius opinionem, quia in illis omnia requisita Baptismi concurrebant, videlicet Minister cum intentione faciendi quod facit Ecclia, et forma atque materia et exemplum de Pœnitentia per Interpretem non includit, quia Interpres non administrat Sacramtum, sed inseruit tantum Sacerdoti, ut possit intelligere pœnitentem ignotæ ei Linguæ et similiter exempla plurium simul consecrantium Hostiam unam, et plurium baptizantium non faciunt ad casum nostrum quia in illis consecrantes et baptizantes concurrunt ad actum faciendum, ut causæ totales in mo vero casu ut causæ partiales

Circa

partiales

Circa instructionem pro Missionarijs faciendam P.P. quoad Baptismum collatum monendos esse dixerunt Missionarios quod Georgiani modo quo in dubio exprimitur baptizati sunt sub conditione rebaptizandi. Huic tamen sentiae non subscripsit Pr. Niger tum quia ut dictum est supra tenuit Baptismum eo modo collatum esse validum, tum quia in dubio Juris non confertur Baptismus sub conditione sed solum in dubio facti, cui tamen rationi fuit responsum quod Rituale Romanum a Paulo V. approbatum praecipit ut rebaptizentur sub conditione paruuli, qui in digito aut alio membro minus principali fuerunt, dum pariebantur baptizati et tamen hoc dubium est Juris non facti.

Fuerunt tamen omnes concordes ut scriberetur Missionarij in hanc formam videlicet.

1.° quod eis quam primum significabitur quid agere debeant cum baptizato modo ab illis insinuato.

2.° ut imposterum omnibus modis curent ut persona illa quae formam pronunciat etiam abluat baptizandum, seu eum immergat, aut alio modo aquam infundat

3.° Dum ipsi Missionarij uocantur ad suscipiendos pueros, semper duo sint, alter qui baptizandum leuet, seu teneat, alter uero abluat et

formam

formam proferat

Confirmatur prædictum Decretum in Cong.e coram Sanctissimo die 11. 9bris 1696. n.o 20.

Adiunguntur aliæ rationes ad supradictum dubium propositæ a Cong.ne habita etiam die 20 Aug.ti 1696. et qui negatiuam Sniam tenuerunt dixerunt esse nullum iuxta Sententiam Diui Thomæ Sancti Bonauonturæ, Scoti, et aliorum Theologor. quæ est communis uel saltem dubium, et propterea Georgianos omnes eo ritu, hoc est uno infundente aquam, et alio formam pronunciante esse iuxta Catholicæ Ecclæ praxim sub conditione rebaptizandos, alij uero duo Patres. Scilt Pr. Niger et Pr. Sanctorius censuerunt prædictum Baptismum esse ualidum iuxta Sententiam Caietani, Marsilij, et Paludani, licet hic postea subiungat tutiorem esse communem opinionem contrariam.

Primi quatuor PP. considerarunt in Sententia Diui Thomæ primò non conuenire in re tam graui recadere à communi opinione 2.o cum agatur de salute Animæ tutiorem opinionem esse sequendam. 3.o cum ritus Ecclæ tam Latinæ quam Græcæ inbaptizando sit antiquissimus et per tot sæcula continuò obseruatus existimandum est illud ab Apostolis originem traxisse, et consequenter ritum illum Georgianor. esse nouitatem fortasse

a

à Nestorianis introductam, qui ut Georgia sua Hæresi de duabus in Christo personis inficeret, introduxerunt in Baptismo duos ministros ad significandas duas in Christo personas.

Confirmatur hoc quia Card.lis de Vitriaco, qui ante 400. annos uixit et de moribus Orientalium Asiæ Populorum scripsit de ritu huius nullam facit dum de Georgianis agit mentionem. 4.° quod tres Doctores allegati in contrarium sententiam suam restringunt, ad casum necessitatis, qui longè diuersus est à nostro, et Suarez de eodem casu necessitatis loquens part. 3. tom. 3. sect. 3. disp. 29. §. ad ultimam confirmationem dicit melius esse Baptisma hoc dubium, quam nullum, et data opportunitate sub conditione esse rebaptizandum.

5.° Denique adduxerunt Card.lem præd.m de Vitriaco qui in Historia Occidentali cap. de Baptismo ponens huiusmodi casum, tenet rebaptizandos esse sub conditione, qui præfato ritu baptizati fuerint. Reliqui uero duo Pres ultra rationes quas prædicti tres Doctores sustinentes Baptismi huius ualiditatem considerarunt. 1.° etiam in administratione Sacramentorum probabilem opinionem, relicta probabiliori amplecti posse.

2.° in dubio Juris non esse reiterandum Baptismum sub conditione sed declarandum ipsum dubium, an scilicet ualidus sit an inualidus Baptismus.

3.° posse quidem si ageretur de aliquibus personis

do

eo ritu baptizatis opinionem Cardinalis Vitriaci practicari sed cum agatur de Populo integro, imò de numerosa Natione omninò esse per sedem Aplicam dubium prædictum declarandum.

4.º denique Baptismi huius validitas probari potest per Regulam, qui per alium facit per se ipsum facere videtur, quæ Regula videtur habere Locum etiam in Baptismo, nam cum Sanctus Joan: Euangelista. c. 3. n.º 22. Euangelij dicat Christum baptizasse et in c. 4. n.º 22 eumdem Christum non baptizasse. Salmeron loca illa, quæ contraria videntur, concilians dicit Christum revera per se ipsum non contulisse Baptismum sed per discipulos suos.

Ad hæc tamen primi quatuor Pres respondebant

1.º opinionem Caietani, et aliorum supra allegatorum non esse probabilem contra communem tot tantorumque Doctorum.

2.º Caietanum eiusque asseclas loqui in casu extremæ necessitatis qui non est casus noster ut ex dubio proposito est manifestum, et consequenter pro opinione contra S. Thomam, et communem nullum reperiri Theologum, qui eam in nro casu sequatur, et denique cum Ecclia in hac materia Baptismi non possit supplere, non convenit periculo salutis æternæ tot homines exponere

2.º etiam in dubio Juris Ecclia observare præcipue rebaptizandi sub conditione ut patet ex Rituali Romano.

nam dum agit de puero in digito baptizato. Praterea
Ecclesia Catholica omnia dubia non semper re-
solvit ut patet in articulo de conceptione B. V. Mariæ
et in articulo de auxiliis toties tempore Clementis
VIII exagitato.
3.° non esse faciendam differentiam in procuranda
salute proximi, sive agatur de paucissimis de
multis, imò quia de Populo et integra Natione a-
gitur, satagendum esse, ut in securiori statu salutis
omnes ponantur. Præterea cum non Populus aut
Natio Georgianorum, sed solum Missionarii petant
dubij resolutionem non debemus illam conturbare
cum declaratione huius dubij, sed sufficit Missi-
onarios præmonere de sententia quo die
uerior creditur.
4.° Regulam in contrarium allegatam non esse atten-
dendam contra antiquam praxim et ritum
Ecclesiæ Catholicæ et contra Concilij Florentini de-
clarationem in Instructione ad Armenos secundum
quam Verba Ministerij in Baptismo requiruntur sicut
etiam forma ipsa Baptismi manifestè indicat.
Nec responsio Palmeroni conuincit posse per duos
ministros administrari Baptismum cum Christus
D. ut causa principalis ad Baptismum concurrat et semper
possit dici Ille est qui baptizat, ut S. Augustinus as-
serit, quod affirmari non posset de alijs Ministris.
Die 21 octobris 1696. fol. 181.
1401 In Congne particulari examinatum dubium se si
possit dar licenza alli Christiani del Giappone
et

et insegnarli, che lecitamente possono fabricare tem=
pij. ò Altari à gl' Idoli, ò vero formare gl' istessi
Idoli per non essere esiliati, e privati de loro beni.
Responderunt quatuor ex Theologis Congregationis
negativè videlt non licere.
1.° q. fabricare templa, vel Altaria Idolij, et Idola
conficere actiones videntur intrinsecè malæ
ordinatæ scilt ad falsum deorum cultum contra
primum decalogi præceptum
2.° quia pro hac sentia exstant in historijs Eccle=
siasticis exempla Sanctorum quatuor Coronatorum
qui martyrium sustinuerunt ne Idola conficerent
ad Gentilium instantiam, et Marci Aretusæ Epi
qui mori potius, quam reficere templum Idoli
à se destructum voluit
3.° quia huic sentiæ favet Tertulianus in Apolo=
getico ad gentes apud finem, et de pallio c. 6. et 11.
ubi acriter reprehendit eos, qui ob conservandam
pacem cum fratribus, et ut persecutiones, et
mortem evitent molliter se gerunt
4.° quia inconveniens videtur ab hac sancta sede
Aplica licentiam concedi, præsertim novis Chris=
tianis, maximè cum ad salvandas prædictas actio=
nes resentiores Theologi non parvam habent diffi=
cultatem, circumstantiasque varias pro reso=
lutione dubij excogitare coacti fuerint.
5.° et Postremo pro eadem ~~ex~~ sentia exstat doctri=
na S. Thom. 2. 2æ. ques.e 169. artic. 2. ad 4.
Ex adverso Pater Horatius Justinianus negativam
sniam

Sniam amplectens dixit non esse in casu proposito arctandos Christianos Japonenses ad subeundum Martyrium.

P.o quia actiones praed.e non sunt per se intrinsece malae secundum opinionem Valentiae Sanchez Silvestri, et alior.

2.o adduxit c. consuluit de Judeis ubi Hebreis permittitur Synagogas reficere, et tamen illae ordinantur ad Dei Cultum iam per Evangelium sublatum.

3.o Theologor. doctrinam de captivis remigantibus in bello contra Christianos in Infidelium classe et ad exempla superius adducta respondetur actiones Sanctor. illor. esse opera super erogationis ad quae non debent Japonenses obligari.

Postmodum tamen modificans praedictus Pater suam Sentiam subiunxit quod si Princeps, vel tota communitas praecipiat ut fiat templum in honorem Idoli, vel fiat Idolum, vel si scandalum adsit non licere praed.a agere, addiditque resolutionem praed.i dubij in conceptione responsionis ad illud consistere de qua conceptione cum inter Pres actum fuisset, placuit tandem ut infrascripta responsio per manus mitteretur, videlicet non licere cooperari ad aedificanda templa vel Altaria Idolum vel eor. Statuas conficere

Die d.a

149 Se si possa dar licenza et insegnare à Christiani Giapponesi, che possino lecitam.te vendere, poluere,

e

e monitioni à gl'Eretici che robbano, e guereg=
giano contro li Cattolici
Pres post factas aliquas distinctiones circa inten=
tionem et scientiam certam uendentium et praecisam
necessitatem uictas eorumdem uendentium et denique
si emptores possint uti puluere, et munitionibus etiam
contra Gentiles, uel contra Pyratas tandem conue=
nerunt in infrascripta responsione ad praedictum dubi=
um Licere, dummodo non constet de abusu contra Catho=
licos.
Die 23. Martij 1637. n.o 33.
144. Referente Emo D. Card.li S. Sixti litteras D. Gas=
paris ab Ecclia, in quibus instabat, ut Josepho
de Elia Sacerdoti Nationis Maronitarum interpreti
fratrum min. de obser. in Nazaret degentium concede=
retur licentia celebrandi ritu latino Sac. Cong.o
inherens Constitoni Pij V. de prohibita rituum in cele=
bratione diuinorum Officior. et missae commutat.ne
et permixtione negatiuè respondit, et dixit posse dictum
Josephuel reperire, qui eum Chaldaico ritu, ce=
lebrantem adiuuet, uel docere unum ex fratribus in
Sancta illa Ciuitate degentibus. qui illum iuuet.
Die 21. Aplis 1637. n.o 11.
145. Referente Emo D. Card.li Albornotio Litteras Prae=
sidentis terrae sanctae de Matrimonijs Catholicor.
cum Schismaticis ex haereticis Sacra Cong.o iussit
rescribi falso illi fuisse significatum Em.o S. P. P.
uelle ut in Asia obseruetur abusus Germaniae
Secundum

Secundum quem Catholici matrimonia ineunt cum Hæreticis, nam a Sede Aplica nunquam conceduntur dispensationes ad huiusmodi matrimonia contrahenda, nisi cum clausula, ut prius Hæreticus fiat Catholicus, et iuret in Cath.ca fide se victurum et in ea moriturum

Die 22 Junij 1697. n.o 4.

146. Referente Emo D. Card.li S.ti Sixti controversiam Archiepi Nanciensis ex una, et Prem Antonium Artaldum Soc. Jes. ex altera, et quærelas ipsius Archiepiscopi de irreverentia, et inobedientia dicti Patris relatisque tribus casibus ut sequitur.

P.o Utrum teneatur Regularis concionaturus in Eccl.ia Sui Ordinis, et Confraternitatis Sæcularium communi petere benedictionem ab Epo Diœcesano, qui in vestibus Sacris assistit in Missa Solemni ibidem per Canonicum Sæcularem celebranda.

147. 2.o Utrum ordinarius publicaturus sua Edicta, et Decreta in Eccl.ia Regularium et Confratrum Sæcularium communi teneatur petere licentiam publicandi, et affligendi ea in eadem Eccl.ia à Superiore Regularium

148. 3.o Utrum tempore Jubilei possint Confessarij absolvere interdictum Solemniter ab Ordinario eique Sacram Communionem præbere, antequam iuret de non contrafaciendo imposterum, et Soluat pœnam incursam

Sacra

Sacra Cong.o examinatis diligenter præd.is casibus et præsupposito quod Ecclia in qua habent regulares exercitia catholica fuerit eiusdem confraternitatis à qua illi eiusdem Ecclia usum obtinuerint.
Ad 1 Affirmatiuè respondit. Ad 2. negatiuè, et ad 3 Similiter negatiuè

Die 28. Augusti 1637. n.o 19.

149. Sacra Congreg.o respondit Non esse permittendum Æti=opibus circumcisionem quocumque prætextu, ea utantur, et quantum poterit Patriarcha Subditos corrigat contumacesque à communione arceat.

150. 2.o An sint Abyssini inquietandi super usu retri=usque speciei in communione.
Cong.o respondit non esse ad Patriarcham transmittendam responsionem, nam rationes Sacri Concilij Tridentini usum huiusmodi non probantis, militat ubique, sed missiona=rios monendos, ut de huiusmodi usu nihil Abyssinis dicant.

151. 3.o quoad celebrationem Paschæ iuxta antiquum Kalen=darium nihil esse innouandum, nisi aliquid interue=niat, quod sit in contemptum Religionis

Die 19. Nouembris 1637.

152 An Commissarij pro sanctis locis possint salua regu=la quæstuare pro sanctis locis nummos, aurum, argentum, bona immobilia, aut census, uel redditus certos frumento, ac alijs bonis mobilibus

153 2.o An possint salua regula præd.a comitari pecunias quæ in auro, argento mittuntur ad Guardianum Hierosolymitanum, ut securius

ad

ad eum illæ perueniant et Zecchinos inuolutos in Truppis in propria persona portare, ut occultius, et securius ad eumdem Guardianum de Ferang.r Cong.o censuit Commissarios Terræ sanctæ non contrauenire Regulæ S. Francisci dum supradicta faciunt, et nihil esse innouandum in hac materia quæstuationis nec Breue esse expediendum, cum sufficiat consuetudo immemorabilis per 300. ferè annos obseruata quæ procul dubio habet uim declarationis Regulæ præsertim cum sit rationabilis nam fundata est in necessitate præcisa quæ a d.a Regula excipitur Sancta enim Loca sine quæstuatione manuteneri non possunt et in ratione urgentissima uid.t quod Eleemosinæ quæ colliguntur à Commissarijs non colliguntur pro ipsis, nec pro eorum Religione sed pro Sanctis Locis de quibus Regula non loquitur, ut constat ex declaratione Sensus præd.o Regulæ quatuor insignum Doctorum Alex. de Aless. Goffredi Joannis de Rupella et Riccardi de media uilla relata in Constone Pij 4.i 10 §. ad cap. 4 Regulæ præd.o

Die 7. Junij 1698 fol 117

154 De excommunicatione Hierosolymis lata contra Catholicos matrimonium cum Hæreticis et Schismaticis contrahentes Assess. Sancti Officij dixit in materia matrimonior. quæ Catholicicum Hæreticis ineunt Sanctum Officium censuisse per uiam exortationis potius quam per uiam censurarum

esse procedendum, et proinde posse scribi Guard.o Hierosolym.o ut Excommunicationem latam à P. Hyacintho de Verona dum esset Praeses Sanctorum locorum contra Catholicos matr.a cum haereticis contrahentes non esse observandam, et si praed.o excommunicationis exempla affixa fuerint in Ecclesia, ut alibi, et lapsu tanti temporis deciderint, aut alio modo sublata fuerint, amplius non esse affigenda; id tamen ab eodem Guardiano non esse publicandum, maxime si ab aliquibus Catholicis praed.a Excomm.o observetur.

Die 29. Martij 1639. fol. 267.

155. In Cong.ne particulari relata instantia Sacerdotum Etiopicorum Romae degentium pro licentia celebrandi in Etiopia, quo brevi reversuri sunt missas ritu Latino in Aetiopicam Linguam iussu Patriarchae Alphonsi Meneses translatas. Emin.mi P. P. considerantes negotium huiusmodi esse gravissimum ob quinque causas

1.o quia Sac. Concilium Tridentinum Pribus sess. 22. c. 8. visum fuit non expedire ut missa vulgari passim lingua celebretur

2.o quia ex relat.e praed.orum Sacerdotum constat magnas turbat.nes in Aetiopia extitisse

quando

quando praed.s Patriarcha Missas Latinas in aetiopicum Idioma ~~ad~~ translatas, abrogata Liturgia aetiopica celebrari mandauit.

3.o quia ydem Sacerdotes asseueranter dicunt eiecto ab Aetiopia Patriarcha praed.o à Rege Basilide qui Susnets successit, restitutam fuisse ut prius aetiopicam Liturgiam.

4.o quia sub Paulo 3.o Liturgia aetiopica fuit Romae examinata, et tam in aetiopico Idiomate, quam in latino impressa, ex quo facto manifestum est Sedem Aplicam ritum aetiopicum immutare noluisse.

5.o quia non constat praed.m Patriarcham Alphonsum ab eadem S.ta Sede facultatem obtinuisse abrogandi ritum aetiopicum et latinum introducendi, censuerunt agendum esse cum SS.mo ut aliquam particularem Cong.ne cum Theologis, in qua praed.m negotium diligentius examinaretur, instituere uelit.

Et 18. Aplis 1699. S. Cong.o censuit, si SS.mo placuerit non esse concedendam licentiam Sacerdotibus aetiopicis, ut Missam aetiopicam latino ritu celebrent, sed ab ijs ~~sal~~ seruandam Liturgiam sub Paulo iii. pro usu nationis illius

emendatam

emendatam.

Die 14 Martij 1640. num.o 21.

156. An Mulieribus Christianis in Algerio iunctis Turcis in Mat.o sint administranda Sacramenta S. Cong.o dixit alias fuisse decretum huiusmodi mulieres Turcis matrim.o coniunctas non esse Sacramtor. capaces, nisi prius essent Uxores Christianor. qui postea abnegata fide Christiana facti sunt Infideles.

Die 25. Junij 1640. fol. 116.

157. De illis qui ob negotium vel bellum se transferunt in longinquas partes et revertentes reperiunt Uxores suas Turcis matrim.o iunctas, nec illas recuperare possunt, nisi fiant Mahometani, petentibus licentiam alias Uxores ducendi. Sac. Cong.o negative respondit.

Die 10. Junij 1641. n.o 19.

158 Referente Em.o Card.li Albornotio l.ras P.ris Antonij de Janua Cappuccini, in quibus significabat quemdam Mahumetanum, qui prius erat Christianus de oppido Castellano nuncupato nunc vero Basca iniuncto, reversurum ad catholicam Religionem si ei condonentur - - - quae sua industria lucratus est Bogana Tuneti. Sac Cong.o dixit praedictum

Mahumetanum

Mahumetanum pro iustè acquisitis non indigere aliqua condonatione pro illicitis verò si certæ sint personæ illis de Jure faciendam esse restitutionem, si verò ignotæ Sanctitatem suam iuxta constonem Pauli III. incipientem capientes Judeos, aut alios Infideles §. 1. posse ea omnia eidem Mahumet.° ad fidem Cat.ca reuertenti condonari.

Die 28. nouembris 1641. fol 48 &c

In Congne particulari.

159. An Missionarijs Sacerdotibus sit concedenda licentia exercendi artem med.æ aut Chirurgiæ concurrentibus infrascriptis causis, vel altera earum.

1.° quod in loco Missionarij non sunt mediciant Chirugi 2.° quod huoi artibus in casu necessitatis possunt alim.to habere,

3.° quod Populi per huoi artes Missionarijs redduntur beneuoli. 4.° quod per easdem habent faciliores aditum ad domos infidelium

5.° et ultimo quod per illas magnos Viros infideles sibi amicos et beneuolos faciunt, quorum postea auctoritate à persecutionibus et uexationibus defunduntur

Pr. Joannes de Lugo negatiuam sniam amplectens censebat non expedire huoi dispensationem

Missionarijs

Missionarijs concedere, ob prohibitionem Juris de qua per Canonistas in c. p.° ne Clerici, vel Monachi nam exercere medicinam est negotium Seculare quod de D.° C. prohibetur, et in c. tua nos de homicid. ubi monachus culpatur quod medendo quamdam Mulierem alienum officium usurpavit.

2.° ob indecentiam maxime in medendo per Chirurgiam Pr. Lucas Vadinghus Sniam affirmativam amplectens, et ex Doctr. Navar. affirmans artem medicinae non reperiri in Jure expresse prohibitam Sacerdotibus censebat dispensationem petitam ad periculum irregularitatis evitandum concedendam esse cum infractis conditionibus. p.° ut Sacerdos Missionarius sit peritus in Medicina, hanc tamen peritiam Pr. Joannes de Lugo dicebat acquisitam esse debere ante susceptionem ordinum sacros., quia in ordinibus sacris constituti vel beneficiati in Conc.° Turanensi, de quo in c. non magnopere ne Cleric. vel Monachi et in c. fin eodem titulo prohibentur audire Phisicam, sub qua comprehenditur Medicina ut ex dict. c. non magnopere manifeste aparet. 2.° ut exerceat huoi artem gratis et pietatis intuitu ut in d. c. tua

nos

nos de Homicid
3.º de Licentia Sui Superioris ut pote Praefecti
si est in miss.ne 4.º ut sine sectione, et adustione
operetur. 5.º Denique ut in loco missionis non sint
alij medici Laici Abb. Hilarion in eadem erat
Sentia cum Pre Joanne de Lugo per eadem Jura
et praesertim per c. tua nos et per indecentiam
nam Statui Sacerdotali naturaliter indecorum
est huoi artem exercere maximè si ob lucrum operetur
Suprad.i autem Praelati dixerunt Datariam et
Secret.m Brevium consuevisse concedere Sacerdo=
tibus huoi dispensationes cum Clausulis dum=
modo sint periti in arte, et operentur citra
incisionem, et adustionem, et gratis sine ulla
mercede, et praesertim si in locis, pro quibus
dispensatio conceditur non sint Medici Laici vel
si ibi existant Hebrei sint aut Haeretici.
Post vota collatis opinionibus convenerunt
omnes in istis Conclusionibus P.o in casu ne=
cessitatis praed.os Sacerdotes missionarios non
indigere dispens.ne et licitè posse mederi.
2.º extra casum necessitatis in proposito
dubio sic generaliter exposito esse negativè
respondendum ob rones supra allegatas 3.º in
casibus vero singularibus extra similiter
casum

casum necessitatis posse concedi Sacerdotibus Missionarijs dispensationem petitam aut facultatem exercendi medicinam et Chirurgiam concurrentibus supranotatis conditionibus uid.t ut Sacerdos Missionarius sit peritus in arte medicinae aut eam gratis exerceat ut absque incisione et adustione operetur et in loco ubi Missionarius degit non sint medici Laici

160 Die 9. Junij 1642 fol. 98.

De Pallio Graecorum et Praesertim Praelatorum Ruthenorum et an cogendi Graeci unit petere Pallium de corpore B. Petri sumptum.

Metropolita Ruthenorum Graeci Ritus Ser.mo Regi Poloniae subiectorum, et S. R. E. unitorum exponit quod post celebratam sub S. M. Clem.te VIII. anno 1585. unionem quatuor Metropolitae sine Pallio de corpore B. Petri sumpto decessere, alio non usi nisi stola Pontificali Graeco ritu quam Homoforon seu Periforion appellant, quam ipsi deinde Epis sibi subiectis tradere consueuerunt, bona fide putantes Pallium non esse necessarium uel à Summo Pontifice secum fuisse dispensatum propter Schismaticos, ne forsan ex hac nouitate difficiliores

ficiliores redderentur ad unionem cum Ecclia Romana suscipiendam, et quod tam praedti Metropolitae defuncti, quam modernus adhuc vivens plures consecrationes Episcoporum ordinationes Praesbyterum, et alias manuum impositiones, et munia Pontificalia gesserunt de quorum validitate nunc dubitat. Quapropter ipso petente à Sede Aplica quid sibi in praefatis agendum sit, et parato si SSmo D. N. placuerit antiquum Pallium Graeci ritus deponere Quaeritur utrum stantibus praemissis dicto metropolitano Pallium de corpore Beati Petri necessario sit tradendum, et an eiusmodi Pallium ipse deinde caeteris Archiepis sibi subiectis tradere debeat

161 1o An et quomodo concludendum cum illis qui à Defunctis et Moderno Metropolitis sine Pallio fuerunt ordinati, et cum ipsis ordinansibus, qui talia bona fide gesserunt.

R. P. D. Mamlus censuit Graecis seu Ruthenis unitis Patriarchali, seu Primitiali, aut Archiepiscopali seu Metropolitica dignitate insignitis dandum esse Pallium de corpore B. Petri sumptum ultra illud quod nunc gestant commune cum Episcopis, quod non est verum Pallium, quia non est laneus, non significat plenitudinem

Pontificalis officij semper defertur a Metro=
politis, et Epis in diuinis officijs deponitur
ad Euangelium, et formam habet diuersam
idque probauit ex ijs, quae habentur in dis=
tinct. 100. per totum in c. nisi illa de auctor. et
usu Pallij, et in c. antiqua de priuil, ubi
de Patriarchis Graecis ad litteram habetur
casus.
Nec obstare dixit quod eo tempore Patriarchae
Constantinopolitanus, et Antiochenus essent
Latini, quia alij duo uidt Alexandrinus et
Hierosolymitanus erant Graeci, et ratio illius
textus in praerogatiua S. R. E. fundata
id conuincit.
Ad 1m dixit quoad Collationem ordinum quia
Metropolitae Ruthenicrant Epi non esse
difficultatem quin ab eis ordinati receperint
characterem, et potuisse, ac posse in ordini=
bus sumptis ministrare nam licet contra
Sacrorum Canonum prohibitionem facientes
peccauerint, nisi bona fides eos excusaue=
rit, prout censuit excusasse, suspensio=
nem tamen non incurrerunt, quia in sa=
cris Canonibus huiusmodi poena ordinantibus
ante

ante Pallij surreptionem, et ordinatis ab eis imposita non reperitur. Quo vero ad Sacramentalia bonam fidem omnes excusasse. In qua sententia cum PP. omnes nemine discrepante quoad hoc secundum dubium deinceps de eodem 1.° dubio nihil erit dicendum.

Secretarius Ingolus ad primum dubium ultra Canonum prædictor. et præsertim c. antiqua de priuil. dispositionem, sentiam B. Marulli sequens rationem, et exempla adduxit. Ratio fuit quod cum dare Pallium sit inter ea quæ respiciunt Romani Pontificis auctem supremam ac Maiestatem, dici non potest Clem. VIII. in recipiendis ad Vnionem Ruthenis dum de Pallio nihil decreuit, voluisse prædictæ auctoritati et Maiestati præiudicare, nec permittere ut Metropolita Russiæ sibi sumat Pallium, sicut Ecclesiarum schismatici auctoritate propria faciunt. Exempla sunt duo primum Maronitar. nam in eorum unctione Innoc. V. in Bulla quæ reperitur in Codice Constonum Collegij Maronitarum de Vrbe circumcistolialiter

decreuit ut Patriarcha Maronitarum qui habet suam Prouinciam in districtu Patriarchæ Antiochiæ Pallium recipiat à Patriarcha Antiocheno, et cum Antiochenus Patriarchatus post ammissionem Terræ Sanctæ inciderit in Manus Schismaticorum præd.s Patriarcha Maronitarum Vnitus semper Pallium petijt à Rom.o Pontifice, et nouissime id fecit nouus Patriarcha Maronitarum unitus Georgius Amica, qui petita de more, et obtenta suæ Electionis Confirmatione a SS.mo D. N. Vrb. VIII. petente Aduocato Concistoriali Cultello, obtinuit etiam Pallium, quod eius Procuratori traditum fuit de mandato eiusdem San.mi ab Em.o D. Card.li de Sabaudia ut patet ex instrumentis quæ d.s Ingolus exhibuit.

2.m fuit Nicolai Archiepi Leopoliensi Nationis Armenor. qui ad unionem fuit ab eodem SS.mo receptus, ab eoque nouam prouisionem obtinuit, et simul Pallium.

Pr. Joannes de Lugo stetit cum dispositione c. antiqua uerumtamen dixit ad euitanda scandala, quæ possent oriri ex huoi nouitate

et

et cauendum ne Rutheni magis adversi
S. R. E. reddantur, posse resolutionem differri
ad aliud tempus magis oportunum, Ruthe-
nisque dicendum Theologos in ea esse opini-
one, quod gesta à Metropolitis sine Pallij
sumptione à Sede Aplica non esse nec fore
inualida, donec dubium ab eis propositum di-
ligentius examinetur, et decidatur in eadem
Snia fuit Pr. Alciatus ac Magr S. Palatij.
Pr. Sonninus Sniam D. Manelli secutus
dixit Graecos Vnitos omnino cogendos ad peten-
dum Pallium, quia huiusmodi datio Pallij res-
picit Rom.i Pontificis Primatum, quem
à tanto tempore idem Graeci oppugnant. Pr.
Imbenius id omnino dixit. Pr. Riccardus post
multas auctes allegatas uid.t Isidori Pelu-
siotae S. Germani Eustachij Thessalonicensis
et alior. quibus ostendit pallium moder-
nor. Graecor. esse diuersum ab antiquo quod
ex lana conficiebatur, ut Pallium latinum
et quod illud petebatur à Rom.o Pontifice
stetit cum dispositione c. antiqua, et ad eui-
tanda scandala posse praecipi Ruthenis
Vnitis ut Palloum quod nunc gestant seriam
metropolita

et Archiepi fieri curent ex lana cum solitis cru=
cibus rubei coloris cum per diversas auctes
demonstravit etiam Latinum Pallium non ni=
gras cruces, ut modo sed rubeas antiquitus habeat.
Abb. Hilarion dixit de Jure non posse responderi ad
dubium nisi iuxta c. antiqua quod coniun=
gens cum c. quoniam de Offic. ordin ostendit Innoc.^m
in se antiqua loqui de Patriarchis Graecis q.
in d.^o c. quoniam expresse cavet, ne in una
Ecclia sint duo Epi, licet ibi sint Catholici
diversi ritus sed unus tantum pnlis, et alter
omnino dependens à pnli. de facto vero nego=
tium esse maturius considerandum.
R. P. D. de Rubeis censuit cogendos esse Me=
tropolitas Ruthenor. Unitor. ad petendum Pal=
lium per rones et canones sup.^a allegatos et
praesertim per d.^m c. antiqua, quod diligenter
ponderavit et demonstravit Innoc.^m decretalem
praedictam ~~pnliter~~ principaliter edidisse
ad confirmandum Primatum Aplicae Sedis
et Rom.^i Pontificis, et ad stabiliendum prae=
dictor. Patriarchar. subiectionem eidem Sedi
et Pontifici.
Adduxit etiam ad idem comprobandum Eplam
Nicolai Papae I. ad ~~idem~~ consulta Bulgaror.
c.

c. 73 ubi expressè caret ur Archiepos electos
à Suffraganeis Pallium a Rom.a Sede percipere
debere, et subiunxit etiam Archiepos Ruthenos
Unitos à Metropolita iuxta suum privilegium
ordinatos Pallium a Rom.o Pontifice petere
debere cum illud dare Suffraganeis sit speciale
privilegium quatuor pnlium Patriarchar.
ut in d.o c. antiqua de privil.
Postremò Emi. DD.ni Cardinales auditis votis prae=
dictor. Prum censuerunt scribendum esse Nuntio
Poloniae, ut diligenter inquirat an per dationem
Pallij Metropolitae Russiae Unito, eiusque usum
more Epor. latinor. non ablato Pallio Graecor.
Epis communi possit scandalum oriri inter Ru=
thenos unitos et Schismaticos ob id ab unione
reddi alienos.
Die 12. Septembris 1642. n.o 14
Referente Emo D. Card.li S. Honufrij litteras
Pris Valentini de Angiers missionarij in Perside
in quibus proponebat duo dubia vid.t an
162 An Christianis Mulieribus coniunctis in Ma=
trim.o cum infidelibus possint administrari
Sacram.ta et An Haeretici levare possint ad
163. Baptismum S. Cong.o dixit alias praed.a dubia
fuisse et soluta negativè. In primo tamen dubio
excipiuntur

excipiuntur mulieres Christianae, quarum mariti tempore Matrimonij erant fideles, nam his possunt ministrari Sacramta.

Die 1.a Junij 1643. n.o 46.

164. De more introducto in Pera ut Cappellani orum Catholicorum ad portam Ottomanam comitentur cadavera familiarium eorumdem orum usque ad Portam Palatij: et de processione SS.mi Sacramenti differenda ad aliam dominicam diem vel festum aliquod, si in 3.a Dominica mensis in qua solet d.a processio fieri incidat aliquod pnte festum.

Sac. Cong.o quoad primum mandavit morem praedictum tolerari.

quoad 2.m probavit ut d.a processio transferatur in aliam Dominicam aut festum subsequens tertiam Dominicam mensis, si in ea aliquod festum ex pntioribus incidat.

Die 7.a februarij 1645 fol. 234.

Conclusiones in quibus in Congl.ne parlari habita de Ruthenis P. P. fuerunt concordes

165. Colloquia et disputationes publicas Catholicorum cum haereticis aliquando esse licitas, cum scilicet spes habetur maioris boni et concurrunt aliae conditiones quae à Theologis recensentur, ut patet ex ijs disputationibus

quas

quas habuit S. Augustinus contra Donatistas et alios Hæreticos.

166. (2.º SS.mam Sedem Aplicam et Romanos Pontifices quod huiusmodi colloquia disputationes et collationes plerumque sine bono uel etiam cum malo exitu peracta fuerint, illa frequenter prohibuisse ac suis Ministris scripsisse ut illa impedirent si ueri non possent impediri curarent ne fierent auctte Aplica, insisterentque ut per Viros doctos qui possent, et ualerent defendere ueritates catholicas, id peragerentur, ut de his R. P. D. Assessor plura pertulit in eum sensum rescripta et litteras Pontificum Romanorum ad nuntios suos datas, et sepissime idipsum S. Congo de Propaganda fide rescripsit ad suos Missionarios eosque monuit, ut à publicis disputationibus cum Hæreticis abstinerent.

Die 24. July. 1645. nº 19. ad 3

167. quoad petitam a Pre Alexandro A Genoua Præfecto missionum Cappucinorum Barbariæ facultatem absoluendi hæreticos, et renegatos, quamuis sint ex locis in quibus exercetur S. Officium, et simul potestatem illam communicandi suis Missionarijs. S. Congo iussit adiri S. Officium inclinabant tn P. P. ad gratiam, quoad forum conscientiæ tantum

maximè

maxime cum renegatis, et haereticis captivis
nam hi non possunt inde discedere illiveri
ne pereant, modo quo possumus ad viam salu=
tis sunt revocandi

168. Utrum permittendum sit Catholicis, ut diebus
festis missam audiant a Sacerdotibus schismaticis
in eorum Ecclesiis attenta carentia Sacerdotum
Catholicorum et hoc ob periculum perversionis.
S. Cong.o S. Officij die 5.a decembris 1668. respondit
Episcopus mandet Catholicis sibi subiectis ne accedant
ad missas et alia Officia divina in Ecclesiis schis=
maticorum eosdemque moneat in casu carentiae
missae Catholicorum non teneri praecepto missam
audiendi.

Formula dispensationis super cultus dispari=
tate.

169. Sanctissimus D. N. concessit Episcopo N. facultatem
ad annos . . . . . dispensandi super impedim.to
disparitatis cultus gravibus tamen ex causis
in singulis casibus, in quibus dispensandum
erit et in locis tantum ubi sunt plures infi=
deles, quam Christiani ita ut in eo matrim.o
postmodum (quatenus absque contumelia
fieri possit) contrahentes remanere libere
et licite possint prolesque exinde suscipi=
endas legitimas decernendi super quibus eiusdem
H. Conscientia oneratur et praed.e dispensat.nes
gratis

gratis concedantur.

170. An sacramta administrari debeant Mulieribus quæ occone matrimonij ad ritum Græcum transierunt et in eo persistere volunt, aut ob gravem metum sibi à Maritis incursum, aut ob alias causas quæ facile superari possunt et quid si sint constituti in articulo mortis.

S. Cong.o S. Officij 13. februarij 1669. respondit satagendum esse ut servetur constitutio 34 Clem.tis S. octavi qua sancitur ut Maritus latinus Uxoris Græcæ ritum non sequatur, et latina Uxor non sequatur ritum Mariti Græci Græca vero Uxor sequatur ritum mariti latini, quod si fieri non possit quisque coniugum in suo ritu catholico tantum permaneat.

171 1.o nemini fere pænitenti in articulo mortis esse deneganda sacramta

172 2.o extra mortis articulum attendendas esse circumstantias facti, nam si facti pænitet, si non adhæsit schismati, et erroribus schismaticorum vel si adhæsit eos ex corde detestatur et si non potest ad ritum nostrum sine periculo redire potest admitti ad sacramta cessante scandalo si vero adsit scandalum alior fideliu. aut cum facile possint ad ritum latinum regredi nolunt, aut aliquo errore schismaticorum

infectæ sunt esse reiiciendas quod si solum scan=
dalum timeatur videndum quale illud sit, et an
facile, et quomodo tolli possit

173. An Epus Ritus Græci consecratus ab Epo schis=
matico et hæretico simul sit validè consecratus.

174. 1o. An ab uno tantum ab Epo consecratus sit
validè consecratus.

175. 2o. An in utroque casu denuo consecrari debeat
sine conditione vel debeat sub conditione consecrari
denuo.

S. Congo S. Officij 18. Martij 1669. respondit.
Ad primum esse validè, sed illicitè consecra=
tum et adeo indigere relaxatione quoad
suspensionem, et dispensatione quoad irre=
gularitatem.
Ad 1um et tertium non esse iterum sub conditione
consecrandum sed sequendum præscriptum ~~de~~
Brevis ~~ef~~ S. M. Pij 4i dato 11. Augusti 1562
Dubia de Matrimonijs contractis à Christianis
Serræ Malabarium.

176. 1o. perche li figlioli di quelli Christiani ordi=
nariamte non si confessano prima di maritarsi
il che fanno in limine pubertatis, si domanda
se atteso l'ignoranza, che hanno delle cose
della fede possa ciò permettersi.

S. Congo Concilij . . . . . 1669. respondit esse mo=
nendos, et instruendos de præcepto Ecclie ob=
ligante

ligante omnes fideles utriusque sexus ad an=
nuam Confessionem postquam ad annos dis=
cretionis peruenerint ex c. omnis utriusque sexus
de pœnit. et remiss.

177. 1.° Nel principio dello Schisma alcuni Chris=
tiani contraeuano matrim.° coll'assistenza
del Paroco ordinato inualidam.te dell'Arcidia=
cono intruso, altri di sacerdoti Catt.ci fatti Pa=
rochi dal med.° Arcidiacono, altri di sacerdoti di=
uentati Scismatici et eletti Parochi dal popolo, et
altri senza interuento di Paroco ueruno per ti=
more Dei Rè Gentili et in alcuni matrimonij
l'Arcidiacono hà dispensato supra gl'impedim.ti
dirimenti. si domanda se li matrimonij siano ualidi
per cagione dell'errore commune del popolo,
che è ignorante, e se il d.° errore habbia potuto
dare alcuna giurisdittione essendo per lo più
commesso mala fede.

S. Cong.° respondit si Decretum Concilij Trid.ni sess.
24. de reform. matr. c. 1. in ijs Regionibus
non fuit publicatum in Parochijs intelli=
gibili Idiomate, seu nunquam receptum
at in usu positum, uel ipsius mem.a prorsus
perierit. dicendum est quod inualida sint infrascrip=
ta matrimonia, nempè contracta coram Parochis
ordinatis

ordinatis seu institutis ab Archidiacono intruso
2°. contracta coram sacerdotibus Cath.cis sed institutis
Parochis ab eodem intruso 3°. contracta coram alijs
Sacerdotibus factis schismaticis 4°. contracta coram
Parochis a Populo electis. 5°. tandem contracta absque
ullius Parochi praesentia.
Si vero Decretum illud Concilij fuit praefato modo
in Parochijs publicatum et receptum, adsitque
memoria quod de tempore ante schisma erat in usu
et coram legitimo Parocho, vel Missionario Ap.co
et Testibus iuxta formam Concilij contrahebantur
matrimonia, in hoc casu distinguendum est, an Pa=
rochi legitimi, aut Missionarij aderant in ea re=
gione et accessus ad eos erat tutus, vel facilis,
vel non aderant, nec si aderant, erat accessus ad
eos tutus, et facilis.
In primo casu omnia praefata matrimonia cum
potuerint fieri coram Parocho legmo, vel Mis=
sionario, et non fuerunt sic facta, sunt invalida
et revalidanda. In 2°. autem casu iuxta alias
decisum a Sac. Cong.e Concilij stante impossibi=
litate habendi legitimum Parochum, vel Mis=
sionarios sunt valida si coram Testibus saltem
facta sunt.
Ad illud de contractis impedimentis dirimentibus dis=
pensatis

dispensatis ab intruso S. Cong.° respondit esse
invalida, nec posse dissimulari, et propterea
obtenta dispensatione Sanctissimi vel ab alio
facultates a SS.mo habente sunt revalidanda.

178. 3.° Se nella serra il matrimonio clandestino sia
invalido e la ragione di dubitare è, che sè bene
in un sinodo celebratovi dall' Arcivescovo di
Goa fù accettato il Concilio di Trento, non hanno
però quei Christiani alcuna cognitione di esso
per non essere stato mai publicato in lingua so=
riana, ò malauare, nè da loro visto, nè letto con
tatto che credano i Decreti per quello che appar=
tiene à i Dogmi, nel rimanente però, che concerne
il gouerno spirituale, riti, e costumi, non sanno,
se non quel tanto, che è in uso, et è stato deter=
minato nel d. Synodo, oltre, che ne anche potrebbero
osseruare m.te cose ordinate nel Concilio, viuendo
sotto il dominio de Prencipi Gentili, ne il Vescouo
potrebbe astringerli all' osseruanza non per
mezzo delle censure.

S. Cong.° respondit ut s.a quod si Decretum illud sup.a
citatum fuit in Parochijs intelligibili lingua
publicatum, clandestina sunt invalida, si non
ita publicatum, sunt valida, Praesumendum
autem quod fuerit hoc modo publicatum si de
tempore p.nti vel praeterito sit memoria, quod

matrimonia contrahi solebant coram Parocho et Missionario, et Testibus tamquam ex praecepto Concilij Tridentini.

179 4.° Supposta l'invalidità di d.i matrimonij e l'impossibilità di sperare i Coniugi, liquali per non essere notati d'infamia da' Gentili, mai si separarebbero, et il fargli contraere di nuovo in publico, non l'haverebbero ne anco fatto, et in Secreto sarebbe di scandalo à quelli che li havessero visti vivere nello stato matrimoniale, si domanda se il Vescovo hà potuto concedere e publicare d'haver concessa licenza ai Parochi di sposarli di nuovo privatamente in Chiesa in presenza di due ò tre persone senza altra publicatione

Sac. Cong.° respondit modum illum revalidandi secretò coram Parocho, aut Missionario, et Testibus sine publicatione nova esse legitimum, et prudentem. ideo in similibus casibus Clandestinos. usum tenendum

180 5.° essendo stato solito, che i Vescovi passati della Serra nelle visite, che facevano, di ricevere denari per le dispense, che concedevano negl'impedimenti matrimoniali, homicidij volontarij, e giuramenti fatti nei sponsali, quali poi dicevano di applicare per i Poveri, e per quelle Chiese si domanda se debba, per mettersi al nuovo Vesc.°

Sacra

Sacra Cong.o respondit quod pro dispensationibus matrimonialibus non possunt recipi, quo vero ad alia emolum.ta visitatoribus dari solita, et à Sacris Canonibus non improbata nihil innovetur, moneatur tamen Episcopus ne in dispensationibus excedat Limites facultatum à SS.mo obtentarum.

181 Utrum Episcopus Megarensis Vicarius Aplicus in Archiepatu Angamalensi seu Cangranorensi in Indijs Orientalibus ritus Syriaci, seu Chaldaici possit ordinare Clericos ritus latini, licet enim id sit prohibitum Epis Graecis, non tamen appareret quodnunquam fuerit inhibitum Epis alterius ritus. multum autem noceret si prohiberetur praed.o Episcopo; sunt enim Serrani, hoc est eius subditi adeò rudes quod statim suspicarentur talem Epum non esse Catholicum, si scirent ab ordinatione Latinor. acceri cum sedes Aplica apud Latinos existat, et hoc summopere nocuit intruso, quodnunquam potuit unum Latinum ordinare. Archiepi autem omnes quos hactenus habuerunt Serrani et ego ipse eorum Clericos ritus Chaldaici una cum alijs ritus latini ad id confluentibus semper ordinationes celebrando latinè, praed.s vero Epus Megarensis nequit id facere nisi Chaldaicè promiscuè

promiscuè quoque ordinando Clericos utriusque
ritus, si ergo illi prohiberetur Latinorum promotio
maximum scandalum inde oriretur, et multorum
substractio ab eius obedientia, quos intrusus cap=
ta hinc occasione deciperet, ac praeterea nullus
Latinus in illis Regnis possit ordinari cum a=
lius non adsit Episcopus.
S. Cong.o S. Officij die 3 Julij 1669 dixit quod stan=
te necessitate proposita, et impossibilitate
habendi Episcopum ritus Latini, licere Ep.o
ritus Syriaci seu Chaldaici ordinare etiam
Latinos sicut asseritur hucusque factum

Dubia de Matrimonio.

Supposito P.o quod Japones ab antiquis temporibus
libere uxores repudiant, aliasque ducant nulla
cognita perseuerandi obligatione, et supposito
inter eas quas uxores uocant et concubinas mag=
num esse discrimen licet concubinae filij ad nutum
Parentum ad bona Paterna admittantur.

182 P.o quaeritur utrum Euti connubia quae Japones
more Patrio contraxerunt non cognita obligat.ne
supradicta imò potius gen.li quadam apprehensio=
ne ducti scilicet quod liceat plures uxores du=
cere successiuè uera sint.

183 Quando alter coniugum experiendi animo ma=
trimonium contraxisse asseuerat ut si mores
similes

similes sint perseuerandi, et si dissimiles repudiandi interrogatus tamen num ille animus experiendi sit circa Vxorem ducendam nec ne vel potius post ductam repudiandi, vel non, et nescit suum animum aperire utrum huoi coniugium sit verum matrimonium.

184 Si Gentilis adhuc viuente Vxore post unum vel plura repudia facta cum altera Vxore bona fide ad Baptismum accederet, ita tamen, quod si admoneas potius Baptismum, quam Vxorem dimittat, utrum talis ad Baptismum admitti possit supposito quod si huoi homines non admittantur maiori adulterum parti, qui cum hoc impedimento accedunt Saluationis Ianua erit omnino clausa

185. 4.° An Christianus qui bona fide Vxorem repudiauit quam ante Concilij publicationem in Vxorem duxit, et cum supradm matrimonium in facie Eccliae petit nullum faciens scrupulum in confessione de repudio prioris, imò licet admoneatur, ut ad priorem accedat, id nulla rone faciet, Vtrum huoi matrimonium in facie Eccliae celebrari possit supposito Scandalum aliquod si alijs administretur et alijs denegetur.

186. 5.° An qui secum animo statuerunt Vxorem sine perseuerandi obligatione ducere, imò si duxerit ad libitum

libitum eius esse illam repudiare, cum tamen matrimonium contraxit, nec huiusmodi intentionis nec generice sit recordatus sed absolute more Patrio contraxit an hoc sit vere matrimonium

187. 6.° Supposito quod in Japonia in magnum conversionis impedimentum erit disparitatis cultus impedimenti publicatio praesertim quia homines in dignitate constituti raro Christiani fiunt sciant sibi non licere ad libitum quosque maluerint filios in matrimonium copulare an licitum sit hoc impedimentum non publicare, sed dissimulare, et interim quod non publicatur bona fide cum hoc impedimento contrahunt an verum matrimonium contrahant vel potius ipso facto sit irritum it quod comperta veritate adinvicem se iungi possint.

188. 7.° An publicatio Trid.ni circa matrimonium differri debeat in locis ubi de novo conversio est facta, donec magis sint in fide firmati, et in locis ad quae P.P.s pervenire difficile est, aut ob loci distantiam aut quia ab illius loci Dominio Gentili P.P. sunt in exilium missi

189. 8.° An in locis in quibus Decretum Concilij circa matrimonium est publicatum licet contrahere sine Parochi pntia, cum aut ob maximam distantiam aut ob exilium illis locis adesse nequeant

nequeant an coniugia illa uera sint et sine peccato fiant.

190. 9.º An qui in propria Parochia Concilij Decretum circa Matrimonium audiuit, poterit in alijs locis in quibus non est publicatum Decretum sine Parocho matrimonium contrahere.

191. X.º An ut uerè Decretum Concilij dicatur publicatum necesse sit in omnibus Ecclijs Vicor. quæ inter se ualdè proximæ sunt, publicetur, cum et aliqui uici ob incolarum commoditatem duas Ecclias habeant.

192. XI. Cum in aliquo Dominio Ecclesiæ per paucæ sint, cum tamen imposterum multæ sint erigendæ, An publicatio Decreti Concilij in illis paucis Ecclijs in toto Dominio censeatur publicatum uel potius in quolibet uico in quo deinceps Ecclia erigenda est, congregatis Christianis in aliqua domo decenti, ut solet fieri in Missæ celebrationibus ibi fieri debeat publicatio ita quod interim cum in singulis uicis non fit publicatio possint sine Parocho et Testibus matrimonium contrahere.

Responsiones Gabriel Vasquez Jo: Azor: Michael Vasquez, Martij de Angelis.

Solutiones omnium dubior. præibi unum ut probabile

Scilicet matrimonia Japonum ecalida non esse
siue absolutè fiant, siue animo experiendi
In 2.º casu non est dubium, si quidem expressa
intentio experiendi, est contra perpetuitatem ma=
trimonij quod ex se est uinculum perpetuum
nam sicut qui emeret equum animo ita eum
experiendi, ut si non placeret redderet Domino,
aut pretium temperaret ex tali emptione non=
oriretur perpetuo obligatio alienationis. Ita
si Japones dum accipiunt Vxores certis Caeremonijs
more patrio intelligunt accipere ad experiendum
mores eorum non contrahunt perpetuum imo
nec uerum matrimonium.
In 1.mo etiam casu cum contrahunt absolutè, nul=
lum contrahunt matrimonium, per inde enim se
habent ac si ponerent conditionem liberè re=
pudiandi. Patet quia si more Patrio introduc=
tum esset ut nulla fieret alienatio fundi,
aut Domus nisi saluo Jure redemptionis. Et si
aliquis absolutè emeret non censeretur alio
modo emere, quam cum conditione, sic in Ja=
ponia, cum talis mos sit apud omnes, ut Vxores di=
mittant, ut placuerit, nec de repudio ullus con=
sanguineorum nec Vxor conquerantur, nec ullam
infamiae notam incurrat sequitur omnes con=
tractus non censeri apud eos perpetuos. Est autem
notanda

notanda differentia inter Japones, et alios Gentiles, nam licet alij in usum habuerint repudium illud tamen non fuit receptum sine aliqua nota infamiæ, neque absque querimonia Consanguineorum: neque ita frequenter, quia alij Gentiles non consentiunt apponere conditionem contra matrimonij substantiam. Hoc posito.

Respondetur ad 1.m et 2.m non valere neque in 3.o 4.o et 5.o est difficultas, si verum est quod præmissi, si vero admittamus cum alijs verum esse Matrimonium Japonum tunc ad 3.tium dicimus hunc Gentilem in bona fide relinquendum esse iuxta doctrinam eorum qui docent pœnitentem relinquendum in ignorantia invincibili, quando non speratur conversio, aut timetur scandalum vel alia incommoda

Ad 4.tum Respondeo non posse admitti ad matrimonij Sacramentum in facie Ecclesiæ quia non tantum esset relinquere eum in ignorantia invincibili, et bona fide, sed etiam cooperari peccato cum eum admittendo ad Sacramentum.

Nec obstat quod Sacerdos sit minister huius Sacramenti quia est satis aliquomodo cooperari ad contractum.

Ad 5.tum Respondeo, si supponamus valida esse

matrim.a

matrim.o Japonum quando more patrio nihil
Exprimentes contrahunt, nihil nocere habuisse
illam priorem intentionem quia intentio, quae
tempore praecedit nihil operatur in effectum
sequentem nisi quando cum illo convertitur me=
dijs alijs effectibus à quibus dependet actus
Ad 6.m Respondeo ob rationem in casu 3.o assig=
natam aliàs licitum esse dissimulare cum
Gentilibus recenter conversis ad fidem ob damna
quae sequerentur si detegeretur Evoi impedimentum
Sed licitum non esse cooperari ad Evoi matrimonium
admittendo illos quia petenda esset in hoc casu aliqua
dispensatio
Ad 7.m licitum esse in illo casu non publicare le=
gem ob incommoda, quae sequerentur et in hoc casu
locum habet Epikia.
Ad 8.m pereamdem ronem videri fieri posse Evoi
matrimonium in tali casu quia cum tanto dispen=
dio non debet lex humana obligare sed in utroque
casu posset à Papa dispensatio haberi ad maiorem
cautelam
Ad 9.m extat Responsio Cardinalium quod talis
potest in alia Parochia contrahere ubi non
est publicatum Concilium sine forma à Concilio
Statuta Et idem videtur dicendum si multi
tamquam

tamquam incolæ ad aliam Parochiam in qua non est publicatum pertransierint possent inter se contrahere dummodo id non fiat in fraudem Decreti.

Ad X.m si illæ Eccliæ sint Parochiæ, in singulis debet Concilium publicari, si verò una tantum sit Parochia cæteræ verò sint Oratoria tantum non debet in singulis.

Ad XI.m Publicatio facta in una Eccliæ sufficit pro ijs quæ postea intra eamdem ~~Eccliam~~ fient Parochiam, in quas deinde dividenda est Eccliæ et Parochia Prior.

Die 15. Julij 1669.

Resolutiones S. Cong.nis S. Officij ad suprad.a dubia.

Ad P.m S. Cong.o dixit non expedire, ut res definiatur sed tradantur deinceps Missionarijs una cum facultatibus solitis copiæ Brevium S. M. Pij V. et Greg. 13. quæ habentur in alio Brevi S. M. Pauli V. die 11 Maij 1616. et in alijs casibus recurrant ad Sedem Aplicam

Ad 2.m et 3.m ut ad primum.

Ad 4.m clarius proponatur.

Ad 5.m ut ad primum.

Ad 6.m posse concedi facultatem dispensandi in impedimento disparitatis cultus. iuxta Decretum SS.mi D. N. Latum die 23 Januarij 1669.

Ad 7.m Posse concedi dilationem publicationis Concilij Trid.ni

Ad 8.m Missionarij exequantur Decretum S. Cong.nis Concilij ad Epum Tricaricensem circa Matrimonia Batauorum Vide infra hoc Decretum.

Ad 9.m licere iuxta Decretum eiusdem S. Congreg.nis Concilij modo non fiat in fraudem.

Ad X.m esse necessariam publicationem in singulis et solis Parochijs iuxta Decretum Concilij c. 1. sess. 24 de refor. Matr.

Ad XI.m Sufficere publicationem iam factam, nisi noui accedant Populi et Inolæ, et pro eis noua erigantur Parochiæ.

Quæsita Missionarior. Chinæ seu Synarum Sacræ Congreg.ni de Prop.da fide exhibita, cum responsis ad ea Decreta eiusdem S. Congnis approbatis.

Infra scriptæ Propositiones a S. Cong.ne de Prop.da fide ad S.m Officium transmissæ fuerunt a Patribus Qualificatoribus eiusdem S. Officij qualificatæ ut infra

in pnti anno 1669 193. P.mo Vtrum Christiani Chinenses sint obligati ad obseruantiam Iuris positiui, quantum ad ieiunia, confiteri semel in anno, e communicare festa seruare eo modo quo obligantur Indi in noua Hispania, et in Insulis Philippinarum iuxta dispositionem Papæ Pauli III. pro Indis occidentalibus et meridionalibus. Censuerunt Ius positiuum Ecclesiasticum

de

de Jeiunijs absolutè obligare Chinenses Christianos et à Missionarijs hoc esse illis enunciandum. Attenta verò Regionum, et Personarum qualitate locum esse si SS.mo placuerit dispensationi, quae fuit aliàs à fel. recor. Paulo III Indisconcessa, quae obtenta satagant Missionarij sanctae Matris Ecclesiae pietatem illis patefacere, quibus ea, quae in Universum indixit magna ex parte benignè remittit, et indulget.

Censuerunt etiam praefatos Chinenses obligari ad Sacramentalem Confessionem semel in anno, et Missionarios hujus obligationem debere eis notificare.

Idem prorsus censuerunt quoad Sacram Communionem semel in anno sumendam quo verò ad executionem statuto tempore, hoc est in Paschate idesse intelligendum nisi legitimum adsit impedimentum, aut grave periculum immineat. Curandum tamen, ut infra duos vel tres menses ante vel post Paschati proximos quatenus sine discrimine fieri possit sin minus alio quovis tempore infra decursum unius anni à Paschate inchoandi, omninò communicent.

Demum censuerunt Chinenses ad fidem conversos teneri omninò festa servare. Missionarios etiam teneri, hoc est notificare; locum tamen esse si SS.mus annuat, limitandi eis numerum dierum festorum iuxta formam privilegij à Paulo 3.o Indisconcesso.

194 2°. Utrum in praed.° Regno ministri Evangelii pro nunc saltem in Sacramento Baptismi possint abstinere ab imponendo Mulieribus oleum sanctum Cathecumen. sputum in auribus, et sal in ore Insuper et non administrare eisdem Mulieribus Sacramentum Extremae Unctionis. Et ratio dubitandi est quia Chinenses magno zelo ducuntur erga Uxores filias, et alias mulieres, et scandalum sument ex huiusmodi actionibus censuerunt et Sacramentalia in Baptismo Mulierum esse adhibenda, et Extremam Unctionem esse Mulieribus conferendam, nec sufficere motivum in dubitatione expressum, ut missionarij quantum in se est ab his abstineant. Curandum ergo ut tam salubres ritus, et Caeremoniae introducantur, et observentur ac Missionarij tali circumspectione illa administrent hominesque talibus instruant documentis, ut ab omni suspitione inhonestatis liberentur.

195. 3°. In praefato Regno lege stabilitum est, ut in mutuo triginta pro centum accipiatur absque respectu lucri cessantis, ac damni emergentis. Quaeritur utrum Chinensibus sit licitum pro pecuniarum suarum mutuo, licet non interveniat lucrum cessans, aut damnum emergens praed.am pro centum 30 quantitatem Regni

lege

lege taxatam accipere. Et causa dubitationis est, q.a in recuperanda pecunia est aliquod periculum scilicet quod qui accipit mutuatum fugiat, vel quod tardet in soluendo, vel quod necessarium sit coram Judice repetere, vel propter alia huiusmodi.

Censuerunt Rone mutui immediate et praecise nihil esse accipiendum ultra sortem pnlem, si vero aliquid accipiant Rone periculi probabiliter imminentis prout in casu non esse inquietandos, dum modo habeatur ratio qualitatis periculi, et probabilitatis eiusdem ac seruata proportione inter periculum, et id quod accipitur.

196. 4.o In vniuerso Vinar. Regno domos publicas usuris deputatas reperiri res est usitata, in quibus usurarij publici, facta sub pignor. cautione, pecuniam suam sumpto lucro ad usuram dare solent, ea tamen conditione, ut pro uno Ducato singulis mensibus tantum quid accipiant et si tantis elapsis annis pignorum Dnus pro ijsdem recuperandis pignoribus, soluta pnli pecunia cum lucro non redierit, actionem et Dominium, quod habebat in suis pignoribus illico amittant. iste autem domus reipublicae necessariae sunt et quamuis usurarij vitam usurariam dimittere velint

a non desistendo à praed.is usuris Judicis auctte compelluntur. Quaeritur utrum si huiusmodi usurarij conuertiuelint ad fidem, possint baptizari manendo in suo statu usurario, propter causam supradictam, uel quidnam in tali casu agendum sit, ~~ter~~

Censuerunt Chinenses in statu usurario permanentes baptizari non posse si uero Judicis auctte compellantur ad proprias pecunias mutuandas posse aliquid accipere etiam recepto pignore ultra sortem pnlem tum rone oneris, quod subire coguntur, tum rone curae in custodia pignorum, lucri quoque cessantis et damni emergentis, tempore autem praestituto, si ex uenditione pignorum aliquid supersit sorti pnli, et lucro ex causis praed.is iuste acquisito Dno pignoris esse restituendum.

197 5.o Utrum praed.or usurarior filij, si quando in haereditatibus eor. succedunt, cum Christiani existunt teneantur ad restitutionem eorum, quae Pater ex usuris accepit in toto uel in parte iuxta male acceptor excessum, etsi huiusmodi usurarior filij haeredes iam Christiani a Republica, uel Judice compellantur ad publicas usurar. domos Patrum aperiendas et

sustentandas

sustentandas, quid in hoc casu ministri Evangelij pro sanandis istorum conscientijs facere debent.

Censuerunt filios haeredes usurarior. teneri a Patribus ex res ueris illicitè acquisita restituere certis quidem Dnis si certi sunt, seu minus iuxta Regulas a Doctoribus traditas. Actualem ueris restitutionem a doctis, pijs, et prudentibus Viris esse dirigendam

Quoad 2.m partem Euiers dubitationis iam responsum est in proximè superiori relatione

198. In Populis, et Ciuitatibus illius Regni mos est imponendi quasdam distributiones, quae à Populis uicinis exiguntur ut in Pascha noui anni, in sacrificijs et Demoniorum suorum Idolatrijs, et Inuitationibus ac Conuiuijs in eorumdem templis praeparatis simulque infestiuitatibus, alijsque indifferentibus pro Populi letitiae demonstrationibus expendantur.

Quaeritur Vtrum Christianis ac Ministris eorum à quibus etiam tanquam à Populis uicinis postulant, licitum sit pro nunc saltem pro Euoi rebus contribuere, nam si Christiani ad hoc non ~~cont~~ contribuerint tumultus aliquis contra Christianos inter Gentiles fiet.

Censuerunt posse Christianos Chinenses pecunias contribuere, dummodo per Euoi ~~cont~~ contributiones non intendant ad actus Idolatricos, et Superstitiosos concurrere supposita causa, quae narratur

in dubio

in dubio praesertim remissa, si cummodè fieri pot.
protestatione, quod imposita tributa praestant
in ord. tantum ad Populi laetitiam et ad actus
indifferentes, vel saltem Cultui Religionis
Christianae non repugnantes.

199. 7.° in omnibus illius Regni Civitatibus, et Villis
templa, quae cuidam Idolo Chimkoam d. erecta,
ac dicata reperiuntur, quod fingunt Chinenses
esse protectorem regentem, et custodem Civitatis
stabilitaque Regni lege ordinatur, ut omnes Gu=
bernatores Civitatum, et Villarum quos mandarinos
vocant, quando regiminis possessionem assu=
munt, et anni decursu bis in mense sub poena
privationis ab Officio templa adeant praefata,
ibique antedicti Idoli altare prostrati, genu=
bus flexis capitaque usque ad terram inclinato
Idolum illud adorent ac reverentur, eidem
Candelas, adoramenta flores, carnes, vinumque
in sacrificium offerant, et cum sui Regiminis
possessionem accipiunt, ante praedictum Idolum
iurant de rectè administrando, et si contra fece=
rint, se submittunt ~~sup~~ supplicio ab Idolo infli=
gendo, simulque ab illo petunt modum, et normam
bene gubernandi, et alia huiusmodi, Quaeritur utrum
attenta istius gentis fragilitate tolerari possit
pronunc quod tales Gubernatores Christiani
deferant

deferant quamdam Crucem quam occultè inter Altaris Idoli flores, vel in manibus propriis reponant, et facere, intentione non ad Idolum, sed ad Crucem directa, omnes illas genuflexiones reverentias, et adorationes ante Altare illud, exterius tantum et fictè, omnem Cultum interius, et in corde ad Crucem dirigendo; quia si Evoi Gubernatores cogantur ad hoc non faciendum, prius ~~qu~~ apostabunt a fide, quam relinquant officium Regiminis.

Censuerunt nullatenus licere Christianis Evoi actus publicos, Cultus aut reverentiae tribuere Idolo praetextu, vel intione Crucis, quam vel manu gestant vel in Altari inter flores abscundunt.

200 8°. In praed. Regno habent Chinenses quemdam Magrum in Philosophia morali litteratum qui olim discessit à vita vocatum Kum fri cui qui ob doctrinam, Regulas, et documenta adeò in toto Regno acceptus est, ut tam Reges, quam omnes alij cuiuscumq. gradus, et conditionis sibi proponunt imitandum et sequendum saltem quoad speculativum et tanquam Sanctum venerantur, et laudant, in omnique Civitate, et Villa praefato Magro templa sunt erecta. Gubernatores vero bis in anno tenentur in eius templo solemne sacrificium offerre,

Sacerdotes

Sacerdotes ipsimet gerentes officium et sine solem=
nitate in anni decursu bis in mense, concurruntq.
cum illo aliqui ex Litteratis pro administratione
eorum quae in tali Sacrificio offerunt, quae quidem
sunt sus unus integer mortuus, capra una integra,
candelae, vinum flores, odores &c. Item omnes
Litterati quando accipiunt gradum, debent ingredi
templum istius Magri, et facere genuflexiones
et offerre ante eius Altare ex candelis et odo=
ribus, totus iste Cultus sacrificium et reveren=
tia secundum omnium illarum gentium formalem
intentionem dirigitur in gratiarum actionem pro
bonis ipsius relictis doctrinae documentis,
atque ut ab eo impetrentur ipsius meritis
optimi ingenii, felicitatem ~~sap~~ sapientiae et
intellectus.

401. Quaeritur Utrum Gubernatores, qui Christiani
sunt, vel fuerint, et litterati vocati et coacti
possint ingredi praefatum templum, facere
tale sacrificium, vel assistere Eiusdem sacri=
ficio, vel facere genuflexiones ante Altare illud,
vel accipere aliquid de Idolatristis, et oblatio=
nibus illis maximè, quia putant illi Infideles,
quod quicumque manducaverit ex talibus Idolo=
tristis, habebit magnum progressum in suis litteris,
et si

et si portantes Crucem in manibus possint licite hoc facere eo modo, quo superiori dubitationi dictum est quia si hoc eis prohibetur, erit tumultus in Populo, Ministri Euangelij in exilio mittentur et conuersio animarum impedietur et extinguetur. Censuerunt non licere, nec posse aliquo praetextu contento in dubio Christianis permitti.

Ad 9.° Inuiolabilis obseruantiae mos est apud Chinenses tanquam doctrina a supradicto Magistro quicumque fuit tradita, quod in omnibus Chinae Populis templa constructa habeant auibus et Progenitoribus suis defunctis dicata, et in uno quoque eorum omnes qui eiusmodi familiae sunt, bis in anno congregantur ut praefatis suis Progenitoribus solemnia sacrificia faciant magno Caeremoniarum apparatu et in Altari multis candelis, floribus, et odoribus adornato Imaginem, siue effigiem Parentis uel aui defuncti collocant, in quo sacrificio inuenitur, et qui facit sacerdotis officium et Ministri illius offeruntque carnes, uinum candelas, adoramenta capita caprarum &c. Hoc autem sacrificium ex communi illarum gentium intentione dirigitur, et praefatis eorum Progenitoribus gratias reddant, honorem et reuerentiam exhibeant ob beneficia ab eis accepta, et ob illa quae ab eis accipere sperant, unde ante Altare prostrati deprae-

cationes

multas faciunt, postulantes longam vitam, abundantiam fructuum, filiorum multiplicationem prosperitatem magnam ut et ab omnibus adversitatibus liberentur, quod quidem sacrificium in domibus suis, et in sepulchris mortuorum etiam fit minoritamen solemnitate.

Quaeritur ~~iter~~ Utrum Christiani fictè et exterius cantum ut supradictum est, possint assistere Evoi sacrificio, vel exercere aliquod ministerium in illo cum Infidelibus commixti, sive in templo sive in domo, vel sepulchro publicè vel privatim, vel quodam modo hoc poterit permitti Christianis illis, ne si omninò praeteantur hoc facere, fidem perdant, vel ut melius dicam avertant se ab actionibus exterioribus Christianorum.

Censuerunt Christianis Rinensibus nullatenus licere fictè, vel exterius assistere sacrificijs in honorem Progenitorum neque eorum deprecationibus aut quibuscumque ritibus superstitiosis sentilium erga ipsos, multo minus licere circa praefata ministerium aliquod exercere.

Ad 3 X.° Rinenses Christiani asseverant, quod in oblationibus supradictis solummodo intendunt Progenitoribus suis defunctis illam exhibere reverentiam, et illa offerre ac si ijsdem viventibus exhiberentur, et in memoriam tantum ac reverentiam

tiam Progenituræ, et generationis, et si illi uiui
extitissent eandem illis præfarent, ut illis oblatis
uescerentur, uel sustentarentur, et ea offerunt
absque alia intione, uel rogatiuarum spe, cum
sciant illos mortuos esse, eorumque Animas
in inferno sepultas. Quæritur Vtrum si hæc
inter Christianos tantummodo fierent, absque alio
Gentilium consortio in templis, domibus uel se=
pulchris ponendo, et collocando aliquam Cuccem in
Altari præfatorum defunctorum dirigendo ad illam
suam intionem ita tamen quod Progenitorum Ima=
gini nihil tribuant, nisi honorem, et reuerentiam
filialem quam (si uiui extitissent) illis commes=
tibilibus, et odoriferis rebus exhiberent, ut sic
Populo satisfaciant, Vnde hoc est quod quæritur,
Vtrum hoc pro nunc ut in Conuenientia exibentur
tolerari possit.
Censuerunt consequenter ad ea quæ superius dicta
fuerunt præmissa non posse saluari siue per
appositionem Cuccis, siue propter absentiam
Gentilium siue per intentionem actus de se illi=
citos et superstitiosos ad Cultum ueri Dei diri=
gentem.

204. XI. Ad memoriam Progenitor. suor. conseruandam
utuntur Chinenses quibusdam tabellis ~~adreci~~ in
quibus nomina suor. defunctor. scripta sunt
quas

quas vocant Animar. Sedes existimantes Animas defunctor. venisse, et assistere in illis tabellis ad recipiendum sacrificia, et oblationes et praefatae tabellae sunt collocatae in propriis Altaribus cum Crosis, Candelis, Lampadibus, et odoramentis et coram ipsis tabellis genuflexiones orationes, et deprecationes faciunt, expectantque auxilium ab illis defunctis concedendum in suis necessitatibus, et laboribus. Quaeritur an Christianis licitum sit omnibus gentilitiis superstitionibus, et erroribus postpositis ut pro nunc praefatis tabellis, illasque inter Dni. Sanctorumque Imagines, et in eodem Altari collocatas habere, vel in alio separato cum ornatu supradto. ad hoc ut Gentilibus satisfaciant vel possint facere supradictas deprecationes, et sacrificia cum intentione supradta. Censuerunt omninò non licere habere illas tabellas in vero et proprio Altari Maioribus dicato, multominus deprecationes et sacrificia eis offerre, licet occulta et ficta intentione.

105. 12. Quando in illo Regno aliquis mori contingat, sive Christianus sit sive Gentilis pro inviolabili more habetur in domo defuncti, quoddam Altare praeparare, in eodemque Imaginem defuncti seu ~~tabl~~ tabellam supradictam collocare

cum

cum ornatu odorum, florum, et candelarum, retrog.
cadaver feretro inclusum ponere, omnes autem qui
ad condolendum domus illas ingrediuntur, coram praeparato
Altari, et defuncti Imagine ter, vel quater genuflectunt
humi se se prostrantes capitibus usque ad terram
demissis aliquas secum candelas asportantes, et o=
doramenta ut in praeparato illo Altari coram defuncti
Imagine consumentur et comburantur, Quaeritur Utrum
licitum sit Christianis, et praecipuè ministris Sancti
Evangelij attento mutuo benevolentiae signo et amoris
suprad.a facere, maximè quando defuncti sunt ex
nobilioribus Populi.
Censuerunt posito quod mensa parata sit quaedam
tabula non autem verum et proprium Altare, sicae=
tera continentur intra limites obsequij civilis et
politici esse toleranda.
206. 19. Quaeritur Utrum Catechumenis paratis iam
ad Baptismum suscipiendum debeant ministri
declarare, et apertè et in singulari docere esse
illicita sacrificia et omnia suprad.a quamvis ex
hoc sequantur inconvenientia, scilicet desistere a
susceptione Baptismatis, persecutiones, mors vel
exilium ministrorum Evangelicorum.
Censuerunt Ministros Evangelicos teneri docere
sacrificia omnia praeterquam soli Deo esse illi=
cita, cultum Demonum, et Idolorum esse ~~deli~~ relin=
quendum

et quaecumque Dñoi Cultum concernunt esse falsa et Christianae fidei repugnantia. Ad singularia vero descendum, prout Catechumenis ingenij promptitudo aut ruditas exiget, alijsque circumstantijs consuetudinibus ac periculis perspectis.

(20). 14. Chinarum sermone haec vox, Xing, idem est quod sanctus sancta sanctum et in libris doctrinae Christianae à quibusdam sancti Evangelij ministris praelo mandatis reperitur ista vox, Xing, ad nominandam sanctissimam Trinitatem, Christum Dñum B. Mariam et caeteros sanctos, Quaeritur utrum quando in praefatis libris sese offert ~~occg~~ occasio, ut nominetur Magister Chinarum Kum fu cu vocatus vel mandatum Regis Chinarum, vel caeteri Reges qui communiter in illo Regno ut sancti reputantur, cum sint Infideles, et Idolatrae possimusne et sit licitum nobis Christi ministris, nominare supradictos hoc nomine Xing. . . consuerunt non posse aliquid firmari circa vocem hanc eiusque usum nisi praehabita cognitione Idiomatis eiusque veriae et propriae significationis; caeterum si eadem vox in Regno Chinarum habet latitudinem, posse ministros ea uti si vero restringantur ad significandam veram, et perfectam sanctitatem nullatenus posse.

(208. 15. In multis templis Idolor. illius Regni

invenitur

inuenitur una tabula deaurata, et collocata super
unam mensam, uel Altare, et omnibus ornamentis
candelar. Rosarum, odoramtor. munita, et ornata
quae in tabula scriptae sunt litterae, uel Characte-
res sequentes Hoam tij uan su ÿ uan uan su ÿ hoc
est uiuat Rex Chinarum ad multa annorum millia
et ante praefatam tabulam mos est inter illos Idolatras
sacrificare bis uel ter in anno et facere genuflexiones
in honorem, et reuerentiam illius. Quaeritur si mi-
nistri Dni possimus in nris Ecclijs collocare Euoi
Altare cum tabula et circumstantijs praedis et hoc ante
Altare, ubi sacerdotes Dei sacrificant oblationem
immaculatam.
Censuerunt exclusis sacrificijs et Altari uere et
proprie dicto caetera quae redolent tantummodo
cultum ciuilem aut possunt ad illum reduci
permitti posse.

209. 16. Quaeritur si in illo Regno liceat Christianis orare,
et sacrificium facere Dno Deo nro pro suis defunctis
qui in sua infidelitate ab hac uita discedunt.
Censuerunt si uere in sua Infidelitate decedunt
omnino non licere.

210. 17. Si tenentur Praedicatores Euangelij in illo
Regno Christum crucifixum et ostendere eius
Sanctissimam Imaginem maxime in Ecclijs
nostris

nostris, causa cuius dubitationis est, quod Gentiles
Scandalisantur ex tali Praedicatione, et osten=
sione, et indicant maximam esse stultitiam.
Censuerunt nulla prudentia aut praetexta differen=
dam esse doctrinam passionis post Baptismum,
sed omnino praemittendam ad actualem vero praedi=
cationem Christi Crucifixi licet non teneantur mi=
nistri Evangelii in singulis concionibus, sed ad pro=
ponendum verbum Dei ac divina misteria
prudenter, et oportune et ad illa pro Catechume=
norum capta explicanda, non tamen à sermonibus
Passionis Dni Nri abstinere tenentur ea ratione
quod Gentiles inde scandalum sumant aut stul=
titiam putent.
Censuerunt etiam conveniens esse, ut in Ecclesiis
Imagines habeantur Christi Crucifixi, et ideo curan=
dum ut quoad oportune fieri potest exponantur
Decretum S. Congreg.nis de Prop.da fide 12. 7bris
1645.
A 11. Referente Emo D. Card.li Ginetto suprascripta quae=
sita una cum responsis et resolutionibus Congregnis
Theologorum ad eorumdem quaesitorum examen spe=
cialiter institutae Sac. Cong.o praefata responsa
et resolutores approbavit, et eadem Cong.e supplicante
SSmus D. N. ad conservandam uniformi=
tatem in praedicatione, eiusque praxi omnibus
et

et singulis missionariis cuiuscumq. ordinis religionis
et instituti etiam Societatis Jesu in Regnis Synar.
aut Chinae pro tempore existentibus, vel extituris
sub poena excommunicationis latae sniae Sanctitati
Suae et S.tae Sedi Aplicae specialiter reservatae
districtae praecipiendo mandavit, quatenus praefata
responsa et resolutiones diligenter observent, illisq.
in praxi utantur, ac ab aliis ad quos pertinebit obser=
vari, et practicari faciant, donec Sanctitas Sua vel
S.a Sedes Ap.ca aliud ordinaverit Vide fol. res=
ponsiones ad quaesita praed.a per modum opinionis,
Responsa S. Congnis Universalis inquisitionis
a Sanctmo D. N. Alexandro VII approbata.
Ad quaesita missionariorum Soc. Jesu. apud Synas
anno Dni 1656. ab aliquibus in Regno Synar.
Missionarij proposita fuerunt anno 1645. Sac.
Congni de Prop.da fide infrascripta, et quamplu=
rima quaesita, quae sac. Congni supremae et Uni=
versalis inquisitionis de mandato Sanctissimi trans=
missa singula fuerunt a Theologis qualifi=
catoribus qualificata et unicuique suum responsum
adaptatum in hunc qui sequitur modum.
Et p.o Utrum Christiani Chinenses, ut in p.o quaesito
cui addatur 2.m 8.m et 9.m

Caeterum.

Caeterum cum Missionarijs Soc. Jes: in praed.to Regno tunc temporis auditi non fuerint anno elapso 1655. eidem Sac. Cong.ni de Prop. fide quatuor quaesita proposuere, cum et facti diversitate, quae unicuique quaesito est apposita, res ad eamdem Sac. Cong.m Supremae et Universalis Inquisitionis iubente SS.mo D. N. remissa eadem Sac. Cong.o auditis qualificatorum votis in sequentem sententiam respondit.

Pro Quaeritur Utrum Missionarij novis Christianis quamprimum baptizantur debeant intimare Ius positivum tamquam obligatorium sub peccato mortali quantum ad Jeiunia festa servare et confiteri semel in anno ac communicare.

Dubitandi ratio circa Jeiunium est, quia sine inde ab Infantia ter comedere consueverunt ad quod levitas cibi cogit Praefecti vero Jeiuni Tribunalia adire deberent, quae frequentant Octava Matutina ad secundam post meridianam quod illis esset omnino impossibile.

Circa festa Confessionem, et Communionem dubitandi ratio est quia maxima Christianorum pars laborare debet, ut victum lucretur, et saepe coguntur Christiani ab Infidelibus Praefectis

fectis festis diebus subire varios Labores. Ipsi Praefecti Christiani Tribunalia frequentare debent etiam diebus qui apud nos festi sunt sub poena privationis officij.

Missionarij sunt pauci numero, Regnum est vastissimum, ideo quamplures Christiani missam audire diebus festis, confiteri semel in anno, et communicari non possunt.

Sacra Cong.o iuxta ea quae superius posita sunt censuit Jus positivum Bulicam quoad Jeiunia observationem festorum Sacramentalem Confessionem et Communionem semel in anno esse à Missionarijs Synensibus Christianis notificandum, ut obligationem sub peccato mortali posse tamen explicare causas propter quas excusantur fideles ab observatione Praeceptorum. Si SS.mo placuerit posse concedi Missionarijs facultatem dispensandi in casibus particularibus tantum eorum arbitr.o

219. C.o Quaeritur utrum omnia Sacramentalia in Baptismate feminarum adultarum adhibenda sint.

Quaeritur iterum utrum sufficiat foeminis petentibus tantum Extremae Unctionis Sacramentum conferre.

Quaeritur iterum Num etiam petentibus negandum cum incommoda et pericula Christianitatis totius prudenter futura praevidentur.

Ratio dubitandi est incredibilis apud Sinas
fœminarum modestia, Zelus, et laudabilis earum
ab omni Virorum non solum congressu, sed et aspectu
fuga, quæ in re nisi magna adhibeatur a Missi=
onarij cautela scandalum ingens sinis datur, to=
taque Christianitas Euidentissimo periculo posset
exponi
Sacra Cong.o iuxta ea, quæ superius proposita sunt
censuit. Ex graui necessitate proportionata posse
omitti quædam Sacramentalia in Baptismate
fœminarum, ac etiam posse omitti ipsum
Sacramentum Extremæ Vnctionis.

214. 3.o Quæritur num accipiendorum graduum Cere=
moniam, quæ fit in aula Confucij. Christiani
litterati licete agere ualeant. Nam nullus interuenit
Sacrificulus uel ex Idolatria secta ministellus,
nihil omnino fit ab Idolatris institutum sed soli
Studiosi et Philosophi conueniunt, confucium
tamquam Magrum suum agnoscentes Ciuilibus,
ac Politicis ritibus ex sua prima institutione ad
merum Cultum Ciuilem institutis
Omnes enim graduandi simul Aulam Confucij in=
grediuntur, in qua eos expectant Cancellarij Doctores
et Examinatores, ibi simul omnes ante nomen Philosophi
nihil

nihil omninò offerendo, illas faciunt Cæremonias et inclinationes more Sinico, quas omnes Discipuli faciunt in suis Magris viuis, atque ita cognito Philosopho Confucio pro Magistro gradus accipiunt a Cancellarijs, ac discedunt Præterea Aula illa Confucij Gymnasium est, et non Templum propriè dictum, nam Clausa omnibus est præterquam studiosis. Sacra Cong.o iuxta ea quæ superius proposita sunt censuit permittendas Sinensibus Christianis prænomatas Cæremonias, quia reidetur Cultus esse merè Ciuilis et Politicus.

C. 15. 4.o Quæritur Num Cæremoniæ quæ sunt ex Philosophorum placitis circa Defunctos Christianis permitti possint prohibendo quidquid superstitiosum accessit. Quæritur iterum Num Christiani simul cum Infidelibus Consanguineis easdem licitas Cæremonias facere possint.

C. 16 Quæritur iterum Num adesse possint Christiani præcipuè facta fidei protestatione, quando Infideles etiam superstitiosa peragunt, non cooperando aut auctorizando, sed quia ualdè notaretur si Consanguinei tunc abessent et essent inimicitiæ Causa ac odij sine nullam diuinitatem animabus Defunctorum conædunt nihil ab illis sperant aut petunt.

Triplex

Triplex est modus quibus Defunctos suos honorant
primus est, cum aliquis moritur sive Christianus
296. 4.o se li sudi passati al Rito Greco hauendo fatto alcuna cosa in dispregio del Rito latino ò dis.ta Vrieta, possano assoluersi, quando diciò pensiti si confessano, e professano la Fede Cattolica, ancorche per qualche causa non ritornano al Rito latino.

Responderunt posse absolui etiamsi contemptus fuerit coniunctus cum Haeresi, et schismate ab habente auctoritatem De volentibus redire dicendum ut ad 5.m

Articulus proponendus in Sac. Cong.ne Concilij ex Decreto SS.mi Dni. Nri. in Sac. Cong.e de Propaganda Fide habita die 19. Januarij 1635

297. In Hibernia ob prohibitionem exercitij catholicae Religionis accidit multoties, ut officium Defunctorum seu exequiae in domibus ipsorum Defunctor. qui habent vel eligunt sepulturam apud Regulares peragantur.

Quaeritur an hoc casu praecedentia in officio seu exequijs celebrandis debeatur Parochis, an verò Regularibus

Et pro Regularibus adducitur, quod sicut si fieri posset

posset officium in eorum Ecclia, haberent praeceden=
tiam, ita illam habere debent in Domo Defuncti
quia non culpa sua sed temporum conditione ac=
cidit ut officium in eorum Ecclia celebrari nequeat.
Pro Parochis vero adducitur quod Domus Defuncti
non est exempta, sicut est Regularium Ecclia
à Jurisdictione ordinariorum, et cum nec ipsi
sint in culpa, temporum conditio eis nocere non debet
Inclinabant SS.mus et Eminentissimi P.P. in partem Pa=
rochorum quia Clerus saecularis praecedit Regula=
rem, et exemptio in Domo defuncti omninò cessat
voluerunt nihilominus ut hic articulus diligentius
examinetur. in Sac. Cong.ne Concilij

Die 12 May 1635.

Sacra Cong.o Cardinalium Concilij Trid.ni Interpretum
secundum ea quae proponuntur censuit in funeribus
quae extra Ecclias Regularium intra fines
Parochialium fiunt praecedentiam deberi Parochis
Risposte della S. Cong.e del Concilio sup.a gl'ordini
dati à Mons.r Vescovo di Seca a i Cappuccini di
quell'Isola

Die 5.o July 1664

C. 98. Al P.o che non vadano i Cappuccini à predicare
l'avvente p.a di cedere al Vescovo la Bened.e Sac=
Cong.e censuit esse probandum.

C. 99. Al 2.o che non tenghino nella loro chiesa sotto
pena

pena d'interdetto personale il Cataletto conve=
nendo solam.te à i Parochi.
Sac. Cong.o censuit hoc Decretum esse reprobandum
salvis Juribus Parochialibus.
300 Al. 3.o che non debbano celebrare messa in Sa=
grestia, ò in altre stanze
Sac. Cong.o censuit Cappuccinos posse in Sacrario
vel in alio loco decenti intra monasterium
ad id destinatum celebrare.
301. Al. 4.o che nelle Domeniche inter missar. solem=
nia non facciano commemoratione de morti suoi
Sudditi sepolti nella loro chiesa per ricevere l'Ele=
mosina volendo che ciò sia lecito solamente
al Clero di Roma.
Sac. Cong.o censuit esse habendam magis lucidam
informationem circa factum.
Copia declarationis 1.i puncti declarationum
aliquot Sac. Cong.nis. super Constone s. M. Greg.
XV. de exemptor. privilegijs.
Ad 1.m hac in parte Constonem nihil novi Juris
induxisse, nec ullam novam auctoritatem Epis
in Regulares attribuisse. ideoq. in vim ipsius
Constonis non posse Epos Regularibus praescribere
ut certis tantum in locis ac temporibus aut certar.
tantum personar. Confessiones audiant, vel alia
illor. privilegia in sacramentis administrandis
restringere aut moderari.

Quod

Quod si aliunde Episcopis huiusmodi facultas com=
petat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sub=
latam.
Ex Instructione super Ritibus Graecorum ad Episcopos
latinos, in quorum Civitatibus vel Diaecesibus Graeci
Graeco ritu viventes degunt excusa de mandato
Clementis 8.ti et hic inserviunt pro Missionariis Sac=
Congnis.

Die 31. Augusti 1595.

Circa Sacramentorum Baptismi.

Presbyteri Graeci baptizatos Chrismate in fronte
303 non consignent et ideo ab ipsis in ordine baptismi apud
eorum Euchologium praetermittantur quae sequuntur
post illa verba . . . . . .
et usque ibi . . . . . hoc est, et post orationem
304 ubi habetur forma huius Consignationis, usque ad
verba postea facit sacerdos figuram Circuli

Circa Sacramentum Confirmationis

Episcopi latini Infantes, seu alios Baptizatos
a Presbyteris Graecis de facto Chrismate in fronte
consignatos confirment, et tutius videtur ut cum
cautela, et sub conditione id faciant videlicet N.
si non est confirmatus, ego consigno te signo
~~Crucis~~ X, et confirmo te Chrismate salutis X
in nomine Patris et filij et Spiritus Sancti
praesertim raro cum verisimiliter dubitari potest
quod ab Episcopis Graecis fuerint baptizati.

Circa

Circa Sacramentum Eucharistiae

305. Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum quod pro Infirmis asseruatur singulis octo diebus aut saltem quinderim renouetur.
Non asseruetur idem Sacramentum toto anno si tamen asseruatum fuerit, saltem in fine, annisumatur. tollatur abusus tundendi, uel eam miscendi sacro oleo, ac iterum coquendi, uel aliis exsiccandi species Sacramti feria 5.a Caenae Dni ut deinde illud asseruent.
Si Graeci uelint accipere altaria portatilia ab Epis latinis consecrata, bene erit, sin minus tolerentur eorum throni, siue throni super Altaria lapidea ponendi cum celebrant.

Corporalia uti Latini habeant, nisi thronis etiam pro corporalibus utantur.

Circa Sacramentum Poenitentiae.

306. In casu necessitatis Praesbyteri Graeci Catholici possunt Latinos absoluere.
utantur forma absolutionis in Genli Concilio florentino praescripta et postea si uoluerint, dicant orationem illam deprecatiuam, quam pro forma huiusmodi absolutionis dicere tantum consueuerunt.
Tollendus abusus ubi est et Vir, atq. Vxor simul et eodem tempore eidem Praesbytero confiteantur Aqua ex ritu Graeco in die Epiphaniae, uel

primo

primo die mensis benedicta conseruetur in Ecclia ut illa fideles aspergantur.

Circa oleum sanctum Catecumenorum et Infirmorum

307 Non sunt cogendi Presbyteri Graeci olea sancta praeter chrisma ab Epis Latinis Diaecesanis accipere cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione ex ueteri ritu conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem quod non nisi ab Epo etiam iuxta eorum ritum benedici potest, cogantur accipere. Prohibeantur uero ab Epis Graecis externis schismaticis seu sanctae Romanae Ecclie communionem non habentibus illud accipere uel eo uti

Circa sacramentum ordinis.

308. Ordinati ab Episcopis schismaticis alia rite ordinatis seruata debita forma recipiunt quidem ordinem sed non executionem.

309. Proinde ipsi ordinati ab Episcopis schismaticis correcti uel emendati reconciliandi sunt, et absoluendi cum praenitentiis salutaribus dummodo errores uel saltem schisma ordinatoris abiurent in iudicio uel publice, uel secreto pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos, et alios rite susceptis ministrare non permittantur nisi cum ipsis super irregularitate huiusmodi occasione contracta auctoritate sanctae Sedis Aplicae fuerit dispensatum.

310

§10. Non sunt admittendi Episcopi Schismatici sive pro ordinibus, sive pro aliis Sacramentis conferendis sed detinendi quoad Sanctam Sedem Apostolicam de super consulatur et responsum habeatur.

§11. Graeci sine dimissoriis litteris Episcopi latini Diaecesani ad sacros ordines promoti suspensi sunt et si suspensi in suis ordinibus ministraverint efficiuntur irregulares sicut et latini.

§12 Super autem huiusmodi et similibus irregularitatibus dispensandi facultatem a S.ta Sede Apostolica obtineri oportet.

§13 Si Episcopus latinus Graecum aliquem ordinare voluerit qui à Praesbytero Graeco in Baptismo chrismate in fronte de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare saltem sub conditione videlicet N. si non es confirmatus &. ut supra.

Praesbyteri vidui, seu Uxoribus privati habitum deferant diversum ab aliis.

Circa Matrimonii Sacramentum

§14 Curent ordinarii locorum ut Decretum S. Gnalis Concilii Trid.ni de reform. matr. vertatur in linguam Graecam vulgarem, et in locis et Parochiis Graecorum et Albanensium evulgetur, et publicetur.

§15. Matrimonia inter coniuges Graecos dirimi, seu divortia quoad vinculum fieri nullo modo permittant aut patiantur, et si qua de facto processerunt, nulla et

irrita

irrita declarent.

316. Maritus latinus uxoris Graecae ritum non sequatur latina uxor non sequatur ritum mariti Graeci. Graeca uero uxor sequatur ritum mariti latini. Quod si id fieri non possit, quisque coniugum in suo ritu catholico tamen manere permittatur. Proles sequatur ritum Patris nisi praevaluerit mater latina.

317. Praesbyter Graecus coniugatus ante sacrum sacrificium seu sanctam Missam celebrandam uel per hebdomadam, uel per triduum abstineat ab uxore.

Circa alia Dogmata.

318 Graeci credere tenentur etiam à filio spiritum sanctum procedere, sed non tenentur pronunciare nisi subesset scandalum, praesertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem catholicam, quia tunc oporteret etiam pronunciare.

319. Nunquam Monachis Graecis seu Calogeris animarum cura committatur, nisi ex necessitate uel alia iusta causa.

320. Praesbyteri saeculares Graeci ab iuratis schismate, et erroribus atque in fide catholica bene instructi in Parochialijs, seu curatis Ecclesijs Graecorum institui possunt.

321 Tolerandus est apud Graecos usus carnium

die

die Sabati, ut sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum et inter eos tantum?

Item tolerandum est, ut ad ieiunium eodem die sabathi in Quadragesima excepto uno sabatho sancto ex antiqua traditione non teneantur sed dumtaxat ad abstinentiam.

323. In Ieiunijs biduanis, vel triduanis, vel alias à Diœcesanis vel in Jubileis a Summo Romano Pontifice indictis, dies sabathi in eis comprehensus vel præscriptus in alium diem pro plebibus Græcis ab ipsis Diœcesanis Aplicâ auctoritate SS.mi Dni Nri Clementis Div.a provid.a P.P. VIII. permittitur commutari

324 Si ipsi Græci ad observationem ieiunorum et vigiliarum Latinæ Eccliæ induci possent optimum esset sed non cogantur, cum ipsi qualibet hebdomada et feria 6.a ieiunent

325. Græci existentes inter latinos dies factos de præcepto eiusdem latinæ Eccliæ servare teneantur.

Ex Bulla seu litteris Innocentij Quarti ad Legatum Cypri, quæ extant in eius registro Bullarum. Super ritibus Græcorum qui tolerari, vel non tolerari possunt Incipit sub Catholicæ professionis

326. (c. unic. §. quia vero de sacra Unctione) Græci in unctionibus, quæ circa Baptisma fiunt morem Eccliæ Romanæ teneant et observent

2.o

327. 2°. Ritus uero seu consuetudo quam habere dicuntur ungendi per totum baptizandorum corpora, si tolli uel sine scandalo remoueri non potest, cum siue fiat, siue non, quantum ad baptismi efficaciam uel effectum non multum referat, tolerentur.

328. Nec refert etiam utrum in frigida, uel calida aqua baptizent, cum parem uim, et effectum in utraque baptismum habere asseuerare dicantur

329 Soli autem Episcopi consignent Chrismate in fronte baptizatos, quia huius unctio non debet nisi per Epos exhiberi, quoniam soli Episcopi per manus impositionem, quam confirmatio, uel frontis chrismatio representet spiritum sanctum tribuisse leguntur.

330. 3°. Singuli quoque Episcopi in suis Ecclijs in die Cenae Domini possunt secundum formam Ecclie Chrisma conficere ex balsamo quidem, et oleo oliuarum. Nam spiritus sancti donum in Chrismatis unctione confertur, et Columba utique quae ipsum designat spiritum, oliua ramum ad arcam legitur retulisse. Sed si suum antiquum ritum in hoc Graeci potius seruare uoluerint uidt. quod Patriarcha una cum Archiepiscopis et Episcopis eius suffraganeis, et Archiepiscopi cum suffraganeis suis Chrisma conficiant, in

tali

tali eorum consuetudine tolerentur.

331. 6.° Nullis autem per sacerdotes, vel confessores pro satisfactione pœnitentiæ unctio aliqua solummodo inungatur.

332. 7.° Infirmis verò iuxta verbum Jacobi Apostoli unctio exhibeatur extrema.

333. 8.° Porro in appositione aquæ sive frigidæ, sive calidæ vel tepidæ in Altaris sacrificio suam si velint consuetudinem Græco sequantur dummodo cædant, et asserant quod servata canonis forma conficiatur pariter de utraque.

334. 9.° Sed Eucharistiam in die Cœnæ Domini consecratam ~~super~~ usque ad annum prætextu informorum vel de illa vid.t ipsos communicent, non reservent, liceat tamen eis pro ~~ipso~~ infirmis ipsis Corpus Christi conficere ac per 15. dies, et non longioris temporis spatio conservare, neque diutinam ipsius conservationem alteratis forsitan speciebus reddatur minus habile ad sumendum licet veritas, et efficacia semper eadem omnino remaneat, nec ulla umquam diuturnitate, seu volubilitate temporis evanescat.

335. X.° In celebratione vero solemnium, et aliarum missarum et de hora celebrandi eas, dummodo in

confectione

confectione vel consecratione formam verborum à Dno expressam, et traditam observent, et celebrando non transgrediantur horam nonam suam sequi Consuetudinem permittantur

936. 11. Sacerdotes autem dicant horas Canonicas more suo sed missam celebrare priusquam officium matutinale compleverint, non praesumant.

937. 12. Promovendi vero ad Sacerdotium, et Praesbyteri qui praeficiendi fuerint Ecclesiae regimini, examinentur antea diligenter, si praecipue de horis Canonicis, et Missarum officijs secundum distinctionem temporis exequendis, sint sufficienter instructi, ut ad haec non nisi digni, et Idonei admittantur

938. 13. Caeterum unusquisque Sacerdos in aureo vel argenteo solum, aut saltem stanneo Calice sacrificet habent Corporale de lino candidum et nitidum et Altare mundis vestimentis opertum vel decentibus paramentis.

939. 14. Mulieres autem ad Altare servire non audeant, sed ab illius ministerio repellantur omnino.

940. 15. De ieiunio vero Diei sabbati quadragesimali tempore quamquam honestius, et sabbatius Graeci agerent, si sic toto illo tempore abstinerent

ut nec unico die institutum Jeiunium violarent, teneant, et seruent pro libito morem suum.

341. 16. Sacerdotes quoque Coniugati, et alij quibus Parochiar. Cura, uel Eccliar. Parochialium regimen per Epos committitur libere, ac licite possint Parochianorum suor. confessiones audire ipsisque pœnitentiam iniungere pro peccatis, quia cui licet, uel conceditur quod est maius, competit nimirum, nec negari conuenit quod est minus liberum sit tamen ipsis Episcopis uicosalio sidoneos Coadiutores, et Cooperatores habere in audiendis ~~in~~ Confessionibus, et pœnitentijs iniungendis, ac cæteris quæ ad salutem pertinent Animar.

342. 17. Ipsisque in his per eorum Diœceses absque Sacerdotum ipsorum præiudicio et grauamine committere uices suas, cum propter occupationes multiplices, et occasiones uarias possit contingere quod nequeant per easdem Diœceses Officium suum exequi per se ipsos.

343. 18. De fornicatione autem quam solutus cum soluta committit, quin sit peccatum mortale non est aliquatenus ambigendum, cum tam fornicarios, quam adulterosa Regno Dei Apostolus asserat alienos.

19.

344. 19. Ad hæc volumus, ut expresse præcipimus quod Episcopi Græci septem ordines secundum morem Ecclesiæ Romanæ de cætero conferant, cum huc=usq. tres de minoribus circa ordinandos reglexisse vel prætermisisse dicantur. Illi tamen qui iam sunt taliter ordinati per eos propter nimiam ipsorum multitudinem in sic susceptis ordinibus tolerentur.

345. 20. Quia vero secundum Apostolum mulier mortuo viro ab ipsius est lege soluta ut nubendi cui vult in Domino liberam habeat facultatem secun=das et tertias, ac ulteriores etiam nuptias Græci non reprehendant aliquatenus, nec condemnent, sed potius illas approbent, inter personas, quæ alias licitè ad invicem matrim.o iungi possunt.

346. 21. Secundo tamen nubentes Præsbyteri nullatenus benedicant.

347. Et quoniam apud eos consueverunt contrahi ma=trimonia inter personas contingentes sed iuxta eorum computationem octavo gradu, qui secundum computationem et distinctionem gra=duum, quam nos facimus, apud nos quartus habetur, ne id præsumatur deinceps.

firmiter prohibemus districtè præcipientes ut cum in ulterioribus gradibus licitè matrim.a

contrahantur

contrahantur in praed.° 4.° consanguinitatis vel affinitatis gradu copulari alterius non praesumant, statutum in hoc Concilij Gen.lis observantes; Illos tamen qui iam in gradu huiusmodi contraxerunt dispensative permittimus in sic matrimonio contracto permanere.

348. 29. Denique cum Veritas in Evangelio asserat, quod si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neq. in hoc seculo, neq. in futuro dimittetur ei per quod datur intelligi quasdam culpas in praesenti, quasdam vero in futuro posse saeculo relaxari, et Apostolus dicat quod uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit et cuius opus arserit, detrimentum patietur ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem, et ipsi Graeci vere ac indubitanter credere ac affirmare dicantur animas illorum qui suscepta poenitentia, ea non peracta, vel qui sine mortali peccato cum venialibus tamen, et minutis ~~discedunt~~ decedunt purgari post mortem et posse suffragijs Ecclesiae adiuvari, Nos quia locum purgationis huiusmodi dicunt non fuisse sibi ab eorum Doctoribus certo et proprio nomine indicatum illum quidem iuxta traditiones et auctoritates Sanctorum Patrum Purgatorium

nominantes

nominantes volumus quod de cætero apud ipsos isto nomine appelletur, illo enim transitorio igne peccata, utique non tamen criminalia, seu capitalia quæ prius per pœnitentiam non fuere remissa sed parva et minuta purgantur, quæ post mortem etiam gravant, si in vita non fuerint relaxata.

349. 24. Si quis autem absque pœnitentia in peccato mortali decedit, hic procul dubio æternæ gehennæ ardoribus perpetuo cruciatur.

350. 25. Animæ vero parvulorum post Baptismi lavacrum et adultorum etiam in charitate decedentium, qui nec peccato, nec ad satisfactionem aliquem pro ipso tenentur, ad Patriam protinus transvolant sempiternam.

351. 26. Ordinationes demum, et Instituta regularium Sanctorum Patrum de vita et statu monachorum præcipimus ab Altaribus et monachis Græcis inviolabiliter observari.

352 Ecclesiæ Græcorum, earumque Prælati et Administratores in Regno Siciliæ citra, et ultra Pharum et alijs Christiani nominis Civitatibus visitationi ac superioritati ordinariorum subjiciuntur ex Brevi Pij IV. 16. februarij 1564 Incipit Romanus Pontifex.

353 Presbyteri Græci latino more, et Latini Græco ritu

missas

missas et alia Diuina Officia celebrare non possunt ex Bulla S.M. Pij V. 24 Augusti 1566.

Incipit Prouidentia Romani Pontificis.

354. Sacramentum Confirmationis baptizati non nisi a solis Pontificibus administretur ex Decretis S. Innocentij P. P. 1. et Innoc. 3.ij, et licet in eis die Praecis nominatim non dicatur de ipsis tamen expresse traditur supra in litteris Innoc. IV. §. soli autem Episcopi, ad quae illis suffragantur Decreta Generalium Conciliorum florentini et Tridentini. Vide Eplam primam c. 3. tom. 1. Concilior. c. quanto de Consuetud. et in Concilio florent. in Bulla Instructionis Armenorum §. Secundum Sacramentum, et can. 3. sess. 7. de sacram. in Conc.o Trid.o

Die 12 Julij 1658.

Propositis infrascriptis Dubijs Archiepi Ephesini Vicarij Apostolici in Hollandia in Congne D.D. Qualificator. Sancti officij responderunt ut infra

355. P.o exponit quod cum in Prouincijs Hollandiae aliquibus politica iubeant statuta, quibus Catholici omnes, qui matrimonia inire volent, in Templis haereticis coram Praedicante, et Populo Caluinistis contrahantur sub hac formula sponsor. reciproca

Accipio

Accipio N. N. in Coniugem meam coram hac Sancta Communitate.

Quaerit an possit permitti, ut Catholici contrahant sub praed.ta forma verborum in Templis haereticis coram Praedicante Populo Calvinistis Omnes Qualificatores unanimiter responderunt negative

356 2.o An scilicet possit a Parocho Catholico coniungi in matrimonium immediate postquam contraxerint coram Praedicante, et Populo Calvinistis cum illa verborum formula coram hac Sancta Communitate, antequam de tali sinagoga haeretica pro Sancta agnita poeniteant.

Omnes Qualificatores censuerunt quod qui contraxerunt coram tali Communitate pro Sancta cognita ac denuo petunt coniungi coram Parocho Catholico posse, et debere coniungi antequam ex charitate tamen esse monendos, ut interius poeniteant, et si fieri potest confiteantur, et imponatur illis aliqua suavis poenitentia.

Qui vero prius contraxerint coram Parocho Catholico commonendo esse ne compareant coram praedicante, et Populo haeretico ad contrahendum cum illa formula coram hac Sancta Communitate

357. 3.o An expediat dispensare, vel in parte relaxare Decretum Sac. Congnis de Propaganda fide quo prohibetur omnibus missionariis dictarum

Prouinciarum ut ullo unquam modo possint coniungere personas, quarum pars altera sit haeretica.

Omnes Qualificatores censuerunt esse dicto Archiepo suggerenda remedia, ut scilicet ad aures insinuet Missionarijs remedia, quae apud Doctores proponuntur.

Quo uero ad poenitentias iniungendas supposito delicto applicet iuxta prudentiam suam.

Die 29. Augusti 1658.

Ill.mus Dnus Noster Alexander P. P. VII. audita relatione sententiae praefatorum Qualificatorum approbauit.

Die 28. Augusti 1669.

In Cong.e Genli S. Officij

958 P.o se la Bigamia alli sacerdoti, e Diaconi Nestoriani sia permessa, Dice il Missionario, che essi non ne fanno alcuna difficoltà, non hauendo Canoni, che gliela proibiscano, et i loro Patriarchi gliela permettono, credendo poterlo fare per essere de Jure Ecclesiastico, e non contraria alla fede Cattolica.

Sac. Cong.o Respondit negatiuè

959. C.o se possa permettersi, ò tolerarsi à i Sacerdoti Nestoriani che si fanno Cattolici di confessare coll'autorità del loro ordinario, i Nationali

loro

loro, et in specie quelli che sono heretici, ò schismatici, ponendo in consideratione che quando facessero in contrario, oltre che verrebbero à manifestarsi per Cattolici e sarebbero sottoposti ad avanie perderebbero tutte le loro contributioni, che è il loro sostentamento.

Sacra Cong.o respondit negative

360. 3.o se possa permettersi à i Diaconi di proferire ad alta voce nell'officio divino in Chiesa nomi di Dioscoro Nestorio. Barsona, et altri Eresiarchi con intentione d'invocare Santi del med.o nome ò pronuntiandoli come nomi indifferenti, detestandoli però nell'interno assicurando non esser possibile che facciano d'arcantaggio

Ad 3.no negative

361. 4.o che si dichiari chi dia la giurisdittione ai Sacerdoti Nestoriani doppo essersi fatti Catt.ci se l'errore commune del Popolo, ò la Chiesa la quale per procedere alla salute di quell'anime concede loro tal facoltà ò pure l'habbiano dai Patriarchi, e Vescovi scismatici, de quali vi è anche dubio, se habbiano il carattere Episcopale. Suggerisce, che quando si risolvesse per la negativa assolutam.te ne seguirebbero degl'inconvenienti, onde quando sia possibile supplica che si risolva, con qualche modificatione ~~[illegible]~~ Sacra Cong.o respondit si eiusmodi Sacerdotes Nestoriani sunt ordinati à vero Episcopo, cum fiunt Catholici

non habent Jurisdictionem ab illis Episcopis Schis=
maticis sed in casu necessitatis habent ab Eccl.ia
Si autem non sint ordinati a vero Epo, cum non
sint Sacerdotes nullo modo habent.

Hoc Decretum habet relationem ad quaesita Missionarior. Chinae quae habent sup.a fol. 159.

Die 13 9bris 1669.

In Cong.e Genti Sancti Officij.

Lecto memli dato pro parte fris Joannis
Polanco ordinis Praedicatorum Missionarij Ap.ci
apud Synas et aliorum Missionarior. eiusdem ordi=
nis ibidem in praedicatione Evangelica colla=
borantium, in quo supplicabat Sacrae Cong.ni ut
dignaretur declarare.

360 An subsistat et in suo robore permaneat prae=
ceptum et mandatum sub poena excommunicationis
latae sententiae Sanctitati suae et Sanctae Sedi
Aplicae specialiter reservatae. de observantia
responsorum, et resolutionum factarum die 12
Septembris 1645. in S. Cong.ne de Propaganda fide
et eadem supplicante a S. M. Innoc. X. approba=
tum, et An iuxta in eisdem dubijs exposita ab om=
nibus, et singulis Missionarijs cuiuscumq. ordinis
Religionis, et Instituti etiam Soc. Jesu in Regnis
Synarum, aut Chinae pro tempore existentibus
vel extituris in praxi diligenter observandae
sint donec Sanctitas sua, vel Sancta Sedes
Aplica

Aplicā aliud ordinauerit, uel obstante alio decreto a S. Cong.ne S. Officij emanato sub die 23. Maij 1656. super aliquibus quæsitis propositis a Pribus Soc. Jesu apud Synas Missionarijs diuersimodè, et cum alijs circumstantijs conceptis Emin.mi P. P. declarauit Decretum S. Cong.nis de Propaganda fide latum sub die 12 Septembris 1643. Secundum tunc exposita in dubijs, esse in suo robore, neque per Decretum S. Congnis S. Officij latum sub die 23. Martij 1656. fuisse circumscriptum sed omnino secundum quæsita, circumstantias, et omnia in dictis dubijs expressa esse seruandum ut iacet. Quemadmodum seruandum declarauit Decretum S. Congnis S. Officij latum ut sup. die 23. Martij 1656, iuxta quæsita, circumstantias, et omnia in eis expressa.

Die 20 9bris 1669 SS.mus D. N. approbauit Congregatio Concilij perpensis consultationibus Epi Tricaricen. circa formam Matrimoniorum quæ in partibus Hollandiæ, Frisiæ contrahuntur censuit si Sanctitati suæ visum fuerit edendas esse infrascriptas declarationes.

369 Ubi Decretum eiusdem Concilij cap. 1. sess. 24 de reform. matrim. non est publicatum, in Parochia ualere Matrimonia contracta absq. obseruat.ne

formae a Concilio praescriptae.

364 Publicationem praesumi ubi id Decretum fuerit aliquo tempore in Parochia tamquam Decretum Concilij observatum

365. 3° Haereticos quoque ubi Decretum d. cap. 1. est publicatum teneri talem formam observare et propterea ipsorum etiam matrimonia absq. forma Concilij quamvis coram ministro haeretico vel magistratu loci contracta nulla atque irrita esse

366. 4° Ubi etiam constat Decretum Concilij esse publicatum vel aliquo tempore in Parochia tamquam Decretum Concilij observatum sed Parochialis Ecclia ut pote vacans proprio Parocho careat et Cathedralis idem Epus atque Capitulo habentibus a Concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi, nullusq. alius ibi sit qui vices Parochi vel Epi suppleat matrimonium valere absque pntia Parochi servata tamen in eo in quo potest forma Concilij nempe adhibitis saltem duobus testibus.

367. 5° Si extent quidem Parochus et Episcopus sed nullo constituto Vicario, utersq. metu haereticorum lateat, ita ut vere ignoretur ubi nam sit, vel eodem metu ad sit, nec ad alterutrum sit tutus accessus

accessus ualidum esse matrimonium contractum absque forma, adhibitis tamen ut dictum est duobus testibus

Quod uero attinet ad casum specialem in scripturis eiusdem Nuncij contentum, Cong.o ita duxit respondendum;

Cum secundum ea quae proponuntur matrimonium fuerit contractum in Parochia ubi fuerat publicatum dictum decretum, et extaret in Diaecesi Antuerp. cuius erat et Parochia Vicarius qui iuxta Concilij Decretum poterat praesidere, utique huiusmodi matrimonium absque forma contractum esse nullum

Die 8. Januarij 1603. Ssmus D. N. noluit supradicta Decreta promulgari.

Die 27. Maij 1671

In Cong.ne S. Officij.

Relatis infrascriptis quaesitis a S. Cong.e de Propaganda fide ad S. Officium remissis, nec non Responsionibus DD. Consultorum eiusdem S. Officij tenoris sequentis uidelicet.

Varij saepe casus inter catholicos sub Jurisdict.ne haereticorum commorantes solent occurrere, qui ab Animarum Curatoribus ad Vicarium Aplicum aliosue superiores deferuntur, ex frequentioribus

autem Diœcesi Buscoducensi contingentibus
sunt isti quorum occasione infractus proponit
quæstiones subiunctas et humiliter decisionem petit

368 1.° An Diœcesi Silueducensi plerique rustici,
et mechanici sunt tenuioris fortunæ, et tamen
ad grauium onerum solutionem compelluntur, hinc
ut media acquirant oneribus istis, et victui oppor=
tuna multa millia utriusque sexus quotannis
in Hollandiam, Angliam, aliaque loca proficis=
cuntur, et operam suam elocant, talibus etiam
Dominis, et hæresis qui dictas Jeiunij, ac Veneris
ac Sabathi solummodo uetitos cibos apponi sinunt
ijsque operarij Catholici in defectu aliorum passim
uescuntur quæritur an licitè.

Respondetur quod si Domini seu heri cibos illos uetitos
parant seruis Catholicis, eosque adigunt ad illos come=
dendum in contemptum Catholicismi, neque cum pro=
testatione est licitum de illis commedere si uero non
in contemptum Catholicismi sed ratione Œconomiæ id
faciunt, et alij cibi non suppetant, in ea necessitate
possunt serui de uetitis cum protestatione comedere
et hoc dummodo non inueniant alios Dominos
qui sin aut illos seruare Ecclesiæ præcepta.

369 2.° Illi ipsi Catholici Dominum subinde non
repetiunt, nisi se obligent ad exercitium operum
seruilium

servilium pro diebus etiam festivis. Quaeritur an praeter suam paupertatem se ad illud obligare possint, moti illo generali principio Ecclesiam piam Matrem nolle suos subditos ad suarum legum observantiam cum magno incommodo obstringere.

Respondetur ut in primo.

370. 3° Ministri haeretici prolem fasciis suis involutam baptizatam, aquam a suggestu ita communiter effundunt, ut fascias tantum, raro autem illum infantis membrum contingat, quo casu Baptismus est nullus. Quaeritur proinde an non monendi sint Catholici Ministri, ut sub conditione semper rebaptizent ab haereticis baptizatos.

Respondetur si sit certum quod quis sic fuerit baptizatus, ut aqua nullo modo partem corporis principalem, sed vestes tantum tetigerit, is est absolute baptizandus, si vero sit dubium probabile quod tetigerit, est sub conditione iterum ~~baptizandus~~ baptizandus.

371. 4° Qui silvae ducis ~~aliisque~~ Heinsdem, Bommeliae aliisque in locis militant ordinibus foederatis, item qui officio aliquo fungantur saepe nequeunt sua obtinere stipendia, nisi probent a se subinde frequentatas conciones haereticas, et ideo iis aliquando intersunt sine scandalo, ut aiunt, cum satis superq. constet

constet tam ortodoxis quam Hetrodoxis se esse Catholicos et solummodo pro forma sese in concionibus ostendant ac insuper sine erroris aut haeresis periculo, cum vel non attendunt adverba concionantis vel aures gossypio obturent. Quaeritur an tales dum ad sacramentum poenitentiae accedunt et conciones vitare non proponunt sacramentaliter valeant absolvi.

Responderunt non licere, neque testimonium frequentationis concionum haereticalium exhibere neque ritus illos observare, et nisi ab iis abstineant non sunt dispositi ad sacramentum Poenitentiae.

47c. 5.° Per Dei gratiam multi convertuntur ad fidem inter illos non pauci sunt coniugati, alter coniuge perseverante in haeresi. Par conversa cupit matrimonium renovare secundum formam sacri concilij Tridentini, at compartem haereticam, à qua separari moraliter impossibile est, nullatenus potest inducere, ut coram Parocho compareat. Quaeritur quid Pastores catholici cum tali agere debeant, et speciatim an coniugem bonae voluntatis ad usum sacramentorum possint admittere.

Respondetur quando constat matrimonium esse invalidum, coniugatus catholicus non potest admitti ad sacramenta. Quatenus verò dubitetur de invaliditate matrimonij tunc examinandae sunt causae

invaliditatis

inualiditatis.

373 6.° Ad propagandam, et stabiliendam haeresim uidetur Diabolus procurare matrimonia Catholicorum cum haereticis, quibus immixti uiuunt.

Per Ecclesiasticos quantumuis sollicitos impediri omnia non possunt. Parochi ritu Catholico ad impediendam fornicationem, dum ritu haeretico coniugati eodem tecto, ac ~~leg~~ lecto ue luti legitimè coniuncti utuntur.

Respondetur non expedire quod detur responsio

Die. 13 Junij 1671

In Congregatione Gen.li Sancti Officij.

374 Vicarius Apostolicus Transiluaniae scribit quoduum multi coniugati fuerint in captiuitatem ab hostibus abducti coniuges, qui remanserunt non habentes a captiuis responsum, transierunt ad secundas nuptias quae de causa haec contigerunt.

P.° Quod fuit iudicatum a Clero permitti debere ut tales, si nullum responsum habuerunt, de uita aut morte coniugum captiuorum, transeant ad secundas nuptias potius quam per ministros haereticos copulentur, ac peruertantur, quod plerique facere tentarunt.

At cum hac conditione Clerus id permisit, ut si isti secundo copulati aliquid resecant de priorum coniugum uita, recedant a secundis coniugibus sub poena 200 florenorum.

Responderunt

Responderunt quod non potuit Clerus illud Decretum positiuae permissionis talium Coniugiorum efficere cum et ipse et Clerus hoc facto ad Poligamiae et Adulterij peccatum concurrant, et quoniam iniquum est, Sac. Cong.o illud abolevit, et pro abolita haberi decrevit, et hoc Populis omnibus significari mandat, et monendos esse sic invalidè copulatos esse in statu peccati, eisq. cohabitationem omnimodè prohibendam.

975. 4.o Significat quod ex his nullis matrimonijs multa separavit, et refert numerum eorum et loca in quibus acciderunt separationes, et quod aliquos ex his coniugibus ad virgas damnavit, et quod 389. sunt sic invalidè coniugati, 45. separati qui ad priores Coniuges redierunt, novem ad virgas et catastas damnati 14.

Ad 1.m laudandus est Vicarius Aplicus de Zelo, diligentia, pietate, ac Justitia.

976. 3.o Dicit quod uno redeunte a captivitate, et repetente Uxore, secundus vir noluit restituere, paratus potius Calvinista effici, quam mulierem illam dimittere, In quo casu ipse Vicarius cum Clero videntes quod praefatus delinquens cum adhaerentibus, si cogantur Uxores illas dimittere, introducent haeresim, quae nunquam in ea Regione penetravit

indicavit

iudicarunt potius patiendum illum Dominum cum muliere illa perire, quam tot millia Animarum naufragari, et idem pariter faciendum cum alijs sic male copulatis, qui separati postea ad praefatum Coniugium redierunt. Ipse tamen apud Clerum protestatus se nolle aliter sentire, nisi ut Eccl.ia Rom.a et Pontifices decreverunt.

Ad 3.m Quod licet Clerus ad evitandum maius malum iudicaverit conniuendum non puniendo transgressores debuit tamen omnino abstinere ab iniquo illo Decreto quod Sac. Cong.o abolevit. Ideo Vicarius Aplicus curet ut sup.a per Parochos moneri Populos, quod eiusmodi copulati sunt in statu peccati mortalis, et copulatis prohibeat cohabitationem, et nisi timeat probabiliter malum perversionis Populi deveniat etiam ad punitionem.

377. 4.o Quod circa matrimonia isti alij casus occurrunt quidam qui per annos plures cum suis Coniugibus habitarunt, et postea separati ad secundas nuptias eo praetextu quod nunquam ex amore cohabitassent cum primis.

Quidam habitaverant per annos 27. alij per 20, alij per 16. cum magno Regni scandalo.

Ad 4.m sicut in 3.o si timetur probabiliter perversio Populi, et haeresis introductio, abstinere possunt a punitione, non vero a prohibitione cohabitationis

5.o

378. 5.° Concilium petit de hoc casu In praedictis casibus et difficultatibus eorum, qui nec de morte nec de vita possunt quicquam certi de suis Coniugibus audire, nec est modus quaerendi inter Barbaros, nec volunt vidui vivere et est periculum ne transeant ad haereticos, quid facto opus sit Concilium sacrae Congregationis vehementer mihi suggeri desidero

Ad 5.m non potest dari aliud responsum nisi ut sequatur id quod praescribitur in c. in praesentia de sponsal: et matrim. atque in c. 2. de secund. nupt. cum non sit in mundo potestas dispensandi super Poligamia et Adulterio.

379. 6.° Petit tandem facultatem dispensandi in matrimonijs, ratis, non consumatis, et transmittendi coniuges ad secundas nuptias si periculosa et impacifica praevideatur cohabitatio futura vel lapsus in haeresim.

Ad 6. Ad petitionem facultatis dispensandi in matrimonijs ratis, respondendum quod occurrente aliquo maximae necessitatis casu pro personis dignis et de Ecclia benemeritis recurratur ad sanctam sedem cum Instructione facti, et ab expectetur responsum

Die 20 Augusti 1671.

In Cong.e Gen.li Sancti officij.

Propositis infrascriptis dubijs

380. P.° se il vescovo di Trebigni deve permettere che le Donne Catholiche si maritino con i scismatici

Respondetur Episcopus non permittat Coniugia inter Catholicos

licos et schismaticos nisi praemissa abiuratione facienda schismaticis, uel saltem professione fidei facienda ante matrimonium iuxta decisa per sac. Congregationem die 20. Junij 1628. F.

381 2.° se assente il Parocho, i monaci schismatici possano battezzare i figli de Cattolici

Respondetur non permittat schismaticis administrari sacramentum Baptismatis nisi in casu necessitatis, et deficiente alia quacumque persona Catholica.

382 3.° che si ammonischino i monaci a non permettere i diuortij di loro sudditi, mentre per denari i medemi permettono che seguito il diuortio possino alle 2.° nozze

Episcopus notificet Monachis, et alijs quibuscumque diuinam prohibitionem pariter prohibeat, ne ulterius matrimonia ualida soluantur et coniugibus solutis mandet ut ad priores coniuges, si uiuant reuertantur, et si non uiuant primi, moneat quod sunt inualidè coniuncti cum secundis, et si uolunt perseuerare indigent dispensatione Aplica, et iterum debent ualidè contrahere

Sanctissimus approbauit praed.ta resolutiones

Verum Episcopus certioret utrum in illius Diaecesi publicatum fuerit Concilium Tridentinum.

Vtrum in eadem Diaecesi adsit consuetudo praescripta quod Catholici contrahant matrimonium cum schismaticis, et utrum celebrentur matrimonia coram Parochis Catholicis, an uero coram schismaticis dummodo in ijs locis tolerentur sc. schismatici.

Die

Die 19 Septembris 1671

A

382. De mandato SS.mi Dni nri iniunctum fuit quodquotiescumque Missionarijs ceterisque Sac. Cong.nis S. de Propaganda fide ministris, mittuntur resolutiones dubiorum factae a Sac. Cong.ne S. Officij et Propagandae fidei non mittantur tamquam definitiones, sed tamquam simplices institutiones, quibus in occurrentibus dubijs gubernari valeant, et debeant.

383 1.o se li missionarij possano ascoltare le confessioni e dare l'assolutione à quei Christiani che hanno per moglie Donne Turche, le quale non vi è speranza, che siano per abbracciare la fede Christiana e così all'incontro confessare Donne Christiane maritate con Turchi.

1671

384 2.o se debbano separsi Donne Christiane maritate con Turchi

385 3.o se il simile debba farsi di quelle Donne maritate con Christiani, i quali hanno poi rinegato, non vi è speranza, che stando in quelle parti tornino alla fede Christiana

386. 4.o se possano battezzarsi i figlioli de Turchi quando il Padre è rinegato, e la madre è Christiana, mà vi è dubio che se bene il Padre e la madre domandono il Battesimo per il filiolo, il Padre vorrà allevarlo da Turco.

387. 5.o se si possano battezzare i figlioli di Padre Turco e la madre Christiana, la quale benche il Padre non vi consenta, vuole che il figlio sia

battezzato

battezzato.

6.° facendo li Turchi battezzare i loro figlioli per altro
388. fine, che di farli Christiani, si domanda se in caso che
questi figlioli fatti maggiori domandassero il Battesimo
debba questo darsi loro di nuovo, ò vero basti il primo
che hanno ricevuto.

389 7.° Se sia vero Battesimo quello che si riceve con fine
superstitioso di maniera che debba darsi di nuovo sub con=
ditione.

Et il caso è una Donna Ea havute molte figliole fe=
mine, e per non farne dell'altre ricorre da persona
che da opera alle superstitioni. Questa si dice che faccia
battezzare l'ultima figliola, il che facendo non lo fa
intuitu Baptismi, mà della superstitione.

In Congregatione Sancti Officij.

Ad 1.m Quatenus agatur de matrimonio contracto in statu
impedimenti disparitatis cultus, et quatenus lex Ecclesiae
inducens huiusmodi impedimentum ibi non sit invincibi=
liter ignota, praedictos Coniuges praetendentes permanere
in huiusmodi coniugio non posse absolui sive vero agatur
de matrimonio contracto ante conversionem alterius
Coniugis posse absolui ne cogendum Christianum
Coniugem deserere Infidelem, sed illum posse sequi
Concilium Apostoli, quatenus Coniux infideli pue=
lit absque iniuria Creatoris, cum fideli cohabitare et
non adsit periculum perversionis.

Ad 2.m patet responsum ex resolutione primi

Ad 3.m esse in potestate Coniugis Catholici cohabitare
cum Infideli Apostata, vel se ab ipso separare

prout

prout periculum peruersionis et Contumeliae Creatoris iudicio prudentis Confessarij exegerit.
Ad 4.m in casu proposito debere baptizari
Ad 5.m Posse
Ad 6.m non esse iterum baptizandos.
Ad 7.m Juxta sextum.

Die 28. 9bris 1668

190. Proposito dubio pro Alumnis Collegiorum Pontificiorum
An Alumni Collegiorum Pontificiorum, qui uel ab haeresi sunt conuersi uel sunt haereticorum filij et ideo Irregulares, qua Irregularitate, quod apparent non sublata ad ordines etiam sacros promoti fuerunt et promoueantur.
An uero indiguerint et indigeant dispensatione ad Irregularitate iam dicta.
Sacra Cong.o S. officij dixit Alumnos praedictos indiguisse et in posterum indigere dispensatione quoad praedictam Irregularitatem, Petentibus uero relaxandam suspensionem.

Die 12 nouembris 1671

In Cong.o Gen.lo Sancti officij
Propositio infrascripto dubio
An D. Paulus Zorchich Monachus Basilianus Catholicus ritus Graeci debeat institui a Summo Pontifice in Episcopum Graeci ritus in aliqua Ecclesia in partibus Infidelium intra limites Patriarchatus Romani, et ordinari, et consecrari hic in

Vrbe

Urbe per Episcopos Graecos Catholicos Graeco ritu. An
vero debeat dictus Paulus Zordrich remitti ad ali=
quem Patriarcham Primatem, vel Metropolita=
num Catholicum eiusdem ritus Graeci, qui illum
instituat in Episcopum in Eccl.ia Graeca sub suo
Patriarchatu Primatus vel Metropoli, in partibus
tamen Infidelium, et per ipsum ordinatum ad suum
Vicariatum remittat Sacra Cong.o auditis votis &c
decrevit si SS.mo Dno Nro. placuerit praefatum D.
Paulum Zordrich esse instituendum Episcopum per
Breve in aliqua Eccl.ia Graeca in Patriarchatu
occidentali eumdemq. esse consecrandum ritu Graeco
per Epos Graecos in Urbe. Quo vero ad titulum Eccl.iae
eadem S. Cong.o remisit ad Em.m D. Cardinalem Alte=
rium successive et incontinenti post Congregationem
Suprad.s Emus Dominus Cardinalis Alterius posse dictum
Paulum si SS.mo ~~Dno~~ videbitur instituere iuxta dictam
formam, et Decretum, in titulum Eccl.iae Platearum
Eadem die SS.mus approbavit
Ardmachana Capituli
Die 12 Martij 1672
In Cong.e Sacri Concilij Trid.ni
Particola Epistolae Archiepiscopi Ardmachani
Nella Provincia Armacana in diverse Diocesi
nelle quali vi è un solo membro del Capitolo n. g.
Il Decano ò l'Arcidiacono questo solo membro del
Capitolo

Capitolo pretende sede vacante d'hauer l'autorità e podestà d'elleggere il Vicario Gen.le
Igitur ut possit huius S. Congnis sententia notificari Em.mi P. P. definire dignabantur.

392 An reducti capituli ad unum tantum membrum possit sede vacante per se solum eligere Vicarium de quo in cap. 16. sess. 24.
Sacra Cong.o respondit affirmative dummodo non eligat seipsum

Die 25. Junij 1670

393 In Cong.ne Gen.li S. Officij
Emi et Rmi DD. Cardinales Gnales Inquis.res declarauerunt facultates Missionarijs concessas de dispensando in 3.o et 4.o gradu consanguinitatis et uel affinitatis simplici et mixto pro matrimonijs contrahendis male intelligi de 3.o simplici ab unico stipite futuris sponsis communi, minusq. interpretandas esse de 2.o et 3.o gradu cum communi stipite, sed tantum debere intelligi de 3.o et 4.o simplici uidelicet ab uno stipite futuris sponsis communi ad ac insuper de 3.o et 4.o mixto, et altero stipite cum 4.o nullatenus autem cum 2.o
Et die 20 maij 1671 in eadem Congne S. Officij.
Idem Emi praefatum Decretum, si Sanctissimo uidebitur extendi posse censuerunt ad omnes et singulos Missionarios Cleri saecularis, ac regularis imo quoscumque alios uigore suorum priuilegiorum legitimam facultatem habentes, abusibus.

interpretationibus

interpretationibus cæterisq. in contrarium non obstantibus quibuscumq. salvis tamen, nec alteratis facultatibus dispensandi pro contrahendis iamque contractis matrimonijs in 2.° 3.° et 4.° consanguinitatis vel affinitatis gradu cum ijs qui ab Hæresi, vel infidelitate ad catholicam fidem convertuntur iuxta conditiones et clausulas expressè appositas per Sac. Cong.m in suis Indultij, quibus dispensationum huiusmodi facultates conceduntur.

1671 Die 3. Junij 1671 Relatione facta SS.mus approbavit

394 In Congne. Sancti Offitij Pro missionarijs Vallis Lusernæ

P.° essendo posto nelle facoltà concedute al Prefetto frà l'altre di non potersi servire di esse nisi in locis suæ missionis tantum, si domanda se per questa particola venga talm.te ristretta la facoltà che li missionarij non possino servirsi in altro luogo della propria missione, in modo tale che ritrovandosi soldati di natione Todesca nella Città ò fortezza di Pinacolo, quale non è distante più d'un miglio della missione di S. Secondo ne potendo uscire di d.° luogo, ne sapendo confessarsi in altra lingua che la nativa, se possa il missionario Todesco servirsi delle facoltà per assolverli dall'Eresia

2.°

395. 2.° nascono disturbi trà Missionarij per la molti=
plicità de Vicarij del sacro Tribunale constituiti
dal Padre Inquisitore di Torino, ò di Saluzzo
mentre questi assoluono dall'Eresia quelli
che molte uolte erano instrutti da Missio=
narij nella Santa Fede
Sacra Cong.° respondit.
Ad 1.m Missionarij circa declarationem finium
eorum Missionum supplicent Sac. Congregni de
Propaganda fide et quatenus obtineant, adeant
pro facultatibus necessarijs sanctum officium
Ad 2.m Missionarij in foro conscientiæ tantum pos=
sunt iuxta suas facultates, et in locis suarum
Missionum absoluere hæreticos. In foro uero
exteriori post instructionem debent conuersos
pro absolutione remittere ad Episcopos lo=
corum uel ad Inquisitores et eorumdem Vicarios.

Die 29. 9bris 1672

In Congne Sancti Officij
D. Lucas Wadingus Vicarius Gentis D. Epi
firnensis, et alij respectiuè ordinarij in Hiber
nia E. E. V. V. humiliter proponunt infracta
puncta, ad quorum solutionem, et respon=
sum E. E. Vcas enixè afflagitant.

396. 1.° Catholici qui matrimonio iuncti sunt coram
Parocho, ac testibus Catholicis in pluribus locis
ita

ita inualuit Consuetudo, solent coram Minis=
tro hæretico seu Protestante rursus coniugi
ad euitanda grauia damna neque potest
consuetudo hæc à Clero corrigi, peccant nè
et quo peccato? Catholici sic denuò coniuncti
coram Ministro hæretico et quomodo se de=
beat gerere erga illos ordinarius loci

397. Cto. Vxor Catholica priuatim curat baptizari
Infantem per Parochum suum, qui Infans
postea in Templo baptizatur per Ministrum
hæreticum parentibus in id consentientibus
ad euitandam grauem mulctam pecuniariam
fortan enim unica uice auferetur ipsis tota
parua substantia quam habent, Peccant
nè? et quo peccato Parentes sic assentientes.
Deinde tenetur ne Parochus uel ordinarius
Parentes Infantis de peccato admonere? præ=
sertim si timeat eos errorem non emendaturos. Ali=
quando etiam contingit quod ipsi Parentes
deferant Infantes suos a Parocho baptizatos
ad Ministrum Hæreticum iterum baptizandos
negentque paruulos antea fuisse baptizatos
ob metum grauis mulctæ, uel pecuniariæ
uel Carceris, ubi Ministri hæretici malitiosi
sunt et seueri, non possumus hanc consuetu=
dinem

impedire et quid agere debeamus nescimus
cum nullam speremus enoris emendatione
et bene sciamus Parentes ex graui metu hoc
facere, cupimus instrui quid facto opus sit
in hoc et similibus casibus.

398. 3.° Quæritur an liceat Parocho in istis hæreticorum
partibus Infantem coniugum, quorum alter
fidem Catholicam profitetur, baptizare
de consensu ulterutrius etiamsi certo sciat
alterum Coniugem postea curaturum, ut
Infans ~~baptizetur~~ baptizetur à Ministro
hæretico.

Sacra Cong.° ad P.m respondit. Quatenus minister
assistat Matrimonijs Catholicorum, uti
Minister Politicus non peccare contrahentes
si uero assistat uti minister addictus sacris
non licere, et tunc contrahentes peccare mor=
taliter, et esse monendos.

Ad 2.m non licere et peccare mortaliter Paren=
tes consentientes ideoque monendos.

Ad 3.m licere sed Coniux Catholicus tenetur Con=
iugem hæreticum monere quod filius tam
fuerit legitimè baptizatus

Die 7.a Junij 1673.

In Congne Generali Sancti Officij.

Relatis

Relatis infractis dubijs remissis a Sac. Cong.e de Propaganda fide ad sanctum officium uid.t

Dudum a Sac. Cong.ne de Propaganda fide Armenis Catholicis concessa fuit licentia Sacrum celebrandi proprio Ritu approbato sed Liburni ortae sunt quaedam controversiae.

399. P.a est circa celebrationem festorum tam mobilium quam immobilium, cum enim Sac. Cong.o de Pop. fide concesserit licentiam officiandi iuxta ritum correctum, ex hoc praetendit natio Armena etiam celebrare Pascha, et alia festa tam mobilia quam immobilia. circa eumdem ritum suum, id est secundum Calculationem antiquam quae erat ante correctionem Kalendarij.

Sac. Cong.o respondit quod in celebratione Pascha=tis, et aliorum festorum Armeni Liburni existentes omnino seruare debeant Kalendarium Gregorianum.

400. 2.a utrum in missa possit nominare Sacerdos in oppido Liburni Patriarcham Armenorum pro ipso orando, qui est schismaticus et instanter petunt sibi concedi, ut per hoc natio magis, et maiori erga Latinos alliciatur affectu.

Sacra Cong.o respondit non posse et omnino prohibeatur

3.a

401. 3.° An Armeni illi qui non permanenter, sed transeunter degunt Liburni, post aliquod tempus in Patriam reversuri, dum hic fiunt Catholici possint observare Jeiunia sua iuxta ritum suum relictis Jeiunijs iuxta ritum latinum, Et dum isti in Patriam reversi fuerint possint confiteri sacerdotibus suis schismaticis, dum alios sacerdotes catholicos habere non possunt, ac congruo tempore sine scandalo sese absentare non possint.

Sacra Cong.° respondit Respectu Jeiunij tolerandos esse Armenos, dummodo scandalum evitetur. Circa reliqua in eodem numero comprehensa non esse respondendum

Die 20. Septembris 1673.

In Cong.e generali Sancti Officij.

Relatis infractis dubijs propositis a Vicario Apostolico Smyrnarum remissis a sac. Cong.e de Prop.da fide

402. P.° Una Donna vivente il suo Marito è stata sedotta da' un Mercante Luterano Livornese, il quale essendo primo Cattolico, haveva tenuto à battesimo una figlia della sud.a Donna. Che questo si trova quattro figli havuti con d.a Donna la quale hora per morte

del

del marito desidera sposare et in specie pro=
cura gli, occorrendo la dispensa dall'affinità
spirituale.

409. 2.° Che in quelle parti vi è un abuseuole usanza
colla quale si prestano denari col pegno in
mano e coll'usura di 16. e 17. per cento, e
per lo più si piglia la moneta de Greci e
Luterani di 30, et 35.

Ad 1.m Sacra Cong.o dixit quod cum Vicarius Apos=
tolicus praedictus obtinuerit facultatem dis=
pensandi super impedimento cognationis spiritualis
inter leuantem, et leuatum, poterit cum om=
nibus dispensare ut non obstante dicto impedi=
mento cognationis spiritualis, quo sunt coniuncti,
matrimonium contrahere valeant, dummodo ambo
sint Catholici, et neuter ipsorum in necem primi
mariti machinatus fuerit cum ligmone prolis
natae et nascituae.

Quoad 2.m Sac. Cong.o dixit non licere dare Ex
litteris Sac. Congnis S. Officij 14 februarij 1674
conceditur facultas sacerdoti Graeco celebrandi
missam cum paramentis Latinorum
in Ecclia sancti Athanasij de Urbe vel
Collegij de Propaganda fide

Die 20. Junij 1674

In

In Congreg.ne Generali Sancti Officij

404 Lectis litteris R. P. D. Nuntij Florentiae datis x. Aprilis 1674 scriptis. Sac. Congni de Prop.da fide et ab eadem remissis ad Sac. Cong.em Sancti Officij decretum fuit quod referibatur eidem Nuncio uti quoad permissionem orandi in Liturgia pro Patriarcha Armenorum Sac. Cong.o stetit in Decretis emanatis die xi. Januarij 1673. videlicet non posse, et omnino prohibeatur.

405. Quo vero ad celebrationem Paschatis et alior. festorum steterunt pariter in Decretis emanatis die 7. Junij 1673. vid.t quod in celebrat.ne Paschatis et aliorum festorum Armeni Liburni existentes omnino servare debeant Kalendarium Gregorianum.

406. Et quoad professionem fidei servetur quid scriptum fuit Inquisitori Pisarum die 8.a octobris 1671. vid.lt ut quotiescumque Armeni repugnent emittere professionem fidei, vel abiurare errores in S.o Officio deputetur unus ex Missionarijs eiusdem nationis qui coram testibus admittat dictos Armenos ad abiurationem, vel professionem fidei respective assumendo alium ex Missionarijs loco Notarij

Die 20 Junij 1674.

In Congreg.ne Generali Sancti Officij

407. Emin.mi PP. concesserunt licentiam Archiepo Diarbechensi ritus Chaldaici celebrandi missam sua ritu Romae tam in Basilica Papis Apostolorum, non tamen in Altari maiori quam in alijs Ecclesijs exceptis tamen Ecclesijs Monasterior. Monialium sed in utatur missali quo utuntur Maronitae Romae in Coll.o eor. Nationis duraturam ad duos menses

Motulensi Augusti 1674

Dubia ab Epo Motulensi proposita pro Graecis Schismaticis qui in sua Diaecesi pertinerent cum responsionibus Sacrae Congris Sancti Officij.

408. 1.o nel Battesimo sogliono i Greci segnare il fronte col Crisma

409. 2.o hà il Vescovo qualche dubio, che nel sacrare non proferiscono le parole assieme coll'ablutione e fanno alcune croci nella persona del Battezato

410. 3.o Circa il sacramento dell'ordine massime Presbiterale hà difficoltà sostantiale della validità, perche li Vescovi Greci nell'ordinare non usano Istromento, ne pongono la materia del Pane nella Patena, e del Vino nel Calice, nè altra, mà usano la sola compositione delle

mani

mani e così dubitando, che non siano validamente ordinati quelli Popoli sono privi della Penitenza, et Eucharistia.

411. 4.° Li detti Sacerdoti non hanno Bolla, nè Dimissoria alcuna, dicendo non haverle prese per la fretta della fuga che sono vestiti da Contadini e differiscono da gl'altri nell'uso di una Beretta di panno Violaceo cuscita in Croce con due sopra orecchie. Chè di loro hanno moglie, e figli uno non hà nè l'uno nè l'altro. dice che, gl'è morta 20. anni sono e doppo la sua morte non hà mai celebrato. 20 anni non hà mangiato mai carne. dice di non volere più celebrare mà servito in qualche chiesa sono ignoranti mà uno mostra qualche intelligenza più de gl'altri.

412. 5.° Che desiderano essere assoluti, e dispensati essendo pronti à fare la professione della fede e fare quello che fanno li Catt.ci e comanda la Santa Chiesa Rom.a li Sacerdoti cercano essere ammessi a celebrare e cercano una chiesa particolare per osservare il rito Greco come si concede dalla chiesa Rom.a

413. 6.° Non osservano la correttione Gregoriana circa le feste, fanno li digiuni consueti ne loro Paesi.

414. 7.° Che li aiuta con ~~Eleg~~ Elemosine, e chi

fà

fà diligenza per cognoscere quanto gli bisogna
circa la loro fede e costumi, e spera che si ridur-
rano alla Chiesa Catt.ca aspetta ordini di qllo
douera fare.

Pare che il Vescouo di Motula si possa
rispondere

1.o quanto al segnare il fronte col Crisma
si deuono auuertire li sacerdoti, che non l'usino
più perche Innoc. 4.o scriuendo alli Vescoui Greci
dice che solamte li Vescoui lo posson fare

2.o Auuisi li med.i che nel battezzare dichino
le parole nell'atto del Segnare e procurino
che non uisia notabile interuallo trà l'una
e l'altra fonzione e quanto alle croci ò altre
Ceremonie che usano si tolerino perche così dice
il med.o Innoc. 4.o

3.o Per il Sacramto dell'ord.e, che li Greci non adoprino
Istromenti, mà la sola impositione de mani
no lo turbi perche qto è stato sempre l'uso
della Chiesa Greca, nè mai è stato impugnato
in alcuno Concilio.

Ne ossa che Eugenio 4.o nella Constone dell'unione
de gl'Armeni assegni per materia la traditione
di gl' ~~instro~~ istromti perche essendo la Chiesa
Armena colla Latina perche il Christo non
determinò in specie la materia di qti ord.i al-
trimte niun Greco saria ualidamte ordinato
e Clemte 8.o nella Constone 34 non tocca
qto

questo punto che è essentiale ancorche gli ord.i siano stati conferiti da Vescovi schismatici, e quando sono venuta alla Communione latina li Sacerdoti Greci mai sono stati riordinati.

4.o Deve accertarsi se qlli Sacerdoti siano tali almeno per la confessione estragiuditiale delli Greci secolari.

A quel Sacerdote che vuole astenersi da celebrare, lasci seguitare il suo spirito. gli altri Sacerdoti devono adoprare l'habito Presbiterale, come li altri Sacerdoti Greci, che sono in Grecia et in Italia.

5.o Si devono ammettere tutti alla professione della fede mà prima s'instruiscano secondo la capacità di ciascuno e se nella sua Diocesi non vi fosse Greco Italo perito per fare qta fontione procuri havere qualche religioso dal capo d'Otranso, ò da altro paese perche vene sono, e trà gl'altri vi è il Padre Mro Bonav.ra da Martignano Min. Conv.le.

Si cerchi a sua santità la dispenca sopra le l'Irregolarità e l'assolutione dalle censure e poi si ammettino à celebrare.

Se le può assegnare qualche chiesa parlare ove possano fare le loro fontioni nel rito Greco permesso dalla chiesa Rom.a, come per le constitutioni d'Innoc.o 4.o sub Catt.ce 14 e di ~~Clem~~ Clemte 8.o

Clemte 8.° 34.
6.° Per le feste, vigilie, e Quaresime devono seguitare la correttione Gregoriana e così fù della sacra Cong.e del S.to Officio ordinato per li Greci de Malta nell'anno 1595. 25. Agosto Permetta che facciano i loro digiuni, mà che si astengano dal mangiar carne nelli giorni prohibiti della Chiesa Rom.a così fù ordinato per li Greci di Livorno 31. Agosto 1628. fol 149 E nel sabato si tolera per uche non vi sia scandalo e ne proprij loro luoghi Clemte 8.° citata Constone

Quaestiones super Unione Armenorum.

415. P.° An in Calicem consecrandum possit admisceri aqua,
Respondetur non videtur posse permitti Armenis ut solo vino sine admixtione aquae celebrent ob tres rones
P.a quia decreto Alexandri primi Pontificis, qui floruit anno Christi 114 haec mixtio praecipitur, ut scilicet tota passio Christi et credentium plebs ei in quem credidit copulari repraesentetur.
2.° quia ritus hic Armenorum non admiscendi aquam in vino involuit haeresim Eutichis et Dioscori, de una natura in Christo, id enim dicunt S. Joh. Chrisostomus, et Theophilatus, dum testantur Armenos solo vino sine aqua miscam celebrare, ut eo ritu unam esse

esse in Christo naturam significant.

3.° quia Concilium Florentinum in Instructione ad Armenos per Bellum decernimus mandat illis ut aquam in vino misceant.

416. 2.° An ad Trisagium Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus et immortalis addi possit, qui passus es pro nobis.

Respondetur licet Armeni protestentur additionem hanc facere non ad totam Sanctissimam Trinitatem, sed ad solum verbum carnem factum hoc est Christum Dominum, qui vere Deus fortis, et Immortalis et Sanctus est et vere passus est pro nobis, et ut audivi additio huiusmodi permissa fuerit Maronitis, dum ad solam Christi personam applicatur et tandem licet Armeni in eorum professione fidei artic. 117. aperte confiteantur naturam divinam in Christo impassibilem fuisse nihilominus propter rationem quae fuit considerata quando de professione fidei pro Orientalibus agebatur quod scilicet Hymnus ille Sanctus Deus ab Angelis traditus ad glorificandam Sanctissimam Trinitatem non videtur bene applicari uni tantum personae eiusdem Sanctissimae Trinitatis, et quia agitur de Populis qui respuunt Sanctam Chalcedonensem Synodum de duabus in Christo naturis videtur

tutius

tutiosesse ut ~~abusi~~ additio praedicta prohibeatur.

417. 4.° An symbolum fidei Nicenum possit adhiberi diversum a Latina et Graeca versione.

Respondetur non posse immutari definitionem Concilij Trid.ni de unione Armenorum quae ut habetur in Bulla Eugenij 4. §. 5. Armenis iniungit ut symbolum Constantinopolitanum sicut et apud Latinos mos est missas solemnia decantent.

418. An possint in Missa commemorari sancti qui non sunt in Martyrologio Rom.o neque in Menologio Graecorum.

Respondetur cum Antiquae sint Liturgiae orientalium, et illa ~~Arm~~ Armenorum dicatur etiam esse sancti Joij Chrisostomi non videntur sancti illi ex eorum Liturgia posse rationabiliter expungi, nisi facta diligentia comperiatur illos post ~~et~~ schisma inhumanis fuisse.

Idem dicitur de commendatione Animarum quorumdam Regum defunctorum de qua in eadem Liturgia habetur.

419. 5.° An quaedam festa possint Armeni celebrare extra dies praescriptos et receptos apud Latinos et Graecos.

Respondetur id etiam definitum fuisse à praed.o Concilio Florentino in d.a Bulla 19. Eugenij §. 19. ubi praecipitur Armenis, ut festivitates annunciationis B. Virginis

Virginis Natiuitatis B. Joris Baptistæ Natiuitatis et Circumcisionis Dni nri Jesu Christi ac præsentationis et purificationis B. Mariæ celebrent illis diebus quibus apud Latinos celebrantur.

An mutatio panis fermentati in Azimum in natione Maronitarum facta sit valida.

420 Antequam ad solutionem quæstionis deueniatur, quædam ut certa proponenda sunt

1.m Inferior nullo modo potest dispensare neque alterare, neque legem sui superioris mutare ut Pontifex in lege Dei, Patriarcha in lege Romani Pontificis Episcopi in lege Patriarchæ parlare Concilium in Legibus Senlis Concilij dispensare non potest huiusmodi sententia ab omnibus est recepta.

2.m Concilium Senle et Romanus Pontifex non solet mutare ritus et consuetudines Ecclia universalis sine legma causa u.g. Eccliæ occidentalis mutauit consuetudinem communicandi sub utraque specie in renam speciem Corporis Dni propter eorum hæresim, qui negabant in corpore Christi esse sanguinem ut uero ostenderet uere, et realiter in Christi Dni corpore esse sanguinem iussit suos filios sub specie panis tantum sumere corpus Domini, quia potius paternas traditiones Eccliæ Romanæ defendit, conseruat, et seruare mandat, et suadet ut ait Leo g. in sua Epistola ad Michaelem Imperatorem

Errant

Erant etiam ij Latini dicentes panem Azimum esse necessarium latinis, et fermentatum Graecis de necessitate Sacramenti, ita ut si in altero tentent conficere, nihil faciant, ita docuit quidam Ugo, quem refert, et sequitur gloss. in c. litteras de celebrat. Missar. quia tam panis azimus quam fermentatus, est vera, et realis materia Sacramenti Eucharistiae qui contrariam sentiam tenuerit haereticorum partibus favet, et adversatur Concilio florentino, et definitioni fidei in Bulla Eugenij 4.i Ved. sess. 5. d.ti Conc.ij et Bullam Unionis

3.o Num quam a Maronitis occidentales vocatos fuisse Azimatas quia tenent, et credunt tam Panem Azimum quam fermentatum esse veram et realem materiam Eucharistiae Graecitamen Schismatici tenent latinos non conficere quia consecrant in Azimo attamen Auctores latini Graecorum consuetudinem consecrandi in fermentato laudant defendunt, et Conservant, quia in hoc non sunt schismatici

4.o Orientales offerunt panem fermentatum ut ait S. Gregorius magnus ad indicandum verbum Patris indutum ~~esse~~ esse carne sicut fermentum miscetur farinae occidentales offerunt Azimos Panes propterea quod Dominus suscepit [illegible] sine

commixtione

commixtione carnem.

Adde praeterea Ecclesiam orientalem offerre Panem fermentatum in sacrificio missae in detestationem haeresis Nazarenorum qui legalia Evangelio misebant.

5.° Materiam simpliciter necessariam ad conficiendum corpus Domini Panem, ut Panis est triticeus ut constat ex Math. c. 26. Luc. 22. ex Marco, et florentino sess. 25. et in litteris Unionis et Lateranen. cap. firmiter Trid. sess. 22. c. 2. et ex alijs vide de consecrat. dist. 2.a Confirmatur ex S. Thom. q. 74 art. 3. in corpore dicens Christus instituit materiam corporis sui Panem quia est communis apud omnes, et quia magis confortat homines, ideo propria materia huius Sacramenti est panis triticeus sive Azimus, sive fermentatus.

Sed obijciet aliquis Evangelistas non determinare quem panem acceptum fuisse à Dno conficiendo suum corpus triticeum an Azimum, an denique fermentatum.

Respondetur quod ex traditione aplica ab Ecclia usq. ad nostrum tempus servata constare panem esse triticeum, et hac de re nunquam inter Latinos et Graecos fuit ulla quaestio neq. dissidi[illegible]

Uterque Panis nempe Azimus et fermentatus est

vera

uera materia Corporis Christi, quia utroque Pane usa est sancta Ecclia, et in eo confecit Corpus Christi nam neq. Azimus Panis neq. fermentatus est de necessitate Sacramenti, quae sententia est de fide in florentino Concilio determinata et eam tenet S. Thom. loco supra citato act. 4 Vterque est uerus Panis neq. ex facto Christi constat ut Suarez refert panem acceptum à Dno fuisse Azimum aut fermentatum Hinc colligitur Graecos ualde errare in fide qui tenent panem Azimum non esse ueram materiam Sacramenti Eucharistiae, et ideo non conficere cum uterq. Panis in sacris Scripturis sit uerus Panis utroque Ecclia Catholica semper usa est ut supra uidimus

Colligitur 2°. ualdè redarguendos esse aliquos Doctores Occidentales, qui asseuerant melius esse quod conficiatur Corpus Christi in Azimo, quam in fermentato et ideo persuadent Orientales ut in Azimo conficiant Corpus Christi ut Sanctae Matri Ecclia Romanae se conforment Non est enim unus Panis melior altero, uterq. ex eadem farina, et massa conficitur fermentum non alteret naturam Panis, propterea Paludanus huius sententiae auctor ab omnibus reprehensus, et reiectus, cuius opinio ut erronea reprobata est, ut inferius clarius constabit Ecclia Vniuersalis, ut florentinum testatur est Ecclesia Occidentalis, et Orientalis, si enim Ecclia

Romana

Romana est Mater, igitur amat aeque utramq. Ecclesiam ut dilectissimas, et charissimas filias Ecclia Romana ut Mater duo habet verba quibus utramq. Ecclesiam nutrit, Ecclia Roma ut Mater habet membra sua omnes fideles in utraq. Ecclia contentos alterum membrum altero non est melius omnia membra respiciunt caput, et caput respicit sua membra, eodemque modo conservat, et fovet omnes unum corpus sumus, ut ait Aplus, et unum sumus ut est in cap. firmiter de Trinit. Si in hoc corpore unum uber, aut una manus, aut unus pes, aut membrum membro melius esset, non esset perfectum hoc corpus, ergo ut hoc corpus sit perfectum debet habere omnia sua membra perfecta ita ut ad perfectionem huius corporis nihil desit.

Colligitur tamen Graecos, quam Latinos teneri ad observandos suae Ecclie ritus, et consuetudines, ut omnes Doctores fatentur nam, ut optime suar. dicit, Sacerdos Latinus in Ecclia latina conficiens, tenetur sine dubio in Azimo consecrare corpus Dni non solum propter scandalum sed etiam quia consuetudo obligationem inducit unde in cap. litteras de celebrat. missar. punitur quidam sacerdos quod in fermentato consecrasset.

Deinde sacerdotes Graeci similiter in sua Ecclia conficientes debent suae Ecclie ritus et consuetudines observare secundum determinationem Concilij Florentini

florentini loco supracitato, ut censet Div. Thom. Caietan. et alij.

6.° Constare quod Jure divino neque Panis Azimus neque fermentatus sit praeceptus, quia Christi factum quoad circumstantias non est satis ad inducendum praeceptum. Nam licet consecraverit in vino Albo, v.g. aut hora noctis, non ideo praecepit nos ita consecrari neq. ex alio testimonio scripto aut tradito potest huiusmodi praeceptum colligi. Imo consuetudo Ecclesiae Orientalis et Occidentalis satis docet nullum esse tale praeceptum non solum divinum, verum etiam neq. humanum.

His notatis dico mutationem Panis fermentati in Azimum à quibusdam Maronitis in Monte Libano factam non esse validam.

Probatur primo Universalis consuetudo non potest mutari nisi propter rationabiles et legitimas causas sed consuetudo celebrandi in fermentato, est Universalis, ergo non potest mutari nisi propter rationabiles et legitimas causas.

Maior est recepta ab omnibus, alioquin daretur ritus et consuetudines Ecclesiae Catholicae esse mutabiles ad placitum, et daretur ~~confusio~~ confusio rituum et consuetud.m propterea Trid.m Concilium omnes cuiuscumq. dignitatis et gradus qui ausi fuerint mutare aut alterare ritus Ecclesiae receptos anathematizat.

Confirmatur ex Nicolao Papa Epla ad Henimar Epum

Epum his uerbis. Ridiculum est, et satis abominabile dedecus ut temporibus nostris uel falso insimulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus, uel eas traditiones quas antiquitus à Patribus suscepimus pro libitu semper errantium infringi patiamur.

Idem habetur ex Epistola 75. Sancti Gregorij universis Episcopis Numidiae Nos consuetudinem, quae tamen contra fidem catholicam nihil uanus pare dignoscitur immotam permanere concedimus, siue de primatibus consuetudinis siue de caeteris Capitulis.

Idipsum uult S. Hieron Epist. 85 ad Licinium illud breuiter te admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas ut à maioribus traditae sunt nec aliorum consuetudinem contrario more subuerti.

Confirmatur ex Sancto Basilio cap. 17. his uerbis Ecclesiasticarum constonum quasdam scripturis, quasdam uero Aplicam traditione per successionem in ministerio confirmatas, accepimus quasdam uero consuetudine roboratas probauit usus, quibus par ritus et idem utrisque pietatis debetur effectus. Unde quis uel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hesitauerit si enim attentate erimus Consuetudines Ecclesiae non per scripturas a Patribus traditas nihil aestimare quantum Religio detrimenti sit sit latura, intente conspicientibus liquido constabit.

Si Chrisostomus in 2.a Epist. ad Urenalonicenses cap. 2. homil. 4. haec habet Consuetudo enim bona simul recepta ab omnibus seruata in longum tempus transit

transit, et nullum tempus extirpare eam valet, Itaq.
fratres state, et tenete traditiones, quas didicistis sive
per sermonem sive per Epistolam nostram.
Ex quibus patet Ecclesiasticas praecipue Univer=
sales consuetudines, et ritus non posse mutari, neq.
alterari, nisi propter valde rationabiles, et legi=
timas causas, et rationes.
Minor etiam probatur ex Concilio florentino in litteris Uni=
onis ita dicente Ita definimus in Azimo sive fermen=
tato pane triticeo corpus Christi veraciter confici sa=
cerdotesq. in alterutro ipsum Dni corpus conficere
debere unumquemque iuxta suae Ecclesiae sive
Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.
Idem colligitur ex Constitutione 17. Pij V. gravissime
prohibentis, ne sacerdotes Graeci ullo praetextu
latino ritu missas, vel officia celebrent, vel la=
tini Graeco.
Confirmatur ex traditione Ecclesiae quae semper hac
materia usa est, ut constat ex SS. Patribus et
Lyturgijs omnium Orientalium Ecclesiarum.
Id ipsum confirmant omnes Latini Doctores qui te=
nent Panem fermentatum esse veram materiam
Eucharistiae.
Minor etiam probatur ratione si consuetudo Ecclesiae
Occidentalis celebrandi in Azimo est unalis in
Occidente quia ab omnibus est recepta Igitur
etiam consuetudo Ecclesiae Orientalis celebrandi
in fermentato est unalis non est enim maior
ratio

ratio in una, quam in altera, nec una pars, ut superius diximus, Ecclia est potior aut melior Imo Concilium florentinum equalem definitionem utrique tribuit confirmat id totum suar. loco citato sic dicens. Unde confirmatur, nam sacerdos Latinus transiens per Ecclam Graecam non obligatur mutare Latinam consuetudinem ut omnes fatentur ergo neque e contrario Graecus obligandus est, nam licet Romana Ecclia, quae caput est magis approbet suam consuetudinem quandoquidem illam amplectitur tamen simpliciter, et respective, ut sic dicam aeque approbat utramque pro Latinis, et Graecis distributione accommodata.

Consequentia est certa, et non indiget probatione quia ex veris praemissis illata.

Ex quibus colligo 1.o Maronitas non potuisse mutare Ecclia consuetudinem universalem sine ulla rationabili, et legitima causa in maximum detrimentum illius Ecclia

Colligo 2.o non potuisse mutare illam consuetudinem, propterea illa mutatio fuit invalida et contra mentem totius Ecclia, ac omnium Sanctorum PP. et Doctorum, quare in pristinum statum revocanda est, non obstantibus quorumcumque in contrarium oppositionibus.

Colligo 3.o ex Concilio Trid.no eos quibalem consuetudinem

mutauerunt fuisse excommunicatos quia ausi
sunt mutare et alterare Consuetudinem Eccliae
Catholicae receptam.
Probatur 2° Consuetudo Eccliae recepta generalis
non potest mutari nisi ab habente auctoritate
sed Consuetudo celebrandi in fermentato est recepta
et uniuersalis ergo non potest mutari neque alterari nisi
ab habente auctoritatem.
Maior est nota, quia inferior non potest dispensare
in lege sui superioris, ut supra uidimus quia
huiusmodi Lex est superioris ordinis.
Minor probatur nam qui mutauerunt huiusmodi con-
suetudinem in Natione Maronitarum non ha-
beant ullam mutandi auctoritatem, Non Ma-
ronitae quia Consuetudo uniuersalis, et Concilium
florentinum illis obstabat, non Legati Aplici
quia hoc non habebant in Commissis et Concilijs
factis a Patribus Jesuitis Sedis Aplicae legatis ne-
que Patriam Antiochiae Nationis Maronitarum
quia ille est inferior Concilio Genli, et Decretis
Pontificijs restat igitur à non habente auctoritate
huiusmodi consuetudinem fuisse mutatam.
Colligitur 1° huiusmodi consuetudinem a solo uniuersali
Ecclesiae Pastore, et Concilio Genli mutari posse q.
Romanus Pontifex, et Concilium Genle est sup.
omne Ecclicum Jus.
Colligitur 2° Patriarcham Eccliae Antiochenae et
Nationis

Maronitar. neq. Legatos Sedis Aplicæ potuisse mutare talem consuetudinem conficiendi infirmentato, quia est superioris ordinis, ut patet ex florentino, Trid.no Constone Pij 5. et Epla Leonis 1. Confirmatur exc. X. decret. lib. 1. de consuet. tit. 4. ubi hæc habentur. Colligitur tanti æstimari consuetudines, ut quamvis fere evidentes et rationabiles essent, sine Licentia tamen Summi Pontificis non immutentur si hoc de irrationabilibus consuetudinibus dictum sit, quid de rationabilibus dicendum sit? Quid de fermentato pane ab Aplis tradito ab universa Ecclia recepto, et à Pontificum et Concilior. Decretis confirmato.

Sed obijciet P. aliquis nobis Paludan. in 4. dist. 11. q. 1. art. 4. qui arbitratur non teneri aliquem in Ecclia Græca uti fermentato, cum non videatur ullus deus debere se conformare Ecclie schismaticæ.

Respondeo Paludanum loqui de Ecclia schismatica et non de catholica, qua qualis est Ecclia Maronitar. quæ semper suo capiti Romano Pontifici unita fuit ut nunc etiam, cessavit igitur obiectio.

Paludano tamen pro Orientali Ecclia respondit Gregorius de Valent. disp. 8. q. 2 de Eucharist. mat. punct. 1. sic dicens. Hinc apparet infirmum fuisse argtum

argumentum Paludani. Graeci enim in eo quod u=
tuntur fermentato, non sunt schismatici, sed propterea
quod putant non nisi in fermentato posse et debere
Sacramentum confici, Itaq. non propriè se conformat
Ecclesiae schismaticae is qui in Ecclesia Graeca seu
ritu Graeco celebrans utitur fermentato.
Obijciet 1º ex Scoto in 4. dist. 11. q. 6. in fine, ex
Gabriele lect. 34. ut refert Suar. q. 74 art. 4 disp. 44
sect. 3. Panem azimum quamvis non sit de ne=
cessitate Sacramenti, omnibus tamen esse de neces=
sitate praecepti, ita ut peccent Graeci consecrando
in fermentato
Respondeo falsam esse praedictam sniam quia nullibi
reperitur huiusmodi praeceptum imo contrarium
ut patet ex Florentino et Constone Pij V. supra citatis
forsan huiusmodi auctores Bullam Unionis Eugenij 4
nunquam viderunt.
Respondeo etiam supradictos auctores velle prae=
ceptum particulare Ecclesiae occidentali impositum esse
unde praecipiuntur enim Latini in Pane Azimo
consecrare, quod ad Ecclesiam Orientalem non
est unquam extensum, ut ex supradicto Concilio Flo=
rentino, ex perpetua Ecclesiae traditione, et Constone Pij
V. clare constat, ipsi tamen volunt ad universam
Ecclesiam huiusmodi particulare praeceptum
extendere quod est erroneum, et contra Concilia
Obijciet

Obyciet 3.° in Synodo Prouinciali anno 1595 in Monte Libano facta Maronitas recepisse ritum celebrandi in azimo ut se ritui Ecclie Rom.e conformarent relicto altero ritu.

Respondeo P.° in supradicta Syndo non fuisse cellum Decretum editum de conficiendo in azimo et non in fermentato, nam si Legati Sedis Aplicae habuissent tale mandatum in d.a Synodo promulgassent 2.° Synodum particularem seu Prouincialem non posse derogare legi Concilij Gen.lis neq. Romani Pontificis, ut sup.a uidimus Concilium enim florentinum, et Pius V. Sanxerunt Ecclia.m Orientalem in fermentato et occidentalem in Azimo conficere debere

Obyciet 4.° Patres Soc. Jes. ut Legati a latere Sedis Aplicae mutarunt huiusmodi ritum, Ergo est ualida mutatio consuetudinis celebrandi in ferm.to

Respondeo Legatos a latere non posse mutare similem consuetudinem, quia non habuerunt talem facultatem, ut P. P. Joannes Brunus et Fabius Brunus è Soc. Jesu ambo Legati a Sede Aplica nihil dictitarunt.

Probatur ex Leone 9.° in Epla d.a quod Ecclia Romana nullo unquam tempore consuetudines et ritus aliarum Ecclias. alterare aut mutare, aut peruertere intenderit, sed potius conseruare

seruare admonet et suadet, ergo consuetudinem con=
ficiendi in fermentato, quam semper Gens Maronitar.
usa est, non mutauit, neq. alterauit, neq. peruersit.
Antecedens clarum est quia ibi dicit Leo intra et
extra Urbem Graecis se concessisse Ecclias, in quibus
usus conficiendi in firmentato exercetur, sicut etiam
Graecis in Urbe huoi facultas concessa est.
Consequens est clarissimum quia Eccliā Romā
nunquam intendit peruertere ritus, et consuetudines
aliar. Eccliar., sequitur igitur, neq. peruertere
voluit ritus, et consuetudines Eccliae Antiochenae
quibus Maronitae utantur, ergo nulla est, imo
irrita illa mutatio conficiendi in azimo pro
ferm.to nam sedes Aplica intendit conseruare tra=
ditiones Aplicas ad maius Eccliae decus et propa=
gationem
4.o si haec mutatio esset ualida Sacerdotes Orienta=
les conficientes in Azimo non peccarent sed huoi
Sacerdotes sic conficientes peccant mortaliter, ergo
non est ualida illa mutatio fermentati in Azi=
mum imo irrita in Eccliā Orientali.
Minorem probat Suar. loco citato, sic 4.o dicitur
tam Graecos quam Latinos teneri ad seruandum
suae Eccliae ritum haec est communis sentia
quae ita explicanda est In primis enim Sacerdos
Latinus in Eccliā latina conficiens, tenetur
sine dubio in azimo consecrare non solum
propter

propter scandalum sed etiam quia Ecclesiae consue=
tudo induxit obligationem Unde in c. litteras de
celebr. missar. punitur quidam sacerdos quod in
fermentato consecrasset, deinde sacerdotes Graeci
similiter in sua Ecclesia conficientes debent consue=
tudinem suae Ecclesiae conservare ut se censet Diu.
Vrom., et docent Caietan. Sot. et alij et colligitur
ex Concilio florentino, ex Leone 9. et ex Innocen.
lib. 1. de hoc mysterio cap. 39. ergo tenentur sa=
cerdotes Graeci suae Ecclesiae consuetudini se conformare
ergo sacerdotes Orientales si consecraverint in Azimo
peccabant, ergo irrita et nulla est illa mutatio
fermentati in Azimum facta in Natione Maro=
nitar. quia non est conformis consuetudini Ecclesiae
Orientalis
Sequitur ex hac Conclusione non teneri sacerdo=
tem Latinum, et orientalem suam consuetudi=
nem mutare, ut viaticum daret morienti quia
praeceptum communicandi non obligat semper et
omni tempore sed praeceptum consecrandi in azimo
vel fermentato obligat semper, et omni tempore
ut optime Suar. loco citato affirmat quia expedit
in hoc sacram.to conficiendo summa reverentia
servetur, et ideo oportet ut unalis Ecclesiae con=
suetudo non facile violetur ne aperiatur via
ad tractandum indigne hoc sacramentum et
contemnendi Ecclesias Ceremonias.

Probatur

Probatur ex Gregor. de Valent. disp. 6. q. 2. punc. 1.
de Euchar. mat. his verbis quamvis ad substantiam
et veritatem sacramenti non interest utrum Panis
sit Azimus, vel fermentatus, tamen necessita=
te praecepti Ecclesiastici obligantis sub peccato
debet Azimus in Eccliam latina, fermentatus
in Graeca, sive pro eodem repetamus, quando Eu=
charistia celebratur ritu Ecclesiae latinae debet
esse Azimus, quando autem celebratur ritu Ec=
clesiae Graecae debet esse fermentatus

1°. Probatur nam utriusque Ecclesiae consuetudo ha=
bet quamdam vim legis, et ut talis in Concilio floren=
tino approbata est, leges autem Ecclesiae sub pec=
cato obligant ut omnes tenent.

Sed obijciet Suar. loc. cit. ubi tractat. An sacerdos
latinus possit conficere in fermentato, ne proximus
sine viatico discedat, vel ne totus Populus diu sa=
crificio privetur, qui respondit negative, sic igitur
in Ecclesiam orientalem insurgit

Hic vero casus non potest moraliter accidere inter
Graecos, quia panis fermentatus facilius ubique
invenitur, quam azimus, si tamen fugatur oc=
currere securius esse hanc regulam sequi quam=
quam non esset tam certa obligatio, tum quia maius
periculum irreverentiae superstitionis, et scandali
in discedendo propter privatas necessitates vel

rationes

rationes a consuetudine Ecclesiae Capitalis, quam in discedendo a consuetudine alterius partis, et praesertim sequendo consuetudinem capitis, tum etiam quia illa obligatio Graecor. non est tam certa, neque tanta, ac tam solida auctoritate firmata

Respondeo hanc obiectionem coincidere cum sententia Paludani, ut supra vidimus, ab omnibus reprobata et hanc propter easdem rationes quibus ipsemet Suar. sententiam Paludani reijcit reijcimus.

Respondeo 2.º quod ipsemet Suar. in eodem loco respondit sic dicens, Expedit enim ut in hoc Sacramento conficiendo summa reverentia servetur, et ideo oportet, ut unalis Ecclesiae consuetudo non facile violetur, ne aperiatur via ad tractandum indigne hoc Sacramentum, et contemnendi Ecclesiasticas Caeremonias, et Ritus, sicut censet fere omnes Atreio consuetudo celebrandi in fermentato est universalis ut supra notavimus, et constat ex Florentino, et ex maiori parte Ecclesiae, quae utitur fermentato in conficiendo corpore Christi ergo &c.

Respondeo 3.º esse eandem consuetudinem obligandi ad conservandam consuetudinem Ecclesiae Orientalis quam occidentalis quia eodem modo praecipitur a Concilio Florentino ut sup.º vidimus eodem etiam modo ab omnibus Romanis Pontificibus cum eadem obligatione

obligatione commendatur, sequitur igitur esse eandem obligationem idem periculum irreuerentiae, superstitionis, et scandali in discedendo a consuetudine Ecclesiae orientalis alioquin essent duo praecepta diuersa indocentia diuersam obligationem in re tam graui quod est omnino falsum, quod neque ex sacris concilijs neque ex Romanis Pontificibus neque ex sanctis P.P. colligi potest imo contrarium.

Respondeo 4°. si hoc esset uerum non esset una Ecclesia Catholica, sed duae Ecclesiae diuersae quod est falsissimum ergo si est una lex, et obligatio circa unum, et idem uersatur, et si consuetudo Ecclesiae occidentalis est unalis ergo eodem modo obligat et eadem irreuerentia fit a transgressoribus.

Respondeo 5°. Romanum Pontificem esse caput totius corporis Ecclesiae, Ecclesia orientalis et occidentalis sunt partes huius corporis, ut supra aidimus, ergo eodem modo eas regit, et gubernat, nam una pars corporis non potest dicere magis est hoc caput meum, quam alterius partis, neque caput potest dicere magis est haec pars corporis mei quam altera, non enim apud

Deum

Deum est distinctio Judei et Graeci, nam idem
Dnus omnium dives in omnibus, qui invocant
illum ut ait Apostolus ad Romanos X si
hoc verum esset valeret illud dictum. Ego
quidem sum Pauli, Ego autem Apollo,
Ego ~~[illegible]~~ vero Cephae, Ego autem Christi divi=
sus est Christus, absit, non ne pro omnibus mor=
tuus est Christus. Quid igitur Suar. et Pal=
ludan. negabunt ne hoc! ergo concedere tenentur
eandem obligationem observandi traditiones
et consuetudines Ecclesiae orientalis, et occidentalis.
si eadem mater ex eodem ventre generavit nos
et eodem baptismate generati sumus, eodemq.
cibo ac potu nutriti sumus cur eodem modo
sub eodem capite eadem membra corporis
Ecclesiae non sint? non enim orientales sunt filij
Ancillae Agar, et occidentales filij liberae
Sarae, sed tam orientales quam occidentales
sunt filij eius eiusdem liberae Sarae imo Pau=
lus Apostolus hac Allegoria usus est scribens
ad Graecos.
Respondet Suar. si tamen figatur casus ~~[illegible]~~
occurrere securius esset eandem Regulam
sequi nempe expedit, ut in hoc sacramento
conficiendo

conficiendo summa reuerentia senectur, et ideo oportet ut unalis Eccliae consuetudo non facile violetur, ne aperiatur via ad tractandum indigne hoc sacramentum et contemnendi Ecclicos Caeremonias et ritus.

Ex quibus verbis colligitur quod Suar. dubitet tantum vel ita fecit, ne nimis Orientali Eccliae fauere videatur, quia ut optimus et timoratae conscientiae Doctor optime secundum mentem Concilior. defendit Eccliae Orientalis consuetudinem et ritus. Ad illa denique verba respondeo quia illa obligatio Graecor. non est tam certa neq. tanta ac tam solida auctoritate firmata. Obligatio conficiendi in fermentato est tam certa tanta, ac tam solida auctoritate firmata, ut tam certius aut tam solidius firmari non possit nam obligatio Latinor. celebrandi in Azimo non est certiori et solidiori auctoritate firmata, quia ambae sunt antiquissimae ambae a Apostolica traditione, eadem rone et modo confirmatae, ambae Concilior. Romanorumq. Pontificum decretis nituntur ambae eiusdem Catholicae Eccliae auctoritate fundantur et solidantur audi Concilium Florentinum a Connia q. 74. de Matr. Eucher. art. 4.° his verbis relatum

Item definimus in Azimo sive fermentato pane
triticeo, corpus Christi veraciter conficit sacer=
dotesq. in alterutro ipsum Dni corpus conficere
debere unumquemq. scilicet iuxta Ecclesiae suae
sive occidentalis, sive orientalis consuetudinem.
illud verbum debere indicat obligationem id
est tenentur sacerdotes orientales et occidentales
iuxta suam consuetudinem sub peccato mor=
tali corpus Dni conficere debere. unde colligant
Suar. et alij occidentales solidiorem et certiorem
esse consuetudinem Ecclesiae occidentalis consecrandi
in azimo quam orientalis Ecclesiae consuetudi=
nem celebrandi in fermentato, cum eadem Conci=
lij definitio et obligatio eisdem verbis utramq.
complectatur consuetudinem quae supra adduxi=
mus hoc ipsum confirmant ergo nulla est Pris
Suar. obiectio, alioquin alio modo definivit
Concilium flor. consuetudinem orientalem et alio
modo occidentalem, quod quidem falso con=
vincitur ex ipsomet flor.o Conc.o in lris unio=
nis obijciet nobis aliquis praestantissimum
Concilium q.e 74 de matr. Euchar. art. 4 dub.
2. sic dicentem, unde sequitur Graecos quidem
posse communi consensu Latinorum consue=
tudinem

tudinem amplecti: privatos tamen nullo modo id posse quamdiu in Eccl.ia manent, quia quisquis obligatur observare legem Eccl.iae suae praecepta.

Respondeo negative communis enim Graecor. consensus esset particularis lex conficiendi in fermentato est tamen Gen.lis continens sub se totam Eccl.iam Orientalem, et aliquam partem Occidentalem, sicut enim Hispani, sive Germani consensu Graecor. consuetudinem amplecti non possunt, quia sunt pars Eccl.iae Occidentalis, pars non potest ullum praeiudicium ferre toti, id quidem licere efficere non possunt.

Adde praeterea legem conficiendi in Azimo sive fermentato esse legem supremi legislatoris qualis est Romanus Pontifex, et Gen.le Concilium at consensum universae Catholicae Ecclesiae initum facere, nam inferior (ut sup.a diximus) et non potest derogare legi superioris est enim communis sententia, nulla ergo est obiectio coniuncta quia consuetudo, ut ipse dicit utriusq. Eccl.iae tam graviter obligans respective recepta est, utraq. est rationabiliter introducta et spiritu sancto dictante a Concilio Flor.o definita, qui aliter sentit

Concilio

flor.° derogat.

Sequitur ex his nullo modo ortes communi consensu amplecti consuetudinem Latinor. celebrandi in azimo neq. Latinos consuetudinem orientalium celebrandi in fermentato quia sunt superioris ordinis et auctoritatis.

Probatur Rone ea omnia, quae sunt semper et ubiq. non debent inuicem mutari sed materia et forma Eucharistiae sicut omnium aliorum sacramtor. sunt eadem semper et ubiq. ab initio suae institutionis in omnibus Ecclijs. Ergo non debent mutari neq. alterari inuicem, quia illa mutatio nihil utilitatis essentialiter affert rei mutatae quia semper remanet eadem essentia sicut si uinum album mutetur in rubrum, et homo niger mutetur in album, mutatur quidem accidentaliter non uero secundum substiam quia uinum remanet uinum, et homo homo secundum ea omnia quae ad substantiam et essentiam uini et hominis pertinent minor probatur a coniuk q. 60 de sacram. in genere art. 6.° dub. un. sic omnia essentialiter ad sacramta quoad materiam, et formam requisita a Christo pro omnibus universim Ecclijs, eadem sunt instituta ut

omnes

omnes fatentur nec potest Ecclia hac ulla rone
mutare qa sicut Christus non dedit illi potes=
tatem sacramti instituendi, ita nec dedit potesta=
tem eorum formam et materiam mutandi, quia ma=
teria et forma Eucharistiae semper fuerunt
et sunt eadem ab initio suae institutionis in omnibus
Ecclijs. Consequentia adeo clara est ut non indigeat
alia probatione addam tamen aliquid panis
enim Azimus, et fermentatus accidentaliter tan=
tum diversificantur sm tn substia sunt idem
nec addunt aliquod essentiale differunt tamen
sm accidens quia est unus Azimus alter vero
fermentatus, unus albus alter vero non adeo albus.
ergo licet mutentur accidentaliter non mutatur sub=
stantia illorum. semper enim remanet panis ut panis
ergo quod mutatur est accidens tantum.
Probata alia rone quando consuetudo v.g. conse=
crandi in fermentato inducit obligationem, vel
inducit universo Populo, vel Regno vel toti o=
rienti, vel occidenti, vel tantum aliquibus per=
sonis non hoc secundo, ut omnes fatentur, alioquin
non esset Genlis consuetudo, nec appellari potest vere
et realiter Ecclia consuetudo particularium
enim personarum non est consuetudo Ecclica

ergo

ergo primo modo.
Hispositis sic urgeo nam consuetudo obligans uni=
versum Populum Regnum et orientem ad illam
seruandam, non potest à priuatis alterari aut
mutari nec talis obligatio tolli potest nisi ab eo qui
eam imposuit, uel à supremo Ecclie Principe.
at uero consuetudo et obligatio conficiendi infer=
mentato ab Aplis tradita, ut optimè Arcudius
lib. 3°. de Sacramto Eucharist. cap. 3. refert, et à
Concilijs ut patet et flor.° et denique a Romanis
Pontificibus ergo non potest tolli huiusmodi consuetudo
nisi ab istis non sufficit consensus unius partis
Populi, ut deroget obligationi et consuetudini
uniuersali.
Ex quibus colligitur mutationem conficiendi inferm.to
factam in Azimum a quibusdam Maronitis
esse nullam, quia est contra omnia sup.a
d.a ideoque est reuocanda cum praesertim non
sit uniuersalis neque in tota Maronitarum
natione sit recepta.
Probatur alia ratione eam consuetudinem et ob=
ligationem quae communi consensu in unum
Regnum et Prouinciam introducta est non
potest alterari et mutari, nisi consentiant
omnes qui sunt in illo Regno et Prouincia q.a
parlarij

particularis Consensus non habet talem vim ut possit derogare universo o Populor. consensui; sed consuetudo conficiendi in ferm.to est communi Consensu totius Orientis introducta, ut patet ex perpetua traditione et usu omnium orientalium ergo non potest alterari aut mutari sine omnium orientalium Concilior. et Romanor. Pontificum consensu.

Ex quibus omnibus sequitur p.o mutationem factam in natione Maronitar. non solum fuisse ex totius orientis communi consensu, sed etiam sine omnium Maronitar. consensu, igitur invalida est, et in pristinum statum revocanda secundum Concilior. ac Romanor. Pontificum decreta.

Sequitur sec. 2.o per hanc mutationem renovari haeresim eor. qui putabant in Christi corpore non fuisse sanguinem, propterea intingebant corpus sanguine sic quidam Maronitae faciunt, quia communicant sub utraq. specie intingunt particulam in sanguine qui est in calice sequitur 3.o ut possint quidam communicare sub utraq. specie immittere solere particulas in calicem, quae ut sic malefactas constituunt unam massam, ita ut totus Populus non possit suscipere Corpus Christi sub utraq. specie.

Sequitur

Sequitur 4.° iniectas partes in calicem ita con=
glutinari in calice, ut nisi iniectis in calicem digitis
inde extrahi non possint.
Sequitur 5.° idem fieri in choclare dum communi=
catur Populus sub utraq. specie nam tum maro=
nitas consuetudinem cum periculo effundendi sangui=
nem.
Sequitur 6.° orationes et rubricas non correspondere
pane Azimo, quod maxime attendendum est in
omnibus Ecclesiis.
Sequitur 7.° maronitas confiteri Latinos in azimo
vere et realiter conficere contra sentiam Chris=
maticor. et haereticor. ut sup.a vidimus, quia panis
azimus est verus panis et sic definitum est in
Concilio flor.°
Sequitur 8.° quod neq. Latini in ferm.to neq. orles
in azimo absq. letheli peccato conficere possint
quia pervertunt suae Ecclesiae ritus et resistunt
voluntati Spiritus S.ti in Conc.° flor.° declaratae
Sequitur 9.° Orientales conficientes in azimo et
occidentales in fermentato, vere Corpus Christi con=
secrare quia uterq. Panis est vera materia Eu=
charistiae ut omnes Doctores Latini cum sancto
Thoma tenent.
Sequitur X. esse praeceptum conficiendi in ferm.to
et in azimo iuxta utriusq. Ecclesiae consuetudinem
quod

quod neq. Orientales, neq. occidentales absq. Conciliorum et Romanorum Pontificum auctoritate dissolvere possunt quia est superioris ordinis.

Sequitur XI. Eam obligationem, quae est de pane azimo esse de pane fermentato, q.a ab uno fonte et origine emanant.

Sequitur XII. Universum consensum unius Populi aut Provinciae non posse mutare fermentatum in azimum, neq. azimum in fermentatum, quia huiusmodi mutatio indiget maiori auctoritate.

Sequitur denique Sarrientes qui tenent unam consuetudinem esse meliorem altera, excitare odia in Ecclia Dei suscitare schismata et haereses imò asserunt à diversis fontibus oriri huiusmodi consuetudines quod est absurdissimum &c.

Dell'Abb.e Vittorio Scialach Accorense 1634

La sopra d.a scrittura in parte è falsa, perche li Maroniti mai hanno conservato in fermentato e sempre in Azimo, ne hanno mutato altro del rito, se non che hanno proibito la Communione sub utraq. specie, e celebrano la Parqua secondo la Correttione Gregoriana, e cosi non hanno mutato la consuetudine della chiesa Orn.le che è proprio la Greca, perche, ne anche gl'Armeni conficiunt in fermentato.

Regole che si devono osservare nelle facoltà

che

che si spediscono, e benche ui siano le formole accommodate non di meno perche lo stato della Religione Catt.ca uaria ne Paesi d'Eretici, e d'Infedeli deuono seruire hora una, e quando l'altra e sono inserite in latino nel libretto d'esse facoltà p.a Regola P.a che nei luoghi, ne quali l'essercitio della Religione Cattolica è libero, e publico, non si conceda à Missionarij le facoltà di amministrare li Sacramenti Parochiali, cioè Battesimo Matrimonio, Communione nella Pasqua, Viatico, et estrema Vntione, se non con la Clausola, se in quei luoghi non sono ordinarij ò Parochi, ò serui sono de loro licenza.

4.a 2.a Che nei luoghi ne quali il detto essercitio è libero nià secreto si osserui detta prima Regola nello trè Sacramenti Parochiali, cioè Battesimo Matrimonio, et Estrema Vntione saluo in caso di necessità respetto al Battesimo, et Estrema Vntione e quanto al Matrimonio ne luoghi solo, oue non è publicato il Concilio di Trento, mà gli altri Sacramenti possano da Missionarij amministrarsi senza la pred.a Clausola

De licenza degl'ordinarij ò de Parochi.

4.a 3.a Che ne luoghi, ne quali il d.o essercitio così publico, come scritto è prohibito, si conceda d.a facoltà dei Sacramenti Parochiali, ai Missionarij con la Clausola.

Clausola se facilmente, e senza pericolo si pos-
sono trovare gli Ordinarij, ò li Parochi, è vero senza
questa Clausola se così parerà espedirne ne luoghi
dove difficilmente, e con pericolo si possono tro-
vare come in Inghilterra, e Scotia.

404. Regola 4ta che la facoltà di dispensare nei ma-
trimonij si dia alli Missionarij nell'uno, e nell'altro
foro ove non sono Vescovi, ma ove sono nel foro interno
solamente, con questo però che così li Vescovi come
li Missionarij nella concessione di tale dispensa
siano tenuti d'inserire l'articolo di questa facoltà
con espressione del tempo, al quale è stata loro con-
cessa

405. 5.° Che nei luoghi, ne quali per la distanza ò altra
qualche causa è difficile il ricorso alla santa
Sede Ap.ca si possa concedere alli Missionarij
la facoltà di assolvere da casi riservati, ad. S.
Sede, facendo però riguardo alla distanza de
luoghi, e questa in tempo limitato senza la clau-
sola de presenti.

406. 6.° Che ne luoghi d'Italia, ove sono le missioni
et in Francia, Germania, e Fiandra la facoltà di
assolvere da predi. casi possa concedersi alli Mis-
sionarij per gl'Eretici di nuovo convertiti, ma per
li Catt.ci nuovi dimoranti in d.i luoghi si conceda à
Nuntij Aplici con facoltà di subdelegarla nei
luoghi, e casi particolari, la ragione di questa

Regola

Regola è, acciò che li Catt.ci vecchi mentre stanno in angustie per la difficoltà di ottenere l'assolutione non venghino peruertiti, da Ministri heretici, et i nouelli conuertiti per la medema difficoltà non ricadino nell'Eresia.

Discorso sopra l'articolo XI della prima formola di che si è fatto mentione in altri simili dubij

4a) Dispensandi cum Gentilibus et Infidelibus plures Vxores habentibus, ut post Conuersionem, et Baptismum quam ex illis maluerint (si etiam ipsa fidelis fiat) retinere possint, nisi prima voluerit conuerti

Il dubio è sopra quella parola retinere, perche deue essere in libertà del Gentile, che si conuerte di pigliare altra moglie diuersa da quella che egli hà, purche sia fedele, perche secondo il parere di Ocagnia de Sacram. tract. 3 q. 3a. n.o 9.o in fine Basil. Pons. de matrim. lib. 3. de condition. cap. 12. n. 5. Sanch. lib. 5. tom. 1. de Consensu condition. disp. 12. n.o 4) il Matrimonio di lui con la prima non vale, come contratto con patto, ò espresso, ò implicito, ò con intentione di pigliarne anche altre, qual patto, come che il matrim.o per sua natura sia solo di uno con una viene senza dubio à renderlo inito, e nullo.

Sanch. tantum loquitur quando deducitur in pactum non

non autem, qui fit cum sola intentione, quae secundum ipsum non uitiat matrimonium. Veram.te molti gran Dottori, secluso anche q.to parto, tengono che il fedele, e che si conuerte possa non ostante che l'Infedele uoglia pacificam.te e sine Contumelia Creatoris co habitare seco, passare ad altro matrim.o con qual si uoglia altra fedele, e ciò per concessione diuina in fauorem fidei christianae

Ne osta il luogo dell'Apostolo p.a Corinth. Si quis frater Vxorem habet Infidelem et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam perche dicono con S. Agostino lib. 1. de adulter in Coniug. cap. 13. et 19. che questo è mero conseglio, e però stà in arbitrio del fedele di lasciare l'Infedele, quando ammonito ricusa di conuertirsi.

A quelli poi che tengono, che sia precetto si risponde che ciò poteua ben essere nei primi tempi della Chiesa così perche essendo il zelo de fedeli nell'age del suo feruore, uenissero a conuertirsi, il che ordinariam.te auueniua, con la cohabitatione di essi anche gl'Infedeli come ancora, perche non si rendesse, dice Teofilato

Super dictam locum Apostoli

et Oecumenio, riprensibile, et abborribile la Relig.e Christiana, se così facilmente, e con perturbatione dell'humana società li matrimonij legitimam.te contratti, si sciogliessero, e soggiungerò di più Cornel. à la pid. super d.m locum Apostoli, n.o 164 Bened. Iustinianus in d.m locum vers. 13 in fine, et alij, ego dico, non dominus, voglia inferire, che Christo di questo particolare non fece legge alcuna, mà permise agl'Apostoli et alla Chiesa di disporne secondo la varietà de tempi e ~~qu~~ qualità delle persone regolando la cohabitatione per mezzo de superiori legitimi con le circostanze del timore della perversione, e della speranza fonda l'Ap.lo il suo ò conseglio ò Precetto che sia mentre dice

Photium citat Bened. Iustinian. ubi s.a

et consentit habitare cum illo le quali parole dice Fotio, insinuano una propensione d'animo nell'Infedele di abbracciare la fede Christiana, et esser perciò lontano il pericolo della perversione, e della Contumelia del Creatore. Mà tornando al proposito dico, che in trè modi può il Gentile contrahere il matrimonio. Il primo è quando nel contratto hà ben intentione di pigliare più mogli; mà non l'esprime

et

et è meram.te interna, e questo modo non irrita il matrimonio com'è commune sentenza de Dottori, Il 2.o è quando il Gentile contrahe secondo il rito suo quale è di poter hauer tante mogli, quante può alimentare, mà però nel contratto non ne interpone patto ne conuentione alcuna, e questo pure come tengono molti Teologi non inualida il matrimonio, altrim.te seguirebbe che il primo matrimonio de Gentili, appresso li quali ò anticamente ò uero hoggi, è in uso la Poligamia, fosse inualido; E pure l'Apostolo, li Decreti de Pontefici, la prattica della Chiesa, e la commune Dottrina de Teologi suppongono il matrimonio loro con la prima, etiamdio oue la Poligamia era in uso, esser rato e realido Il 3.o è quando nel contrahere il primo s'interpone patto espresso di pigliarne anche altre e questo dicono communem.te i Dottori che ~~irrit~~ irrita il matrimonio

Alfonso nondimeno Vera Crux Agostiniano Professore primario di Teologia nell'Uniuersità mexicana che uisse molt'anni in quelle parti dice 2 p.e specul. coniug art.

art. 4. che il patto etiamdio espresso di pigliarne altre non vitiava il matrimonio de Gentili per la consuetudine loro d'interporlo nel contratto perche se bene era contro la legge di Christo ciò non costava loro avanti la promulgatione di essa l'istesso secondo la Dottrina di quest' autore in più luoghi, bisogna dire di quei Gentili, a quali non è stata sufficientem.te promulgata con questa differenza però che avanti il Vangelo la consuetudine de Giudici di pigliare più mogli, essendo passata nei Gentili, l'usavano e questi e quelli senza peccato, e contrahevano validamente con tutte, come molti Dottori dicono raccogliersi da S. Agostino lib: 2 c. contra Faustum cap. 45. Ludov. Merat. tom. 3. in sum. Div. Thom. tract. de matrim. disp. 5. sect. 4. n.o 6. et 7. qui refert verba Divi Augustini Bellarmin. cap. 11. lib. 2. de matrim. Gregor. de Valen. 3 p.e disp. X.a q.e 1. punct. 3. Franc. Sylvius in 3. p.e q.e 65. art. 2. ques. 2 qui docet Polygamiam Gentilibus fuisse licitam et eos valide contrahere Philip. Gamach. in 3. p. de sacrament. matrim. c. 5. §. Denique admonemus dicit Polygamiam fuisse concessam

etiam

etiam paganis. et citat Diu. August. loco suprad.o
Basil. Pone. lib. 7. c. 4. q. n.o 4. qui ultra Bellar=
min. et Gregor. de Valent. citat Joannem Pi=
nedam lib. 5. de rebus Salomonis c. 5. n.o 5. colli=
gitq. hoc ex diu. August. loco citato, mà hora
i Gentili, a i quali non è sufficientem.te data
notitia del Vangelo, se bene come dice il med.o
Autore c. 1. p.a spicul. coniug. art. 17. concil. 4
continuando in detta consuetudine non peccano,
restano però, suppostane anche l'ignoranza
invalidi, e nulli tutti li matrimonij del pri=
mo in poi, contratti con le altre per la legge
della manogamia, e rivocatione d'ogn'altra
legge, consetudine, e rito fatta, e publicata
dà Christo in S. Matteo al 19. la quale
hà forza di annullare tali matrimonij con=
tratti e d'inhabilitare le persone à contraherli
anche appresso quei Popoli, e Nationi, che in=
vincibilm.te la ignorano Questa opinione del
Vera Cruz, che il patto interposto non annulli
il matrimonio con la prima benche sia contro
la Commune, dimostra almeno che la cosa
non è fuori di controversia onde è parso di
non ricedere dallo stile, e prattica del cap.

Prudemus

Gaudemus de diuortijs ne dell'antica formola come conforme alla sacra Scrittura, alli Canoni Ecclici, et all'usato modo di parlare de Dottori.

E quanto alla parola retinere, parue che onninamente douesse retinersi essendo usata dall'istesso c. gaudemus, da tutti li Dottori che scriuono in questo proposito.

E se bene questa facoltà non impone Pretesto alcuno, è però fondata in tanta conuenienza e raggioneuolezza, che deue per ogni modo pratticarsi, come sin qui s'è fatto, perche si come sarebbe di scandalo à gl'Infedeli istessi se il conuertito ricusasse la moglie uolente anch'essa conuertirsi, cosi sarebbe ancora di grandissima ammiratione, se rifin=tando questa di conuertirsi pigliasse altra non cognita da lui benche fedele, e l'asciasse una dell'altra da lui cognita, e che conuertire si uolesse, e massime se n'hauesse hauuto figli.

Die 15 februarij 1660

In Congne Concilij

Angelapolitana in Indijs Occidentalibus

In

c-6. In Constitutione S. M. Urbani VIII. præ=
408 figitur forma eijciendi à Religione Profes=
sos incorrigibiles, quia non seruata Prouin=
cialis ordinis Carmelitarum Discalceator.
nonnullos Professos sacerdotes eicit, à ratione
quod Constitutio supradicta non liget suam Re=
ligionem cum per eam usu non fuerit recepta
ideò Episcopus supplicat declarari.
An omnes superiores Regulares, et præ=
cipuè Carmelitarum in eiectione Professor.
formant in dicta Constitutione præscriptam obser=
uare teneantur
Cong.o respondit affirmatiuè
Limen die dicta dubitatum fuit an P. P. Socie=
tatis Jesu in sacris Constituti iuxta Indulta
et priuilegia Societatis postea eiecti, et absq.
Patrimonij, et Beneficij assignatione ad pro=
409. priam sustentationem competente iuxta for=
mam Concilij habeantur, ut suspensi secundum
Decretum S. M. Urbani VIII. de Apost. et
eiectis.
Sacra Cong.o respondit quoad suspensionem
dimissi post sola uota simplicia non com=
prehendi in Constitutione Urbani. Quo uero ad
alimenta nihil innouandum.

Adde

Adde fagnan. in c. à nobis il p.e de sent. excom. à n.o 15. ad 17. quamquam in in ex Decreto de Apostat. et eiect. statum sit, ut eiecti extra Religionem degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio ordinum, tamen hoc Decretum non afficit Religiosos, qui uota substantialia simplicia in Sac. Terre. emiserunt, tales enim possunt a Praeposito Generali dimitti, et à uotis liberari, ex rationabili causa ut in Constone Gregor. 13 quantò fructuosius, et in Constone X. Gregorij 14. Hoc etiam habetur apud Auil de Censur. p.e 3. dub. 1. conclus. 2. Suar. de Censur. d.e 13. sect. 1. 7.a suspensio Dian. resol. moral. tract. 10. resol. 57. p.e 1. fol. 188. Garc. de Benef. in add. p.e 5. n.o 13. Card. Pallauicin. in libro Vindicatores Societatis c. 34. Segouien. in Indijs Philippinis 27. maij. 1656.

430. Exponente Epo. quod, in Diaecesi ferè omnes Ecclie Parochiales, reguntur et administrantur à Regularibus supplicabat propterea declarari. An Euoi Regulares subijciantur

Jurisdict.ni

Iurisdictioni, visitationi, et correctione ipsius Episcopi

Sacra Cong.o Concilij respondit affirmative in ijs tantum quae spectant ad curam Animar. secus in alijs.

Para quarien. 13 Martij 1666 Dictum fuit Epo

431 volente animadvertere censuris in Iesuitas Parochos munia Parochialia sine eius approbatione obeuntes non posse Iesuitas eligere

Cong.o Concilij Conservatores asserta sua privilegia defendendi causa.

Item Cong.o censuit Eprum posse Parochiales Ecclias. et Doctrinas Patrum in concernentibus curam animarum visitare.

a Vicarias

430 Item Epo competere Ius approbandi Parochos eiusdem societatis Pres ad Sacramentales Confessiones audiendas et ad caetera munia Parochialia exercenda.

433. Igitur Epo contrad.os Parochos praenarrata munia Parochialia absq. eius approbat.ne exercentes posse paenis et censuris Ecclicis ~~ad~~ animadvertere donec de eor. privilegijs doceant. Cubana 27. Aprilis 1671.

434 An Religiosi ordinum SS. Francisci Dominici, Augustini. B. Ioanneis Dei, et Beat.mae Virg.nis Mariae de mercede commorantes in Insula Cubae

Cubæ vig.e privilegior. olim eor. Religionibus ab hac Sancta Sede concessor. possint processionaliter incedere ultra circuitum propriorum monitior. sine licentia ordinarij.

Sacra Cong.o de Propaganda fide Respondit non posse.

435. An Prælati dictar. Religionum super interstitia et extra tempora suos Religiosos dispensare valeant.

Cong.o Respondit ut ad proximum.

436 An Religiosis præd.is in propriis Ecclesijs tribus aut quatuor horis ante diem Missam celebrare liceat.

Cong.o respondit negative.

437. An præd. Regulares media inter Armenta et in locis absq. forma Oratorij cum Altaribus portatilibus celebrare possint.

Cong.o respondit ut ad proximum.

438 An de facto possint permittere Sacerdotibus Sæcularibus celebrationem Missæ absq. eo quod sint approbatæ dimissoriæ eor. — Negt.ve

Resolutiones dubior. propositor. ab Epo Angelopolitano in Indijs occidentalibus et Patribus Soc. Jesu, et resoluta in Cong.e particulari deputata a SS.mo Dno Nro Innocentio XI.

Diebus 6, et 16 Aprilis 1648

P.o

P.º An in casu quo Epus praecipiat Decreta aliqua Concilij Trid.ni à Regularibus observari et in executione demandari Regulares quicumq. etiam Soc. Jesu sub praetexta quod Euoi praecepta infringant sua privilegia possint eligere Conservatores.

Cong.º respondit. Si Epus praecipiat Regularibus etiam Soc. Jes. ut Decreta aliqua Concilij Trid.ni observent, ac exequantur in illis casibus in quibus per ipsum Concilium vel Constones Apostolicas Regulares exempti subijciuntur Jurisdict.ni et correctioni Epi, minimè licere ipsis Regularibus obeam causam conservatores eligere.

440 2.º An quando Ordinarius procedit Jurisdict.ne servato adversus Regulares praed.os in casibus in quibus per Concilium Trid.m, vel Constitutiones Aplicas ipsi subijciuntur, possint Conservatores Judices assignare.

Respondit ut ad proximum non posse

441 3.º An Regularibus etiam Soc. Jesu asserentibus se habere privilegia quo minus obediant Epo in executione Decretorum Juris communis Concilij Trid.ni, et Constonum Aplicarum ordinarij debeant ipsis ~~adt~~ ad libere fidem absq. ~~vel~~ exhibitione Euoi privilegiorum.

Respondit ordinarios non teneri Euoi assertioni fidem

fidem adhibere absq. integrali privilegiorum exhibitione.

4º An in casu, quo Regulares quicumq. et Soc. Jes. exhibeant aliqua privilegia, et ordinarij judicent ea non suffragari casu, de quo agitur et ad rem non facere, Regulares praed. possint, et debeant provocari ad summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis, ad Metropolitanum sive ordinarium viciniorem vel potius possint hoc casu eligere Judices conservatores.

Respondit si verba privilegiorum sint obscura et ambigua non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epum, nec conservatores eligere, sed summum Pontificem pro interpretatione esse adeundum.

443 5º Utrum Constitutio fel. recor. Greg. 15. circa Conservatores Regularium publicata anno 1621 cum declarationibus Emorum Sac. Congnis. Concilij Interpretum desuper editis aeque afficiat et comprehendat Religiosos Soc. Jesu. ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia praedta societatis privilegia fuerint reducta ad terminos dae constonis et sic in posterum debeant ab ijs eligi Conservatores iuxta formam et tenorem praedae constitutionis.

Respondit Sacrae Constonem cum declarationibus ut praefertur

praefertur editis aeque afficere Religiosos Soc. Jesu
ac alios ordinum et Conservatores ad illius rescrip=
tum esse eligendos non obstantibus quibusvis pri=
vilegiis, quippe omnia sunt traducta ad terminos
ipsius Constonis.

6.° An Regulares praed.i gravati aere alieno vel
444 ad ratiocinia vel testamentorum executores
possint convenire coram ord.rio si Conservatores non
nominaverint intra tempus habile ~~ad~~ ab ord.rio
praescriptum.

Respondit Regulares in causis praefatis coram ord.rio
loci esse conveniendos, si ad praescriptum Constonis
S. M. Gregorij 15. Conservatores non elegerint ipsiusq.
electionis documentum intra praefinitum tempus
in actis Curiae ipsius ord.rij non exhibuerint
ac dimiserint.

7.° An d.i Regulares Conservatores, sive ad
445. Jura sive ad privilegia tuenda assumentes te=
neantur ante exercitium Commissionis praestare
cautionem coram ord.rio sive alio Judice com=
petenti de Judicio sisti, et iudicatum solvendo, casu
quo in lite sive causa succubuerint

Respondit non teneri.

8.° An quando Epi Juca vel decimas Cathedralium
adversus Regulares praed.os Dote sua spoliantes
Ecclias coram Judice competente tuentur, liberosq.
Memlia et allegationes producunt Jus Ecclias
Cathedralium exprimentes et acquisitiones Religio
sos.

aliaq. id generis adnumerantes Eccl.ci Scriptor. occone possint Regulares nominare Conservatores praetendentes iniuriam sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones.

Respondit si Episcopi pro tuendis Juribus Cathedralium Ecclesiar. coram Judice competenti huiusmodi scripta producant, et Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, et modestè referant non licere Regularibus ob eam causam ad Conservatores recurrere

9. Verum Regulares quicumq. etiam Soc. Jesu possint

447. administrare Sacramentum Poenitentiae Saecularibus absq. licentia Epi. Diocesani, etiamsi in aliena Diocesi approbatus sit.

Respondit Regulares etiam Soc. Jesu in una Diocesi ab Epos approbatos ad Confessiones personarum Saecularium audiendas nequaquam posse in aliena Diocesi Eccl.ci Confessiones audire sine approbatione Episcopi Diocesani.

X.o An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Diocesi ~~con~~ confessiones Saecularium absq. sua approbatione, vel Concionatores absq. licentia Epi. intra et extra proprias Ecclesias possit procedere eos à talibus ministeriis removendo sine praeceptis et alijs Juris remedijs coercendo.

Respondit eisdem Regularibus qui Confessiones personarum Saecularium audiunt sine approbatione Episcopi loci vel praedicant in Ecclesijs sui ordinis non petita illius benedictione, aut in alijs ~~Eccl.~~

Ecclesijs

Exhys absq. eius licentia, vel in Exhys etiam
sui ordinis ipso contradicente posse Epum in
rem Constns fel. rec. Greg. XV. quæ incipit
Inscrutabili Dei providentia tam quam Sedis Ap.ca
Delegatum administrationem Sacram.ti Pœnitentiæ
ac munus prædicationis interdicere, eosq. spiritu-
alibus medijs coercere, et punire.

11. An quando Epus constat d.as Licentias obtentas non
449. fuisse, ipse possit præcipere, ut donec Licentiam
intra præscriptum tempus exhibeant, à tali minis-
terio abstineant, et an requirendus sit per Epum
pro his exhibendis Provincialis in alia Diœcesi
vel longissime existens, vel ipsi Regulares
Confessarij, vel eorum Superiores eiusdem Dio-
cesis in qua prædt.a exercent.

Respondit posse Epum sic præcipere nec pro suoi
Licentijs requirendum esse Provincialem de facto
esse ipsos Religiosos requirere, aut eorum Su-
periores in Diœcesi Episcopis existentes.

12. An si contingat ut aliquis prædt.us Regularium
450. insurgat contra Episcopum in propria Diœcesi
maledictis cum scripto, vel dicto Populum scanda-
lizando, possit ab Epo puniri, et qua animad-
versione, et quid si huiusmodi delinquens transeat
ad aliam Diœcesim Eius casu observandum
sit, et qua pœna puniendus sit Regularis, qui

commotus

in vna Diœcesi spargat famosos libellos contra Ordinarium alterius Diœcesis.

Respondit si Regularis intra Claustra degens, extra ea in casibus in dubio expressis, ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante teneri superiorem Regularem infra tempus ab Epo præfigendum seruare illum punire ac de punitione Episcopum certiorem facere alioquin sic delinquentem ab Epo puniri posse ad præscriptum Concilij Trid.ni cap. 14 sess. 25. de Regular. quod si delinquens ad aliam Diœcesim migrauerit seruandum esse quod præcipitur in Constitone S. M. Clementis VIII. incipien suscepti muneris ratio.

13. An Conseruatores nominati, et electi à Regularibus præd.ti ante exercitium suæ Commissionis tenentur Electionis authenticam documentum exhibere coram ord.rio sub pœna nullitatis actuum

451

Respondit utique teneri

14. An priuilegia quæ sunt contra Jurisdictionem Ordinarij, et quibus gaudent et gaudere prætendunt Regulares præd.ti debeant Episcopis notificari siue insinuari.

456

Respondit Regulares teneri huoi priuilegia Epo exhibere si eis uti voluerint.

15. An prædia rustica metallorum fodinæ, sacchari, opificinæ

453 opificinae a Regularibus Societatis, vel alijs possessa, vel aliae Domus seculares in quibus vid.t unus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant privilegio Collegior. seu Conventuum
Respondit non gaudere.

16. Utrum Regulares praed.i Aplicas quarumcumq.
454 mercium, macella, et similia praesertim prope Collegia, sive Conventus exercentes possint ab ordinario sub Censuris inhiberi, ne huiusmodi exerceant
Respondit non posse Epum hoc prohibere Regularibus exemptis, sed si in praemissis ita notorie delinquant extra Claustra, ut scandalo Populo sint, servandum est quod dictum est supra in resp.e ad 12

17. Utrum Regulares etiam P. P. Jesuitae in suis
455. praedijs, opificinis, alijsque suis Domibus saecularibus sitis intra limites Parochialium ad se non spectantium, possint administrare Sacramentum Baptismatis, Solemnis Matrimonij, extremae Unctionis, et Eucharistiae in festo Paschatis famulis mercennarijs rusticis, sive alijs id genus hominibus saecularibus absq. Ordinarij vel Parochi Licentia.
Respondit non posse.

18. Utrum P. P. Soc. in Civitate, et Diaecesi Angelor.
possint consecrare vasa sacra, altaria, et
456. similia, in quibus Unctio requiritur.
Respondit Itidem non posse.
Pro parte vero Religiosor. Soc. Jes. proposita fuerunt

fuerunt infrascripta dubia.

1. An Episcopi in partibus Indiarum possint ex
457. integro totum unum monasterium vel Colle=
gium ab audiendis Confessionibus suspendere?

Respondit Epos. Indiarum posse quidem om=
nibus simul unius monasterij, vel Collegij Con=
fessarijs adimere facultatem audiendi Confes=
siones personarum saecularium etiam inconsultas
Congne Epor. et Regularium negotijs praeposita
cum Decretum ab ea editum die 20 9bris 1615.
ex intentione defectu, et convenientia morali
non extendatur ad regiones illas tam longe
ab Urbe distitas. Verum ab hac genli suspen=
sione quae vix sine scandalo et animarum
pernicie contingere potest, abstinendum esse
Episcopis, nisi gravissima subsistente causa
super quo sac. Cong.o illorum conscientias
graviter voluit esse oneratas

2. An Episcopus regularem pro Confessionibus semel
458 approbatum, sine nova causa suspendere possit
ab ipsis Confessionibus audiendis.

Respondit Regulares alias libere ab Epo praevio
examine approbatos ad audiendas ~~cof~~ Confes=
siones personarum saecularium ab eodem
Episcopo suspendi non posse sine nova causa
eaq. ad Confessiones ipsas pertinente.

An

30 An Bulla Pij V 34 in ordine tom. 2 Bullarij
459 concessa instante, et supplicante Ser.mo Rege
Catholico non ad petitionem Regularium sit re=
uocata in Bullis summor. Pontificum, in
quibus exemptiones regularium mitigantur.
Respondit agendum cum SS.mo anuelit decla=
rare Bullam non esse reuocatam, illam
tm non suffragari nisi in locis ubi est defectus
Parochor.
4.o An Episcopus possit cum censuris procedere
460 contra Regulares exemptos si inobedientes
fuerint in Confessionibus audiendis uel prae=
dicatione uerbi Dei, et hoc an uig.e Concilij
Trid.ni, uel per quem Canonem.
Respondit posse procedere non quidem in uim
Concilij Trid.ni sed in uim Constonis Greg. XV.
quae incipit Inscrutabili.
5. An Licentia audiendi Confessiones et praedicandi
ab Epo per Litteras missiuas. An solum per
Litteras Patentes Cancellariae concedi possit?
Respondit posse concedi etiam per Litteras
missiuas, uel oretenus si ita Epo uidebitur
6.o An talis Licentia oretenus sine scriptis concedi
possit
460 Respondit ut ad proximum.
7.o An facultas eligendi Conseruatores concessa
463 Societati a Greg.o XIII suffragetur illis in locis
in quibus non adsunt Judices Synodales.
Respondit

Respondit ubi non ad sunt Judices Synodales privilegium Gregorij 13 non suffragari quoad hoc ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores dummodo tamen in reliquis servetur forma Constitutionis Gregorij XV. hac de re editae

8. An Conservatores Societatis Vicarios gentes Epos.

464 auctoritate Aplica, per sententias Censuras et poenas Ecclesiasticas compellere possint uirtute Bullae Gregorij XIII incipien. Equum reputamus. Datum ultimo febr. 1573.

Respondit posse a manifestis iniurijs et violentijs eos compescere etiam Censuris et poenis Ecclesiasticis

Errores Georgianorum, qui sunt Populi Graeci ritus cum responsionibus Pris Abb. Hilarionis Cisterciensis pro Instructione Missionariorum

465. Primus articulus

Negant Spiritum Sanctum à Patre procedere.

Athanas. art. 4. contra Arrianos. non tria principia, aut tres Pres introducimus, sicut Marcionistae, cum non tres solos ad comparationem adducamus sed unicum solem eiusq. splendorem unicam ex ambobus lucem.

Didimus libr. 2 de spiritu Sancto ex uersione Hyeronimi Saluator, qui est ueritas ait Non enim loquitur à semet ipso, hoc est non sine me, et Patris mei arbitrio, quia inseparabilis

filio a meo, et Patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex Patre, et me est, hoc enim quod subsistit, et loquitur à Patre, et me illi est et infra. Neq. enim aliud est filius exceptis his quae ei dantur a Patre, neq. alia substantia est spiritus Sanctus praeter id quod datur ei à filio, propterea autem ita dicuntur ut eamdem in Trinitate credamus esse naturam Spiritus Sancti, quae est Patris et filij.

Nazianzenus artic. 49. in fin Dominus. Salvator q. noster De meo, inquit, accipiet ex eo, utiq. quod est filius, ~~quod est filius~~ quia et filius de eo quod Pater est Chrysostom. homil. in symbol. Iste est spiritus procedens de Patre, et filio qui dividit propria dona singulis prout vult. idem tom. 2. in symbolum ecce, et spiritum credimus. quia spiritus Sanctus procedens de Patre, et filio charitate coniungitur Cyrillus Alex. Epistol. ad Nestorium Spiritus appellatus est veritatis, et veritas Christus est, unde et ab isto similiter sicut ex Patre procedit Recepta est haec Epla in Concil. Ephes. tom. 1 cap. 14 in synodo 4. art. 5. synodo 5. art. ult. in synod. 6. art. 17. in synod. 7. art. 7.

Idem lib. 13 Thesauri. cap. 1. Hinc habes ex Salvatoris substantia Spiritum sanctum esse, nec alienum ab unius Deitatis substantia et in fine. Quoniam igitur vita secundum naturam

naturam filius est, et spiritus etiam sanctus, quem ipse largitur, uiuificat, necesse est omnino confiteri ex substantia Patris et filij, esse. Vid. tractat. de spir. sanct. Gennadij Scholarij Process. trans. l. de Graeco in Latinum in difensione 5 capitum conc. floren. a fabio Benevolentio

2.^s Articulus.

466. Purgatorium asseueram dari, non tamen per ignem sed tantum animas cruciari in loco quodam obscuro et maestitudinis.

Non est pertinens ad fidem, sed non concedatur non esse ignem in Purgatorio, nec impugnentur contrarium sentientes sed tolerentur pro nunc, quia non est adhuc ab Ecclia definitum

3.^s Articulus

467. Negant iudicium particulare Animarum Christianorum siue iustorum, siue iniustorum, Itaq. decedente aliquo dicunt per manus Angeli Custodis deferri illius animam ante Christum in Paradisum et si quidem iustus fuerit, mitti in locum quemdam Letitiae, ubi uiridaria et pulchra sunt Palatia, At si Impius fuerit in Locum tetrum, et obscurum demitto

in quibus

in quibus locis volunt ea detineri usq. in diem Judicij sistendas tunc post resurrectionem ante Judicem accepturas æternæ Beatitudinis aut damnationis sententiam, si vero aliquis cum pœnitentia ex hac vita decedat, dicunt hunc per aliquod tempus mitti illum ad locum horroris, et postmodum ad locum Lætitiæ transmitti, ubi cum cæteris Judicij diem expectet.

Non coherent sibi ea, quæ in articulo referuntur nam dicitur quod fatentur decedente aliquo, animam illius ante Christum statui, et si quidem iustus fuerit, mitti in locum Lætitiæ, et si impius in locum tetrum, et obscurum, ergò in uniuscuiusq. obitu fit iudicium, et discretio.

Judicium particulare Eccles. 11. facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuiq. iuxta vias suas, et in fine hominis denudatio operum illius Item ex illo Hodie mecum eris in Paridiso. Item ad Hebr. 9. Statutum est omnibus semel mori post hoc autem Judicium.

Arisostom. homil 37. in matth. Posquam diem tuum obieris, Judicium et pœna consequenter Domasc. orat pro Defunctis

Aiunt

Aiunt viri divinitus illustrati, quod cum exhalamus spiritum, ac quasi in libra humana opera probantur.

Idem probant ea quae ad articulum 4.um adducimus.

4.s Articulus.

468. Visionem deinde Dei ante corporum resurrectionem animabus non concedunt ut ex praecedenti patet errore.

Lucae 33. Hodie mecum eris in Paradiso

2. ad Corinth. 5. scimus, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur aedificationem ex Deo habemus Domum non manufactam in Caelis, et infra Dum sumus in corpore, peregrinamur a Dno per fidem enim ambulamus, et non per speciem Igitur iuxta Paulum deposito corpore ambulamus, non amplius per fidem. sed per speciem, et ducimur ad Domum aeternam in Caelis ad Philipp. 1. Cupio dissolvi et esse cum Christo.

Ignatius Martyr Epist. ad Romanos Aqua vivens manens in me intrinsecus mihi dicit, Veni ad Patrem sinite me parvum lucem aspicere. illuc perveniens. Homo Dei ero. Item miserabilis

sum

sum nunc donec merear Deum aspicere Quibus
verbis ostendit se statim post martyrium
visurum Deum.
Ireneus lib. 1. cap. 2. Justis, et æquis præ=
cepta eius servantibus, et in delectione eius
perseverantibus claritatem æternam donat.
Justinus Martyr q. 75. a Gentilibus proposita
Post animæ a corpore excessum statim
fit bonorum, malorumq. distinctio. Du=
cuntur enim ad loca quæ eis digna sunt
ab Angelis horum quidem animæ in
Paradisum ubi consuetudo est, et conspectus
Angelorum, et Archangelorum visio vera
etiam Conservationis Christi
Athanasius in vita Antonij dicit animam
Ammonis stipatam angelis visam ab Ant.o
in Cælum deferri.
Basil. homil. 4. in 40. Martyres vos non
terra occulit sed lælum suscepit, apertæ
sunt vobis Portæ Paridisi Nazianz.
Orat. in Basil. Ju. inquit. obiter a Cælo
non respice, et datam mihi renum debi=
litatem, et articulorum dolorem, vel
iube discedere, vel adiuva, et hortare
ita me æquo animo ferre ut hinc de=
mum discedentem, me in æterna taber=
nacula

recipias, et Beatam Trinitatem eo quo est modo tecum pariter contemplari valeam.

Idem orat. in Sorgonium dicit eum cum Angelis frui purissima illustratione Trinitatis, quae toti menti totam se contemplandam praebeat.

Gregor. Nissen. orat. in S. Ephem. In caelestibus tabernaculis anima illius consedit ubi sunt ordines Angelorum.

Chrisostom. Homil. 5. ad Philipp. Peccatores ubi fuerint, procul a Rege sunt, atq. ideo digni, qui fleantur iusti sive hic sive in futuro saeculo fuerint, cum Rege sunt illic tamen magis, et proprius non per ingressum, et fidem, sed facie ad faciem Cyrillus. Hierosolym. cath. 13 de Sancto Latrone loquens, tu inquit de ligno introduceris in Paradisum. nondum Abraham fidelis ingressus est Latro ingreditur ne timeas serpentem cecidit enim de Caelo non te eiecit. loquitur, ergo de Paradiso caelesti unde eiectus est serpens

Theodoret. lib. 8. ad Graecos si Caelum sedes illorum est, qui piè vixerunt hunc profectò fine sui cursus, et martyres iam consequuti sunt.

Damascenus

Damascenus in Historia de Barlaam et Josaphat Vultui Domini nitidè, et nudè praesentantur illiusque Gloria iam ante promissa sibi Corona exoratur.

§.s Articulus.

469. Infideles iudicari in iudicio particulari tantum asserunt quando moriuntur, et nequaquam iudicandos in generali iudicio et loco illo Joannis 3. qui non credit iam iudicatus est.

De fide est omnes uentaros ad iudicium Matth. 5. omnes manifestari oportet ante tribunal Christi. Ad Roman 14. omnes stabimus ante Tribunal Christi Hieremias 25. Iudicium Domini cum Gentibus Matth. 11. Tyro, et Sydoni remissius erit in die Iudicij ergò iudicabuntur Tyri, qui erant Infideles In symbolo uenturus est iudicare uiuos et mortuos. Joel. 3. Congregabo oēs gentes et adducam eas in Vallem Josaphat et disceptabo cum eis. In Epistola Judae Ecce uenit Dominus cum Sanctis millibus suis facere Iudicium contra omnes, et arguere impios de omnibus operibus iam pietatis eorum, quibus impiè egerunt Scholastici decent Infideles de peccato

Infidelitatis

Infidelitatis non iudicandos iudicio dis=
cussionis, bene tamen Condemnationis Locum
illum Jo. 3. Qui non credit, iam iudicatus est
intelligendus est, quod habeat iustam dam=
nationis causam. atque adeo non credendo
ipse, in se ipsum sententiam tulit. Ita
Crisostom. tom. 2. in Joan. et Cyrill. lib. 3.
c. 53

6.s Articulus.

450 Inferorum poenas non faciunt aeternas, nam
si Christianus decedat in peccato mortali,
et sine poenitentia, si pro eo oretur, poterit,
inquiunt, a poena liberari; unde concerp=
tus poenitentiae oritur, et caeterorum operum bonorum.
Psal. 48 Non dabit Deo placationem suam
laborabit in aeternum, et vivet adhuc in finem
Isa. 33. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus
sempiternis et c. 66. Vermis eorum non morietur
et ignis eorum non extinguetur.

In Evangelio vocatur ignis aeternus supplicium
aeternum Ireneus lib. 4. c. 47. Poena eorum
qui non credunt verbo, et contemnunt eius
adventum, et convertuntur retrorsum ad=
ampliata est non solum temporalis, sed
aeterna facta est. Cyrill. Hierosolym.
si peccator est accipiet corpus aeternum quo
sufferre possit poenas peccatorum. et

perpetuo

perpetuo igne ardeat.

Nazianz. Orat. 15. His qui eruta excesserint non est in Inferno confessio, neque morum correptio.

Chrysost. Epist. 5. ad Theod. lapsum, qui peccauerunt, necesse est, ut immortalitatem inducant. non tamen ad honorem sibi, verum ut certissimum viaticum supplicij.

7.s Articulus.

471. Fidei confessionem, quae ore fuit ad salutem etiam si sit gracissima res negant esse necessariam urgente graui metu.

Matth. 10. late Christus Dominus Apostolos praemonet de ijs, quae pasturi essent propter nomen eius, et iubet eos non timere eos qui occidunt corpus, et includit, omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et eum coram Patre meo qui in caelis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram Patre meo. Igitur neque ob mortem licet Christum negare Chrisostom. ibi vide quia non promittit eis liberationem a morte sed suadet contemnere mortem

Et iterum ideo autem non solum fidem, quae est secundum mortem, sed et confessionem exigit oris, ut erigat nos in liberam propalationem, et ampliorem amorem excelsos

nos

nos faciens. Haec autem verba ad Universos loquitur, et neque personae Apostolorum vitur. Sedet discipulos eorum facit viriles.

Item ex negatione Petri Apostoli, quae procul dubio ob metum gravem accidit, et tamen ab omnibus Patribus tamquam grave peccatum exageratur, et ipse Petrus id agnoscens, exivit foras et flevit amare. Epiphanius.

Epiphanius haeresi 19. tamquam haeresim Jesei cuiusdam recensent, et execratur dicentis non esse peccatum etiamsi simulacra ipsos adorare contingat persecutionis tempore instante, si solum in conscientia non adorent, et si quidetiam confiteantur ore non autem in corde.

Haec Epiphanius, et refellit han haeresim inquiens si eos quod confitetur veritatem praeparetur ad mendacium, quis crediderit cor ipsis non esse fraudolentum, quando divina scriptura palam pronuncians in spiritu sancto docet ~~corde~~ corde creditur ad Justitiam, ore vero confessio fit ad salutem.

Denique tot exempla habemus Martyrium qui supplicijs et morte compelli non potuerunt ut fidem negarent. legatur Euseb. Histor. lib.° 6. c. 31. Ubi etiam reprehendit eos qui ob metum tormentorum negabant.

8.

8.° Articulus

472. festos dies licet multos agnoscant, ab opere tn̄ servili in illis non feriantur etiamsi Nativitatis Dñi dies sit.

Instruendi sunt observationem tertij praecepti Decalogi, quod latum est et explicatum. Exod. 20. Septimo die sabathum Domini est non facies omne opus in eo et iterum c. 31. Deutor. 5 Origenes homil. 96. in Exodum, si desinas inquit ab omnibus saecularibus operibus, et nihil mundanum geras, quod spiritualibus operibus vaces ad Ecclesiam convenias, Lectionibus divinis aurem praebeas de caelestibus cogites, de spe futura sollicitudine geras venturum judicium prae oculis habeas non respicias ad pntia, et visibilia, sed invisibilia et futura, haec est observatio sabathi Christiani. Chrisost. homil. de Eleemos. et collatione in sanctos tom. 4. Porthae novum quemdam morem instituit, et quis ille? In una sabathorum ait Paulus p.° Corinth. 16. ut unusquisque vestrum apud se ponat thesaurizans quicquid commodum fuerit una sabathorum Dominicam vocat, et quam obrem hanc collationem deputat? Cur non dixit 2.a sabathorum vel 3.a sabathorum, vel alijs sabathis? Profecto nec hoc timere, nec absq. causa dictum nam a temporis opportunitate ansam capit

quo

quo alacrioresreddat offerentes, ecce quoniam
a labore omni cessatur relaxatione et fergi
alacrior sit animus, et quod maius est in=
numeris eo die bonis potitissimus.
Die observatione festorum plura apud
sanctum Ephrem. tom. 1. sermone de festis
diebus Nazianz. orat. 4 In Julianum, et
orat in san.m Pentecostem Basil in Isaiae pri=
mum de spiritu sancto. c. 27. Epiphan. heres
75.
9.s Articulus
473 De Baptismi sacramento recipiendo non sunt sol=
liciti realdè, ignorant enim illud esse Januam
Sacramentorum. Paucis ante mun. adventu
diebus accidit Epum quemdam ex primioribus
compertum fuisse nunquam baptizatum, qui
cum baptisma contulissent, ordinestamen ne=
quaquam reiterato contulerunt.
Ignorare non possunt baptismi necessitatem
Jo. 3. nisi quis renatus fuerit &c
Quod autem sit Janua omnium sacramentorum
disertè docet Dionis. Ecclesiast. Hierard. c. 3.
sic. Primò hominis consortium tradit, om=
niumque divinorum illustrationum principium
est ex ipso effectu verissimo illud illuminationis
cognomine praedicamus, Et si cum alijs quoque
Sacerdotalibus sacramentis commune est ijs
qui perficiuntur sacri luminis consortium
clarè

clarè istud tamen in primis mihi videndi præstitit munus ipsius qui principali lumine ad alia inspicienda Sacramenta lucis gratiam capi.

Igitur Concilium Nicenum can. 19. De Paulianistis ad Ecclesiam Catholicam confugientibus definitio profata est, ut baptizarentur omnimodis si qui autem de his præterito tempore fuerint in Clero si quidem immaculati et irreprehensibiles apparuerint baptizati, et ordinantur ab Episcopo Ecclesiæ Catholicæ. Cum Concilium definiat Clericos qui apud Paulianistas baptizati, et ordinati sunt iterum ad baptizandos, et ordinandos et aliàs necessitas ista ordinationem iterandi non oriatur, ex eo quod ab hæreticis fuerint ordinati, nam hæretici validè ordinant, et cætera Sacramenta conferunt. Resta igitur uti Clerici Paulianistæ iterum ordinentur ob defectum Baptismi, qui collatus à Paulianistis ob defectum formæ est invalidus.

Julianus Martyr Apolog. a prope finem Pono alimentum hoc apud nos appellatur Eucharistia. quod nulli alij participare licitum est quam veram esse nostram doctrinam credenti, et Lavacro propter remissionem peccatorum et regenerationem abluto Basilius in adoratione ad Baptismum Non bibisset usq. Israel ex spirituali petra, si non signatè baptizatus

fuisset

neg: quis dabit tibi uerum potum nisi uere baptizatus fueris, comedit Panem Angelorum ille, tu uero quomodo comedes panem uiuentem si prius baptizatus.

His adde si opportuna, sive ea quae contra differentes ~~Bap~~ Baptismum scribunt Nazianz. art. 16. et in oratione, qua ad Baptismum adhortatur Basilius in adhortatione ad Baptismum circa finem Gregorius Nissenus in exhortatione adeos qui dant Baptismum.

X.s Articulus.

474 Rebaptizant Reconciliatos fidei Christianae ab errore Apostasiae.

XI. Articulus.

Tenent Baptismi ministrum esse solum sacerdotem

475. etiam in articulo mortis, unde eueniente casu mortis Infantis, si absit sacerdos, nemo illum baptizat.

Actor. cap. 8. Philippus Diaconus baptizat. nec dicat quis eum fuisse Apostolum. si enim fuisset Apostolus, non opus fuisset ad confirmandos Samaritos ab eo baptizatos mitti Petrum, et Joem sed ipse aequè ac illi confirmare ~~pot~~ potuisset

Actor. 9. Ananias ~~baptizat~~ baptizat Paulum qui tamen nec Aplus nec sacerdos fuisse legitur Tertullian. lib. de Baptism. c. 16 Alioquin et Laicis Jus est baptizandi, quod enim ex aequo accipitur ex quo dari potest.

Alexander

Alexander Epus Alexandrinus, cum universa
sua Ecclia ratum habuit Baptismum, quem
Athanasius adhuc puer, et Laicus contulerat
Ita refert Ruffinus Nicenus lib.o 2. c. 14
Nicephorus Patriarcha Constantinop.s c. 13. Pro
necessitate etiam simplex monachus similiter
et Diaconus baptizat, et can 16. Infantes non
baptizatos oportet, si quo loco reperiatur quis ubi
non sit Sacerdos baptizari.

1C. Articulus

47 In casu quo Infans non baptizatur propter absen=
tiam Sacerdotis dicunt multi sufficere saluti
Infantis Baptismum matri suae collatum
Haeresis est Pelagianorum, contra quos est
diffinitio Concilij Miletritani, quod Concilium
etiamsi non sit de ijs quae recipiuntur Georgiani
tamen quia in Concilio Ephesino can. 4. dam=
natur Celestius. et eiusdem Concilij tom. 4.
c. 17. recipiuntur omnia a Romano Pontifice
Celestino acta Decreta, et constituta, contra
Pelagium Celestinum, Julianum, interq.
ea maxime recensenda sunt quae Celestinus
in Epistol. ad Gallos contra haereticos praefa=
tos decrevit, Ideo cum in ea Epla approbantur
Concilia

Concilia Africana quorum unum est mile-
uitanum et in eadem Epla Celestinus dicat
a Paruulis in Baptismo per exorcismos
Demonem abigi restat ut ante Baptismum
ydem a Demone possideantur.
Hoc si approbat Concilium Ephesinum sentit par-
uulos a Matre baptizata natos peccatum
contrahere a quo nisi emundentur salutem
consequi non possunt
Deinde Job 44 legimus iuxta uersionem 70. In-
terpretum nemo mundus a sorde nec Infans
cuius est unius Dei uita super terram.
Psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum
ergo Baptismus Matris non prodest, quia
peccatum contrahatur quod contractum necesse
est aliquo remedio tolli
Paulus ad Ephes. c. Eramus et nos id est
Natiuitate filij irae
Origen. Hom. 8. in Leuit. Quaecumq. anima
in Carne nascitur, iniquitatis et peccati sorde
polluitur
13. Articulus
416 Negant posse conferri Baptismum extra
Templum, Quaerendum est ab eisque fun-
damto

damto id asserant, et si aliqua testimonia afferant ut Can. 59 Sextæ Synodi Trullen. instruantur ibi sermonem esse de Baptismo d. solemni nam aliàs Philippus Eunuchum in via et Annanias Paulum domi baptizavit

14. et 15. Articulus.

477. Pueris dum baptizantur conferunt Eucharistiæ Sacramentum.

Confirmationis Sacramentum ab ipsis confertur Infantibus eodem tempore quo eos baptizant.

Ritus ille tria Sacramenta simul conferendi antiquus est in Eccliæ Græca, quia et olim receptus est in Eccliæ Latina, ut habetur ex Aloysio de Divinis officijs c. de Sabath. Sanct. et ex Sermadio Massiliensi de Eccles. dignitat. c. 52. qui ritus etiamsi apud Latinos est antiquatus, tamen apud Græcos perseverat, nec est reprehendendus. Imò Missionarij ad evitandum odium, et ne ritus Ecclesiarum sine auctoritate immutent debent se ei conformare.

Instruendi tamen sunt id non esse de necessitate sed præcisa eorum consuetudine, aut forte etiam lege positiva eius Eccliæ

posse ritè Baptismum sine reliquis duo=
bus Sacramentis conferri nam Act. 8 Phi=
lippus Diaconus baptizavit Eunuchum non
collatis cæteris Sacramentis, quin in Samarita
baptizati sunt ab eodem Philippo, et non fue=
runt confirmati nisi postquam adierunt
Petrus, et Joannes. Hoc idem probant ea quæ
supra adduximus pro Ministro Baptismi non
Sacerdote quia non potest confirmare nec
communicare

16. Articulus.

478 Peccata tunc primum confitentur cum Uxores sunt ducturi
Hoc non pertinet ad fidem sed ad disciplinam Ec=
clesiasticam, quæ in multis apud Georgianos
collapsa est, quare erit restituenda, docendo
quod fructus ex frequentatione Sacramenti
Pœnitentiæ quot damna ex dilatione reportet
Christianus, et si fieri potest, et expedit agen=
dum cum Episcopis ut in Synodo aliqua le=
gem ferant de confitendo, et communicando in anno
Chrisostom. Homil. 30. in Teneri docet consue=
tum fuisse, ut in Hebdomada ante festum
Paschæ fideles peccata sua confiterentur
his verbis quia in magnam hanc Hebdo=
madam perveniunt Dei gratia nunc maxime
et

et Jeiunij cursus intendendus, et magis con-
tinuandæ sunt preces. faciendaq. diligens
et pura Confessio peccatorum Gregorius Nis-
senus de eadem Consuetudine meminit in
Epistola Canonica ad Episcopum Mytilisem
c. 1. Recte inquit habuerit si hodierno die non
solum eos, quie re regeneratione per Lavacri gra-
tiam transmutati sunt adducamus sed eos etiam
qui per pœnitentiam, et Confessionem a mortuis
operibus ad viventem viam ascendunt, Et quod
oporteat eos ex Conscientia peccati laborant sine
dilatione ad Confessionem festinare docet idem
Crisostom. homil. 10 in Genesi his verbis oportet
ad Confessionem facinorum festinare et Consci-
entiæ ulcus medico ostendere, qui curet, et non
exprobat.
Et Athanasius Nos ipsos examinemus num
soluta sint nostra vincula, ut in melius profi-
ciamus, quod si nondum soluta sunt, tradaste
ipsum discipulis Jesu, adsunt enim qui te
soluant pro potestate in ea, quam a Saluatore
acceperunt Quæcumq. enim alligaueritis &c
17. Articulus.
479 De integritate Confessionis haud sunt solliciti
nam in ea prima Confessione quam Uxores
Ducturi faciunt, expecto Lubrico adolescentiæ
Statu

statu quatuor se verbis expediunt

18. Articulus.

480 Iterum confitentur extremo vitae tempore eodem etiam verborum compendio

Peccata esse in specie, et integre confitenda habemus Actor. 19 multi credentium veniebant confitentes annunciantes actus suos ei. 1. Joan. Si confiteamur peccata nostra fidelis est et iustus, et remittat nobis peccata nostra.

6.a Synodus can. 103. oportet eos, qui solvendi et ligandi potestatem a Deo accepere, peccati qualitatem considerare, et eius qui peccavit ad eam conversationem proprium studium et sic morbo convenientem adferre medicinam, igitur confiteri debet qualitatem, et speciem peccatorum exprimere.

Orign. hom. c. in psal. 37. docet ita peccata patefacienda sacerdoti ut si intellexerit et praeviderit talem languorem tuum talem esse qui in conventu totius Ecclesiae exponi debeat, et curari, ex quo fortasse et caeteri aedificari poterunt at tu ipse facile sanari multa deliberatione procurandum est oportet igitur secundum originem peccata in specie integre confiteri.

Gregorius Nissenus Epist. Canon. ad Episcopum Nitylienseni c. 1. quemadmodum in corporali

medicina

Medicina unum est quidem Institutum Medicinae sanare eum, qui laborat, Varium autem est curationis genus, pro morborum enim varietate convenienter quoque Medicina ac disciplina uniuscuiusque morbo applicatur, ita cum multa sit in morbo quoque animae affectionum varietas, multiformis quoque necessaria fuerit medica curatio In quibus verbis Gregorius, et diserte necessitatem integritatis confessionis docet, et ponens eius necessitatis, quae apta curatio ignotis vulneribus adhiberi non potest sicut nec rite ferri a sacerdote sententia absolutionis vel retentionis delicto non cognito.

Idem docet Chrisost. loco art praecedenti citato, ut dicit faciendam esse diligentem et puram confessionem peccatorum.

19. Articulus.

481. Si Sacerdos in carnis peccatum etiam secretissime labatur Confessarius in sacramentali confessione privat eum facultate celebrandi; ex quo pessima inolevit consuetudo, ut Sacerdos in huiusmodi peccatum lapsus, minime illud confiteatur, eoque maculatus non cessat usque ad mortem celebrare

Ex Sacerdotum exemplo manavit contemptus confessionis ad Laicos Sacerdotes vero a confessione abstenuti sunt, ut inquit Petrus Arcudius de Concordia Ecclesiae Orientalis lib. 4. c. 6. et vigore canonum antiquorum quos adhuc observant

Graeci

Graeci, et Georgiani, quibus cauetur Clericus fornicarius perpetuò suspendatur ab Officio et gradu suo.

Hoc idem ob eamdem Causam saepè contigisse suo saeculo deplorat Arisos: lib. 2. de Sacerdotio

Equidem plures recensere possem, quos constat in extrema mala aductos non ob aliud nisi quod digna ab eis pena, et quae peccatis perpetuis par esset exigeretur. Neque enim temerè ad delictorum modum oportet et multam ipsam adhibere, sed tamquam explorandus delinquentium animus, nequa fit ut dum consuere uis, quod interruptum est scissuram deteriorem facias.

Agitur admonendi sunt Canones illos de foro externo et publico poenitentibus intelligendos quod illi auidè amplectantur, et si opus fuerit, erit hoc à Summo Pontifice declarandum, si modo certissimus eos declarationi huic acquietaros

20. Articulus.

Pueris morientibus Eucharistiam praebent Aristi esse praeceptum asserentes Joan. 6. Qui non manducat meam Carnem non habet uitam aeternam

Non

Non coheret iste cum &c. Non est tamen res ista pertinens ad fidem sed instruendi sunt id non esse de necessitate salutis, neque enim potest baptizatis necessaria esse necessitate medij ijs enim nihil deest ad salutem consequendam, neque praecepti, cuius in ea aetate non sunt capaces

C. 1. Articulus.

483 Ecclesiastici omnes, imo et Sacerdotes, et Episcopi ad bellum ire coguntur à Principe ijdemq. ab inimicorum caede revertentes missam celebrant absq. ulla dispensatione ab Irregularitate

Can. &c. Apostolor. Episcopus Praesbyter aut Diaconus, qui militiae vacaverit, et simul utrumque retinere voluerit tam officium Romanum, quam functionem Sacerdotalem, deponitur. Quae enim Caesaris sunt Caesari, et quae Dei. Deo

Gregor. Nissen. in Epist. canon. ad Episcopum Nictilensem, etiamsi quis involuntarie fuerit in scelere homicidij, eum tamquam iam prophanum piaculum redditum a Sacerdotali gratia eyciendum pronunciavit Canon.

22. Articulus

484 Eucharistiam rarissimè in vita recipiunt et multi nec in morte.

Hic articulus non coheret cum 20. ut supra monuimus monendi sunt de praecepto Christi Dom. Joan. 9. nisi manducaveritis carnem filij hominis &

Chrisostom. 61. ad Populum O. praesumptionem? Sacrificium frustra quotidianum incassum assistimus Altari, nullus qui communicet.

Et de morientibus Concilium Nicenum. can. 13. de his qui ad exitum veniunt etiam nunc Lex antiqua, regularisq. servabitur, ita ut si quis egredietur a Corpore ultimo, et necessario viatico minimè privetur quod si disperatus, et consecutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum convaluerit, sit inter eos & vides vocat viaticum necessarium morituris sacram Eucharistiam

23. Articulus.

485. Sentiunt uno die unicam tantum missam in uno Altari et in una Ecclia posse celebrari

Res.

Res est quam salua fide tueri possunt Georgiani neque in huiusmodi crederem cum eis immorandum

C. 4. Articulus.

486 Nec Episcopi, nec sacerdotes omnibus diebus festiuis celebrant, neque alterius celebrationi intersunt, unde sæpissimè ijs diebus populus totus absque sacrificio missæ remanet

Res est ad mores pertinens, leges Ecclesiasticas quæ ibi non receptæ, saluti non inferunt certum præiudicium.

Act. 20 Vna sabathi cum conuenissemus ad frangendum Panem Concilium Agathense can. 45. Missas die Dominico Sæcularibus totas audire speciali ordine præcipimus ita ut ante Benedictionem Sacerdotis Egredi populus non præsumat.

Sexta Synodus can. 8 Diei Domini tantum debet esse obseruantia, ut præter orationes, et Missarum solemnia et ea quæ ad uescendum pertinent nihil aliud fiat nam etsi necessitas fuerit, nauigandi sive itinerandi licentia datur, ita dumtaxat ut huius occasione Missæ, et Orationes

non

non praetermittantur

25. Articulus.

487 In missae celebratione sordidissimis vasis et vestibus utuntur, consecrantque in calice ligneo. Item cum Eucharistiam ad Infirmos deferunt maxima id faciunt irreverentia sine comitatu, et luminibus, cum missa celebratur, seculares, et praecipuè mulieres extra fores Ecclesiae manent, risui et vaniloquio vacantes, nec aliter se habent Ecclesiam ingressi immodestissimè ibi assistentes

Haec ipsum lumen naturale dictat esse correctione digna. Admonendi igitur sunt de reverentia SS.mo Corpori Christi, et eius Sacrificio adhibenda

26. Articulus.

488 In aliquibus diebus festivis multi Sacerdotes missae Sacrificio adstantes communicant sed Eucharistiae Sacramentum ab Episcopo celebrante recipiunt in propriis manibus. quodipsimet proprio apponuntur nihil in eo ritu reprehendendum, est enim antiquus et à Praecis etiam nunc servatur ne velint missionarij antiquos ritus

Provinciae.

Prouinciarum abolendo odia fieri

7. Articulus.

489 Ecclesiae circa diuini Officij recitationem in eo sunt errore, ut non omnes illud recitent sedunus tantum, uel duo alijs multis audientibus, et ille qui recitet in plurimum non est Sacerdos. Quin etiam adstantes ad ea quae dicuntur minime attendunt, et alijs negotijs uacant, Cum autem soli sunt Epi. uel Sacerdotes ipsi totum officium recitant Videntur agnoscere ~~ob~~ obligationem recitandi qua supposita facile conuincuntur faciendum id esse cum reuerentia, et attentione.

8. Articulus.

490 Omnes quamuis adultae sint aetatis rudimentorum fidei ignorantia tenentur. Unde nec Orationem Dominicam, nec Salutationem Angelicam fidei symbolum, praecepta Dei et Ecclesiae, peccata uitanda, et quae ad salutem sunt necessaria sciunt, parentes quippe de educandis in Christiana fide filijs non curant.

6a Synodus can. 7. Commouendi sunt fideles omnes a minimo usque ad maximum ut Orationem Dominicam, et symbolum dicant

dicant, et dicendum est eis, quod his duabus sententijs omne fidei Christianae fundamentum incumbit, et nisi quis has duas sententias memoriter tenuerit, ex toto corde crediderit et in oratione frequentauerit, saepissime Catholicus esse non potuit. Non est ex canonibus Bullanis. Quod etsi per exaggerationem dictum esse sentiat Suar. de fide disp. 13 sect. 4. Sed prodest ad Georgianos ignauiae reprehendendos.

Concilium Leodiense c. 46. baptizandos oportet fidei symbolum discere, et quinta feria ultimae septimanae. uel Epo. uel Presbyteris reddere idest memoriter discere

Concilium Agathense c. 13. Symbolum etiam placuit ab omnibus Ecclijs una die, idest ante octo dies Dominicae resurrectionis publice in Ecclia competentibus praedicari. c. 9. Articulus.

491. Si de Vxore libros non recipiant, de sacerdotum licentia dant illi libellum repudij et aliam ducunt.

Idem faciunt si rixosa sit, ita cum ea pacem habere non possint, aut in adulterio

eam

eam deprehenderint

P.ª ad Corinth. 7. Si autem qui matrim.º iuncti sunt praecipio non ego, sed Dominus Vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere inuptam, aut viro suo reconciliari.

Basil. Hom. 7. in Euan. Vos ô Vri Coniuges vestras diligite, et si ex diuersis regionibus in Coniugij Societatem conueneritis, naturae vinculum, ac iugum per benedictionem impositum fit coniunctio disiunctorum, Et insia si asper est cuiuspiam Coniux sive ferus moribus, perferat illum. Vxor necesse est nec ullam prorsus ob causam Societatem vinculumque dissoluere patiatur.

Nazianz. in 1.º Carmine de Laudibus Virginitat. Perspice quanta sanctos incommoda carnis femina non parca mereatur dote maritum quodque etiam grauius vitiosum saepè: Rursus emenda virum Coniux nec moribus illa praed.ª saepè bonis quaesita astractaq.ª pestis, Pestis quam nulla liceat rone fugare.

Crisos. in lib. de Virginit. circa medium

qui

qui locus pulcherrimus est sed prolixior conscri=
bendus erit ut recensetur a Petro Arcudio
lib. 7. de Matrim. cap. 13. p.a 302.

30 Articulus.

492. Dum quis in Agonia mortis positus est, ita ut
de eius salute desperetur, accelerant eius mor=
tem primo in tali situ Corpus illius collocando
unde citius moriatur 2.o vicina magis morte
os eius oculosq. claudendo, ut respirare non
valeat. Asiunt enim malum esse mori=
bundum diutius agonizando cruciare. Idmunus
a Sacerdotibus ut plurimum exercetur.
2. Reg. c. 1. David iussit interfici Amacle=
citem quia accelerauit mortem Sauli, quem
iam ~~vulne~~ vulneratum ad mortem repe=
rerat ut vivere non posset.

31. Articulus.

493. Se iunantes unica commestione minime sunt
contenti, sed vel plures comedunt, vel si una
tantum vice, tota die usq. ad vesperam com=
mensantur

Rest est ad fidem non pertinens. Instru=
endi sunt ex veteri Testamento exemplis
Sanctorum

32. Articulus

Vinum

494. Vinum ita immoderatè bibunt ut omnes temperantiæ terminos longissimè prætergrediantur unde singulæ eorum actiones omni prorsus debito ordine sunt destitutæ, et in maxima confusione inter eos uiuitur, bibentesq. eo affectu Deum inuocant talibusq. corporis gestibus utuntur, ut quædam species adorationis vino ab illis adhiberi uideatur. Pudetque illos si in aliquibus festiuis diebus non turpissimè inebrientur, ex qua quotidiana ferè inebriatione integro quasi unoquoque die usu rationis carent.

Ebrietas reprehenditur Matth. c. 4 Luc. c. 1. ad Roman. 13. 1. ad Corinth. c. 5. et ad Galat. 5. ubi expressè dicitur esse peccatum mortale excludens a Regno Dei

§. 3. Articulus.

495. Augurijs et superstitionibus perdidissimè dediti sunt carnem manducantes ossa respiciunt ex quorum inspectu propriam felicitatem aut infelicitatem augurantur Animalium uoces curiosissimè obseruant, somnijs maximam adhibent fidem super mortuos abominabili luctu lugent noctesque Resurrectionis

diem antecedit manducant in Ecclia sed mulieres tantum.

Docendi sunt ex Deuteron. 18. Leuitici 19. Calici c. 4 Concilium Anasianum c. 23. Qui diuinationes expetunt et morem Gentilium subsequuntur uel in domus suos huiusmodi homines introducunt exquirendi aliquid ante malefitia aut expiandi causa sub regula quinquennij iacent secundum gradus pœnitentiæ definitos Concilium Agathense c. 4 c. Aliquanti Clerici siue Laici student augenijs, et sub nomine factæ Religionis per eos quos sanctorum sortis uocant diuinationis scientiam profitentur aut quarumcumque scripturarum respectione futura promittant. Hoc quicumque Clericus, aut Laicus detectus fuerit, uel consulere, uel docere, ab Ecclia habeatur extraneus.

Epiphan. lib. de mensuris et ponderibus scribit Aquilam ob hoc crimen expulsum fuisse ab Ecclia

34. Articulus.

496. Vestigium ueritatis apud eos nullum inueniretur quin et Juramentis horribilibus mendacia ipsa confirmant etiamsi sciant de

de euidentissima illa ~~facultate~~ falsitate
conuinci posse, nec si conuicti fuerint pudore
ullo afficiuntur. Unde si Euel nobilissi
mus audiet mentiris, nil id reputant in-
iuriae sicut neque si sibi fuerit dictum esse
stultum, aut aliud eiusmodi iniuriosum verbum
Instruantur ex Praeceptis Decalogi et Scriptura
35. Articulus.
Miracula apud nos remansisse negant, et
si quae a nobis illis narrata fuerunt, siue
antiqua, siue recentiora, siue per defunctos
patrata, siue per uiuos, mentitos nos esse
dicunt. Cuius perfidiae ratio est quod apud
ipsos iam cessarunt, ut autem coniecturari
possumus, haec cessatio contigit, eo tempore
quo Concilium florentinum celebratum
fuit, quando a uerae fidei unitate recesse-
runt. Nam in maiori Ecclia, quae sub
eorum supremi Patriarchae iurisdictione
est extat unica spina spinae Coronae
saluatoris nostri Jesu Christi in quadam
subterranea fenestrella asseruata unde olim
liquor ad Languorum sanitatem iugiter
emanabat, multi autem anni sunt ex quo
liquor ille salutaris effluere cessauit nobisque
petentibus quot anni effluxissent respondit

Patriarcha paulo plus fuisse ducentis
Unde liquet ex quo diximus tempore Dei
beneficium a Schismaticis ablatum
Instruantur ex Sanctorum Biblijs
36. Articulus.
498. Latrocinij crimine omnes infensè tenentur.
Instruantur ex praeceptis Decalogi et Scripturae
37. Articulus.
499. De Pontificis auctoritate sentiunt illum in
Jure dumtaxat positivo dispensare posse,
et in re levi, secus verò in gravi.
Res haec non potest facile brevi, compendiosaq.
Catechesi explicari videantur controversistae
qui de re ista disputant. Quod ad Jus
positivum attinet, si à re levi possit dis=
pensare pro eminenti scilicet sua auctoritate
supra Jus illud cur non etiam in gravis
Historijs quibus dispensationes recensentur
docendi sunt.
38. et 39. Articulus.
Quemcumque nos Catholici facimus, praeter
eorum consuetudinem sive in Jeiuniorum ob=
servatione, sive in festorum celebratione
aut in modo orandi, asserunt esse errores
haereticorum tamen adhuc nobis non apposu=
erunt

Cum

Cum tam à vera fide aberraverint superbè tamen de se ipsis sentiunt Ita ut omnium ore ista verba passim reperiantur si Christiana fides in toto orbe periret, apud nos vera Christianitas pura, et intacta denuo reperiretur.

Indigent Instructione ex supradductis desumenda

Die 18 Januarij 1658.

In Cong.ne particulare de rebus Indiarum edita fuerunt infrascripta Decreta.

501. 1.o Caveant Parochi, aut Ecclici quicumque sive Saeculares, sive Regulares, ne imposterum ullo pacto cogant pauperes ad operas, seu laborem impendendum pro suis Ecclijs non persoluta iusta mercede, nisi id sponte et ex pietate praestare voluerint, multoq. minus audeant ~~et~~ eos mulctare qui renuerint.

502. 2.o Cum ijs, qui Sacro aut Catechesi Doctrinae Christianae non interfuerint, si mos sit eos ut supponitur aliqua poena mulctare, ea moderatione se gerant, ut non nisi vere contumacibus, et contemnentibus, eaque modica, nec crebro erogetur

503. 3.o Instruant Populum omni qua decet lenitate abstinente sonnino à ferula

et

et à verbis indecentibus maxime sicut mulieribus, viris nobilibus seu ætate provectis agatur.

504. Ad Seminarium, nisi eius Institutio, seu fundatio obstet, locus etiam ijs qui ex nobili sunt genere, et congrua, ni pauperes sint, persolverint alimenta concedatur, ne a recta educationis benefitio prorsus excludantur habita tamen prudenti distinctione à reliquis ut quieti consulatur.

505. 1.° Ad scientias ad discendas, et scholas quilibet admittatur nullo habito nobilitatis, seu generis discrimine, nisi ex propria aliqua culpa quis indignus censeatur.

506. Neophitos Deo sub Religionis iugo servire volentes sine rationabili causa Regulares non respuant sed pari charitate omnes qui spiritu Dei aguntur, et ad perfectionem anhelant amplectantur.

507. 2. Presbyteri sæculares doctrina, et moribus idonei a Benefitijs curatis, et quolibet alio Publico munere sive prædicationis, sive administrandi sacramenta Pœnitentiæ minime arceantur, attenta præsertim indigentia tot animarum millium quibus longe impares sunt pauci Regulares illuc ex

Europa

Europa aduentantes.

508. 8. Caueant itidem Parochi Saeculares et Regulares nullo modo sese ingerere in rebus spectantibus ad politiam Saecularem, nec ullum ad officia publica proponant, quamuis aptior caeteris uideatur, nec unquam intersint Comitijs aut Conuentibus, ubi de rebus politicis agitur.

509. 9. Vt maiori cum gaudio uerbum Dei suscipiatur altiusque radices agat, et fructum afferat, concionentur Regulares plures in anno Idiomate uernaculo, et Patrio Populorum ut quid ipsum facilius, et frequentius praestetur curet omnino Vicarius Capitularis, uel Superior qui fuerit, sed etiam Clerus Saecularis eius Religionis in uerbi Dei praedicatione exerceatur.

510. 10. Deputet Superior plures ex Sacerdotibus Saecularibus indigenis, quos idoneos repererit ad Confessiones excipiendas, quo facilius et libentius fideles Sacramentum paenitentiae ualeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus, aut exteris sese subijcere.

511. 11. Vt autem radicitus euellatur abusus, qui in praedictis Regionibus, ut praefertur, inepsit, excipiendi Confessiones per Interpretem, aut lecto Paenitenti Catalogo peccatorum

ut

ut nutibus innuat, si quae fuerint ab eo
commissa districte praecipitur Superioribus
grauiter etiam onerando Conscientiam ipsorum
Regularium, et quorumcumque ad quos
pertinet, ut in posterum id nullo modo permittant
sed ab iis tantum audiantur Confessiones qui
illius Idiomatis sensum sufficienter percipiunt
et ad ipsorum numerum pro rei exigentia au=
gendum promoueantur omnino Sacerdotes
saeculares eius regionis ad Confessiones fide=
lium patrio Idiomate excipiendas.

510 12. Cumque audiatur maximum Catholicorum
numerum contra praecepta Domini, qui
voluit debiles, et claudos admitti sub prae=
textu ignobilitatis, et rudioris ingenii reiici a
Sacra Sinaxi. Sacra Cong.o omnino vetat
ac prohibet, nisi prorsus eius misterij sint incapaces

513 13. Aegrotis morti proximis cuiuscumque sint
condit.nis, quamuis in sordido, ac vili degant
loco, aut tugurio, Sacrum Eucharistiae Viati=
cum deferatur, cum apud Deum nulla sit
acceptio personarum, ac pro nostra salute
nec stabulum nec Crucis ignominiam exhor=
ruerit.

514. 14. Ne ob Instructionis defectum, qui sacro
Baptismate

Baptismate irritantur immaculatam Christi Legem prophanis ac gentilitijs institutis ex ignorantia fœdent, ac Idolatria eum orto=doxa fide confundant, ut sæpe inibi euenire enunciatam est, caueant ij qui ijsdem Instru=endis incumbunt, ne in posterum ullus ad Baptisma admittatur, qui ueterem hominem ac gentilitios mores prorsus exutus Christum plenè non induerit, et in fide sit sufficienter instructus.

15. Quoniam uero, ut Veritas ipsa docet nemo potest uenire ad Christum, nisi Pater Cœlestis eum traxerit, monentur Ecclesiastici tum Sæculares tam Regulares, cæterique qui Ethnicorum conuer=sionibus dant operam, ut illos non uexationibus pollicitationibus, aut ui, sed uerbi Dei prædicatione et bonorum operum exemplo ad Baptismum in=ducant persecutantes præcipuè diligenter quo fine et spiritu ducantur qui baptizari postulant.

16. Nihil prorsus ne quidem sub prætextu pietatis
516 Parochi tam Sæculares, quam Regulares a suis Parochianis quæstuent, et si quid professorum celebratione sponte ab ijs tribuatur, integrè in eam Causam insumant, et quidquid superest pauperibus eiusdem Parochiæ dispensetur

ut

ut quaevis minima auiditatis suspicio à viris
Ecclesiasticis absit

17. Pro temporali regimine confraternitatum exis=
517. tentium in Ecclijs Regularium deputentur
imposterum officiales Regulares qui redditum
administrationi incumbant, nullatenus Regu=
laribus ea in re sese ingerentibus

18. Cum Goa, et adiacentibus Insulis vetitum
518. sit Ethnicis ritus gentilitios publicè exercere
districtè prohibetur Ecclicis, ne eisdem permit=
tant, et maximè quod nefas est, turpis lucri
gratia Cadavera Gothicorum indè sportari
et iuxta prophanum eorumdem ritum com=
burantur

19. Cadavera pauperum fidelium gratis omnino
519. post hac à Parochis sepulturae tradantur, nec
ad eutorquendam, aut emendicandam, a vicinis
vel affinibus Eleemosinam publicè exponantur.

20. Districtè prohibetur ne Ethnicis ullo pacto
520 permittatur in Ecclijs sacrificare, seriò vi=
carijs Capitularibus iniungendo ut in contra=
venientes, et maximè ob Lucrum animadvertant
caventque imposterum ne Ecclijs praeficiantur
Neopoliti parum instructi.

21. Similiter Regularium superiores sedulò
521. iurent ut Parochi extra Conventus in praedis
Regionibus

Regionibus commorantes Regularis obser=
uantiae specimen cunctis ubique praebeant
eorque idcirco ad Claustra et Regularem dis=
ciplinam aliquando reuocent, ne Regulari
instituto paulatim exolescente, dum aliis
incumbant se ipsos ammittant ac demum in
destructionem potius quam aedificationem
Populorum uisti uideantur.

Capita Jurisdictionis Epalis
indisputabilia

§ 1.° P.° Potest Episcopus uisitare, non petita licentia
a Patronis Ecclesiarum.
Barbos. ad Conc. Trid. sess. 7. de ref. c. 64. refert
declaratum esse a S. Cong.e Concilij licere Epo
uisitare Cappellanias Juris patronatus Laicor.
etiam Regum, et priuilegio illis concesso
etiamsi Cappellania sit exempta dummodo
sit in Diaecesi, et Episcopus uisitare uolens non
potest recusari, nedum ut suspectus Barbos.
ibidem n.° 2.°
2.° Potest rationes exigere redditum, et expensas.
§ 2.° Ecclesiarum quarumcumque etiam pior. locor.
Concilium Trid.m sic habet sess. 22. de ref. c. 9.
Administratores tam Ecclici quam Laici
fabricae cuiusuis Ecclesiae, Hospitalis, Con=
fraternitatis, Eleemosinae, Montis Pietatis

et quorumcumque piorum locorum singulis
annis teneantur reddere rationem adminis=
trationis Episcopo Loci consuetudinibus et
privilegijs quibuscumque in contrarium non
obstantibus.

3.° Defuncto aliquo Ecclesiastico immediate Episcopali
504 Jurisdictioni vel ratione personae vel officij
subiecto potest inventariare, et omnia obsignare
ab ipso relicta.

4. Potest Vicarium substituere donec orbatae
Ecclesiae ad Patroni praesentationem provideatur.
Ad Episcopum pertinet constituere Vicarium
in Ecclesijs quibuscumque vacantibus, qui
onera Ecclesiae sustineat, donec de Rectore
provideatur Conc. Trid. Sess. 24 Ref. c. 18. et
loquens de Testimonio Ecclesiae patronatae va=
cantis docet expresse Leo in Tres. for. Eccl.
p.e 2. c. 3. n.° 27. ex declarat. Sac. Cong. Concil.
et c. 6. n. 27. post Innoc. in 1. in fin.
de Jure patr. quem ipse citat.

5. Potest ex censibus, redditibus Ecclesiae locaumque
506. prior erigere et fundare Seminarium Archi=
episcopale

6.° Post elapso tempore a Sacris Canonibus prae=
507. fixo si Patronus non praesentat ad placitum
quemcumque idoneum investire

Negligentibus

negligentibus ijs ad quos spectat prouidere de Benefitijs vacantibus etiam patronatis intra tempus præfixum deuolutio fit ad Superiores gradatim Garz. de Benef. par. 10. c. 3. n.º 4. ubi refert decisum in una Rotæ 5. de Iurepatr. in nouis, et in Valentina Iurispatronatus 20. Martij 1589 ab eo adducta, quæ est coram Orano. Nald. in Sum. verbo. Iuspatr. n.º 12.

7. Potest quemcumque Parochum sibi subiectum ex causa punire pœna pecuniaria, et pro grauitate delicti ipsa Parochia priuare, aut aliter etiam seuerius castigare non obstante Patronorum contradictione.

Episcopus habet ordinariam Iurisdictionem in sua Diœcesi habet canonicam obedientiam, subiectionem, et reuerentiam, correctionem, et reformationem, ac censuram Sulicam Iurisdictionem quoque Causarum omnium ad forum Sulicum de Iure spectantium c. conquerente de Offic. Iud. ord.is potest imponere pœnas alias addendo a Iure Communi. c. ut animarum de Constit. in 6.º potest in criminalibus pœnas pecuniarias imponere, ac exigere ut Abb. in cap. de Causis n.º 12. de Offic. de Leg. felin. in c. irrefragabili n.º 5. de Offic. ord.is et uid.t Conc. Trid.no sess. 25.

de

ref. c. 3. cum Episcopi dicantur executores
Sacrorum Canonum Clem. p.a de aetat. et qualitat.
imo et sint Concilij Trid.ni ut habetur in Bulla
Pij, v. super confirmat.ne Concilij Trid.ni incip.
Benedictus Deus, possunt exequi poenas
omnes a Sacris Canonibus et a Concilio Trid.no im-
positas, et sic privare de Beneficijs pro
qualitate delicti, et cum nullibi constet rectori
beneficiorum Jurispatronatus esse exemptos à
Jurisdictione Episcopali praed.a omnia poterunt
absque dubio in eo exercere aeque ac in alios
8.o Potest Evoi mulctas in pios usus ~~arbi~~ secundum
529. arbitrium suum convertere.
Potest ex. l. Sac. Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 3.
et ibi declaravit Sac. Cong.o Card. ut refert Barbos.
ibidem. n.o 9.
9.o Potest de redditibus annuis praecipere ut illa
530. fiant quae utiliora iudicaverit pro illis Ecclesijs
quarum sunt illi redditus.
Episcopus est primus et praecipuus administrator
et dispensator redditurum Ecclesiarum.
10. Potest unire Ecclesias etiamsi habeant Patronos,
531. si alterutra seorsim sumpta non possit agere
Parochum.
11. Potest etiam adigere, vel Patronos Ecclesiarum
532. vel Communitates ad novae Parochiae erectionem
vel

uel inopis ampliorem dotationem, si necessarium sit, si adutilitatem Animar.

Ad X. et 11. Episcopus unire potest Ecclias et Beneficia suae Diaecesis ex legma causa Concilij Cridni sess. 21. de ~~reef~~ ref. c. 5. et a Sac. Congne Concilij declaratum super eodem c. refert Ches. for. Eccl. p. 2. c. 16. ~~n.~~ Heb. t. 2. n.o 22. et habetur c. sicut unire de eccles. Praelat. c. exposuisti de praebend. Garz. de Benef. p. 1a c. 2. n.o 62, non potest tamen uniri Ecclia Parochialis libera Ecclae Parochiali patronatae etiam de Consensu Patronor. nisi Patroni renuncient Juri patronatus ne Ecclia libera uniatur seruae, nisi cum alternatiua, et una uice conferatur ad ~~pus~~ praesentationem Patroni altera liberae, et ita declarasse Sacra. Cong. Concilij super c. 9.o §. Cong.o censuit sess. 25. de reform. refert Leo in thesauro for. Eccles. p. 2 c. 16. n.o 14. Garz. de Benef. p. 1a. c. 2 n.o 91. uers. insuper.

Neque possunt per Epum uniri alia beneficia Juris patronatus nec Regularia, nec ad collationem Inferior. spectantia Sac. Cong.o Concilij declarauit ad c. 18. sess. 23. de refor. in uerbo de beneficijs unitis Leo ubi sup.a p. 2 c. 16. n.o 23.

Potest tamen Epus transferre benefa simplicia

Juris

Iurispatronatus ex Eccl.ijs ita collapsis ut ob eorum inopiam restaurari nequeant ad ~~Eccl.~~ Eccl.ias Matrices aut ad alias vocatis ijs quorum interest. Et quoad Parochiales etiam Iurispatronatus tenetur curare omnino ut reficiantur ex redditibus Eccl.iarum qui si non sufficiant potest cogere Patronos. et in eorum defectum Parochianos omnibus remedijs opportunis appellatione et exemptione remota, et ijs etiam nimia aegestate laborantibus transferantur ad ~~Eccl.~~ Eccl.ias Matrices, aut alias viciniores Conc. Trid.m c. 1.o sess. 21. de reform. et Sac. Cong.o Concilij, super eodem in princ. Leo ubi sup.a n.o 15.

Quod si redditus tenues a principio assignati fuerint qui non sufficiant ad necessaria ministrorum, et ad luminaria, compellere potest Patronos ad praebendam congruam sustentationem Parocho, vel ad patiendam illam uniri alteri Eccl.iae Sac. Cong.o Concilij super sess. 21. c. 5. de refor. §. Patroni unius refert Leo ubi s.a n.o 19. et ubi Parochialis esset diruta, ut in ea celebrari non potest, nec ob exiguos illius redditus restaurari Iurispatronatus perdit nomen beneficij ob amissam Eccl.iam, et caret titulo unde fit ut fructus illius ad aliam Eccl.iam transferri

ferri possint per Epum saltem in visitat.ne Leo
loc. citat. n.o 20. ubi adducit Concilium Trid.m sess. 24.
de reform. c. 13. vers. in Parochialibus.
12. In eundem finem potest dismembrare partem
533. redditum et districtus Parochialis salvo Jure
Patronatus.
Ad 12. cum dismembratio fructuum dicatur alie-
natio requiruntur ad eam omnes solemnitates re-
quisitae in alienatione rerum Eccl.ae decis. Cro.
refert Garz. de benef. p.e 12. c. 13. a n.o 3. praxis
Archiep. c. 60. n.o 17. et potest Epus dismembrare
ex causa d.a Sacra Cong.e Concilij in una Ciraconensi
relata per Garz. p.e 12 c. 3. n. 9. sed de redditibus
Eccl.ae patronatae existimarem idem dicendum
in dismembrat.ne quod in unione quoad Epum.
13. Nulli Pronor. licet ullum Parochum amovere
534. a Parochia nisi de auctoritate Epi.
Ad 13. instituti semel per concursum in Parochiali
non possunt a Pronis et id habentibus ex consue-
tud.ne amplius amoveri Nald. verbo Jus pronatus
n.o 12.
14. Nulli Pronor. licet Eccl.ae Parochis senodochij
535. scholae et similium bona immobilia, vel mobilia
redditus et in sacros usus convertere, ex toto vel
ex parte nisi in casibus a Jure expressis.
15. Non potest Pronus ulla bona ut sup.a permutare
536. vendere, vel quocumque modo alienare et

in

in evidentem Ecclie utilitatem sine consensu superior. Ecclicor.

16. Non licet Pronis sine expresso superior. Ecclicor.
537. consensu redditus, aut fructus currentes Parochor. seu Ecclias. locorque pior. in certam pecunie summam annue pendendam commutare Ad 14. et seqi. Proni. cuiuscumque ordis. et Dignitatis sive Clerici, sive Laici nullatenus, nullarie causa vel occone, se ingerere possunt in perceptione fructuum proventuum. obventionum quorumcumque beneficior. etiamsi vere de Jure pronatus ipsor. et fundatore vel dotatore existant, sed eos libere Rectori vel beneficiato non obstante quacumque consuetudine dimittere debent, alias excommunicationem ipso facto incurrunt et ipso Jure pronatus privati existunt Leo pe. 2o. c. 6. n.o 16. refert decisum à Cong. ad. c. 9. sess. 15. de ref.

In Japonia solent sepe compellere Cristianos ut vel iurando per Deos Gentilium aut per verum Cristianor. Deum seu absq. Juramento, proprijs tamen manibus subscribendo promittant se nullo modo cum sacerdotibus communicaturos aut illos in suis Domibus recepturos. Gentiles vero solent publicare et minari quod si Cristiani hanc fidem Imperatori et eius ministris frangant occidentur

occidentur, non eo quod Christiani sint, sed eo quod fidei praestitae violatores existant.

1. Utrum possint hanc fidem licitè praestare aliquo ex tribus modis, et si illam praestiterint, si ob violatam

538 mortem patiantur. sint verè Martyres

1.° modo videtur quod possint, cum Dij Gentilium aut eorum Idola sint nihil sed in contrarium est Scandalum cum tam Gentilium, quam Christianorum qui credunt iam non esse Christianos, vel saltem ita debiles, ut facillimo negotio ad Gentilitatem convertentur. qui hoc faciunt

2.° modo videtur quod possint, quia recipere seu communicare cum sacerdotibus non est res secundum se sub praecepto, sed sub Concilio, ad res autem quae sunt tantum sub Concilio non tenentur Christiani cum tanto periculo sed in contrarium est, quod recipere, seu communicare cum sacerdotibus aliquando cadit sub praecepto etiam cum periculo vitae, ut in necessitate extrema propria aut proximi spirituali. Unde iurare quod nunquam, est iurare quod non servabit praeceptum Charitatis. et etiam est Scandalum.

3.° modo etiamsi videatur levior promissio cum subscriptione tantum absque iuramento, tamen non possunt rationem Scandali praedictam evadere.

2.° Quoad Martyrium cum semper Christianis condonentur omnia si fidem abnegent, videntur Martyres qui hinc condonationi indulgentes ne fidem abnegent

abnegent mortem patiuntur, moriuntur enim
ne peccent, et satis videtur admisceri de
protestatione fidei, et difensione virtutis
ut sint martyres sive enim peccaverint sive
non fidem praestando seu iurando semper tamen
et se est actio bona, receptio, et communicatione
cum sacerdote, unde mori pro illa et cum scientia
quod si fidem abnegent, absolventur videtur
sufficere ad martyrium.

Utrum Ritus quidam Lineae triplicatae Circumbsq.
longioris capillitij in certa capitis parte scandali
in fronte iniunctio, et Lavatoria quaedam
apud orientales Indos Brachmanes, et alios nobiles
in usu, sint signa protestativa falsae Idolor.
Religionis? An vero insignia seu stemmata
nobilitatis, quae separatis Ceremonijs superstitiosis
cum quibus ab Ethnicis adhibentur possint illis
permitti, et concedi Equi fiunt Christiani.

Il Voto è di Monsig.r Lombardi Arciu.o Ar=
macano in Ibernia.

Votum seu suffragium de ista Controversia
vide inferius Votum per extensam praed.ti
Auctoris

Conclusio

Conclusio 1.a, Cum signa ista apud Brachmanes, et alios nobiles Indiæ Orientalis in usu sint ex sua Institutione insignia, et stemmata nobilitatis politicæ, tametsi ex errore gentilitio adiunctas habeant superstitiones quasdam, quibus adhibentur, et referuntur ad Cultum Idolorum Pro faciliori Conuersione eorumdem Indorum Brachmanum, aliorumque Nobilium ad fidem Cristianam expedit, ut illis quando uolunt fieri Cristiani in regionibus, quæ sunt subiectæ Regibus Ethnicis, eadem signa separando ab eis omnem superstitionem, cum qua sub gentilismo solent suæ formari, suæ dari, suæ gestari, suæ adhiberi, permittantur, et concedantur tamquam Insignia, et stemmata suæ nobilitatis cum protestat.e ab ipsis facienda, quod ad nullum superstitiosum usum, seu finem eadem signa petant, aut tenere uelint

2.a

540. Cum sint in usu apud eosdem Gentiles Indos cum Nobiles, tum Plebeos etiam alia diuersa signa ex Institutione sua ad Cultum Idolorum, seu falsorum Deorum spectantia, quando aliqui ex eisdem Indis uolunt fieri Cristiani, debent omnia eiusmodi signa abijcere cum protestatione similiter, quod nunquam amplius eis utentur.

3.a

541. Cum pro leges eorumdem Indorum prohibeatur Brachmanibus, et alijs nobilibus conuersari cum Plebeis

quod ita observatur, ut qui ex eisdem Brachmanibus
alijsque Nobilibus fiunt Christiani, maneant separati
a Plebeis, tametsi Cristianis, idque etiam in officijs
Religionis debent fidem Cristiani tam Brachmani,
alijque Nobiles, quam Plebeis adhuc requisiti protestare
se in eiusmodi separatione permanere, non ex causa
religionis, sed ob alias causas necessarias, et pro tempore
tollerandas. 4a

542 Cum aliqui ex eisdem gentilibus Indis, sive Brac-
hmanibus, sive alij, qui sub gentilismo constituti
erant in ministerio quocumque religionis, sive sacerdo-
tio, sive alio volunt fieri Cristiani, debent protestari
se abrenunciare eiusmodi sacerdotio, seu ministerio
et si sint ex illis, quibus predictorum signorum usus
permittitur, et conceditur, debent similiter protestari se
his non pro iure aliquo ex renunciato sacerdotio, seu
ministerio religionis sibi umquam competente sed
tamquam quae sunt Insignia, et stemmata nobi- c.
litatis suae politicae
His observatis etiam ad Brachmanes, et alios Indos ad c. 7. n. 20.
Indos conversos spectat exhortatio illa S. Pauli Apli.
in Epla ad Corinthios. Unusquisque in ea qua vocatione
vocatus est in ea permaneat.

Dubium facit quia fuit resolutum in Goa per Archiepum
et alios viros doctos non posse concedi Neophitis habitum

Lineae, seu

Lineæ, seu Capillamenti, et aliorum stemmatum, quibus Gentiles utuntur.

Quia in Synodo Provinciali Goana fuit prohibitus Cristianis usus horum stemmatum.

Et quia dant. cum aliquibus Sacrificijs, et ritibus gentilitatis superstitionem redolentibus; Die 17. 7bris 1669.

In Cong.ne Generali de Prop.da fide

Relatis per Emum D. Card.le Barberinum infractis decretis per Epum Bisiniani olim per Insulas Maris Aegei Visitatorem Aplicum editis in visitat.e Eccliæ Milensis ult.

1. Ut nullus ex Eccliis tam secularibus, quam regularibus
543. sine licentia ordinarij, excepto Parocho Cathedralis Eccliæ, Munia Parochialia, tam in Insula, quam in Portu eiusdem exercere possit, neque illas benedictiones dare, quæ ad Parochum de Jure pertinent sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurren.

2. Ut nullus Sacerdos secularis alterius Diœcesis ad-
544. mittatur ad celebronem missæ in Eccliis etiam regularium nisi prius Lras dimissoriales Ordinario exhibuerint, et ab ipso licentiam celebrandi obtinuerit

3. Ut omnes teneantur Interdictum Locale servare
545. nec ad Communionem Eccliæ recipiantur Censuris Eccliis ab Ordinario irretiti.

4 Ut in concedenda absolut.e ab Expresi facultates per
546.

Sac: Cong.ne S.ti officij missionarijs concessæ nullatenus ex-
cedantur, neque aliter absolutio hereticis concedit possit
concedi, quam in foro conscientiæ, nisi aliter per prædam
S. Cong.ne dispositum fuerit.
Ss.mus approbauit.
Die 22 martij 1669.
In Cong.ne Partic.ri de Prop.da fide.
Cum aliquando contingat, ut Vicarij Apostolici, eorumque
missionarij in Indijs Orientalibus, siue inter eundum
ad suas Missiones, siue in Europam inter redeundum
morari cogantur in locis quibusdam, in quibus sunt
Parochi constituti, et Christiani ibidem Commoran-
tes a dd. Vicarijs, et missionarijs Sacramentorum administrationem
petant
Queritur
1. An d.o casu in locis tantum infidelium dominio sub-
547. ditis possint annuere Christianorum petitioni, et cum sola
licentia Parochi absque approbat.e Ordinariorum, quos
propter distantiam loci adire non licet, Sacram.ta ministrare.
2. An hoc ipsum eisdem liceat absque licentia eorumdem
540. Parochorum casu tamen urgentis, et grauis necessitatis.
3. An in dd. casibus saltem in foro interno possint
549. facultatibus uti à S. Cong.ne concessi
Ad 1.m posse tantum administrare, quæ Parochus potest.
Ad 2.m non posse, sed tamen in casu grauis, et urgentis
necess.tis

necessitatis facultas conceditur.

Ad 3.m Ut ad proximum

7. maij 1669.

In eadem Cong.ne

Quoniam iteratis per S. Cong.nem Decretis exercitium Pontificalium extra diœceses Episcopis eiusdem S. Cong.nis assignatas prohibetur. — Quærit Episcopus Heliopolytanus.

550. An dd. decreta intelligenda sint vim suam habere intra fines Europæ tantum, an verò extendant. et. ad alia Loca per quæ transeundum erit cum ad suas Ecclias proficiscuntur.

S. Cong.o resp.t Dicta decreta prohibentia d. exercitium Pontificalium extendi ad omnia loca etiam extra fines Europæ.

14. Xbris 1661.

In eadem Cong.ne

Cum Sacrosanctum Eucharistiæ Sacram.tum à Cristianis Infirmis expetit. Quærit.

551. 1.o An missionarijs in dd. Infirmorum domibus Sacrificium missæ celebrari liceat.

Non licere.

2. An hoc procedat etiam cum mortis periculum urget, sed viaticum occultè saltem deferri potest

Non licere.

553. 3. An licitum saltem sit quando neq occultè, neque publicè deferri potest

Tali Casu licere, uel in Domo Infirmi, uel saltem in uiciniori domo si locus decens sit, ne Infirmus Viatico priuetur.

Die 2. Aprilis 1669.

In Cong.e Genli de Prop.a fide.

554 Ad conseruandam pacem inter Armenos Unitos Regni Poloniae et ob alias grauissimas Causas. S. Cong.o annuente Ssmo D. N. decreuit ne de cetero Armenis unitis, siue Laijcis, siue Ecclesiasticis tam secularibus, quam Regularibus ad latinum Ritum quacumque de Causa sine speciali sedis Apostolicae licentia transire liceat, et proinde omnibus Archiepis, Epis, et Officialibus DD. Armenorum unitorum districte precipiendo mandauit, ne deinceps licentias pro huiusmodi transitu subditis suis cuiuscumque gradus, et Conditionis existant concedere praesumant, et Archiepis Epis, et alijs Praelatis Latinis, et eorum officialibus, ne Armenos predictos Unitos ad Latinum Ritum transire uolentes quouis praetextu, aut Causa etc. cum licentia Armenorum Praelatorum suorum recipere audeant sub poena nullitatis actus.

Non obstantibus &c.

Die dicta

555. Quoniam Ritus Armenorum Unitorum cum Ecclia Catholica et Sede Apca pluries approbatus et con-

et confirmatus fuit. S. Cong.o Supplicante R. P. D. Archiepo Leopolitano Armeno mandauit, ne aliqua mutatio aut innouatio in eodem Ritu contra ptam Unionem ex quauis Causa fiat, absq; expressa Sedis Ap.ce Licentia

Parere. Declaratio sup dispensationibus matrimonialibus, quae missionarijs conceduntur.

556. Dispensandi in partibus hereticorum, in quibus Catholicis non concedit. Liberum exercitium SS. Sacramentorum cum personis in 2.o et 3.o coniunctis, existimo intelligendum esse à Communi, non autem à diuersis stipitibus, quando enim impedim.tum prouenit à diuerso, non aut. eodem stipite, tunc non sunt in 2.o et 3.o, sed in 2.o ex uno, et 3.o ex altero, uid.t ab uno stipite fratres Consobrini, et ab altero fratrum Consobrinorum filij, sed quando impedim.tum 2.i et 3.i prouenit ab uno et eodem stipite tunc sunt uerè in 2.o et 3.o à comuni uid.t Exempli gra. Br.ix filia consobrini fratris Br.is, uel è conuerso et intelligendum est de gradu affinitatis in 2.o et 3.o à comuni prouenien ex eo q.d orator habuit in Uxorem filiam Sororis Consobrinae illius, quam ducere intendit, uel è conuerso, quod si essent ex diuersis stipitibus essent in 2.o ex uno, ac 3.o ex altero affinitatis, et impedim.tum proueniret, quia Br. habuit in Uxorem mulierem 2.o gradu in Linea

tequali coniunctam Gratici, quam ducere intendit et sic mulieris potestas sororem Consobrinam ex una, et fratris seu sororis Consobrini, vel Consobrinae filiam ex altero stipite

Idem dicendum est si essent in 2.° et 4.° à communi, in quibus gradibus sicuti in 2.° et 3.° à communi dispensatur super remotiori, et declarat distantia gradus propinquioris 2.i iud.t Gratibus non obstare.

557. Quoad impedim.tum publicae honestatis iustitiae attendendum est huiusmodi Impedim.tum duplex esse, alterum quod provenit ex sponsalibus quando sunt valida, quod non excedit p.m gradum Conc. Trid. cap. 3. sess. 24; Alterum vero est quod provenit ex matrim.° rato, et non consumato, quod extendi usque ad 4.m gradum declaravit fel. rec: Pius V. Et in huiusmodi casibus debent Missionarij se gerere, p.t in gradu consanguinitatis et affinitatis suptis, et non in dispensationibus in 2.° publicae honestatis Iustitiae ex matrim.° rato et non consumato. Ut pote si meus frater Consobrinus contraxisset matrimonium per verba de p.nti cum B, et illa à me omnino intacta, et in nullo modo penitus attentata defuncta vellem cum illius sorore consobrina contrahere

558. Super raptu observandum est decretum Concilij Trid.ni cap. 5. sess. 24

Circa

4. Circa impedimentum Criminis, quod nos neutro machinante appellamus, aduertendum est impedim.tum
559. huoi contrahi p sola promissione, uel sola Carnalem copulam uiuente altero Coniuge absque promissione se ad hoc ut inducatur huoi impedim.tum, necesse est ut altero Coniugum uiuente sequat. copula Carnalis cum promissione de Contrahendo post prędicti Coniugis obitum, atque Coniux moriat. neutro Eorum in eius morte machinante, quod si uterque uel alter Contrahentium machinasset in eius mortem, non esset illis concedenda dispensatio, quia daretur alijs occasio tam detestabile scelus committendi.

Et quia proles suscepta constante matrim.o semp. prę-sumit. matrimonij, quando supp. huoi impedim.to ex prę missis prouenien. dispensatur, non debet decerni proles leg.ma nisi concepta, et suscepta post obitum prę mortui Coniugis.

Aliud dubium circa facultates.

560. An facultates pro conuersione Indorum fuerint reuocatę à S. Concilio Trid.no et Bulla Gregorij decimitertij In tanta negotiorum mole.

Dubium facit, quia Concilium, et Bulla reuocant omnia Priuilegia regularium quę eidem S. Conc.o aduersant. facultates autem pro Conuersione Indorum aduersant. Concilio Trid.no ubi sunt Epi tam in materia absoluendi, quam dispensandi, prę sertim in irregularitatibus et impedim.tis matrimonij, et in administratione Sacramentorum Parochialium in Cura animarum, et prędicatione verbi Dei, et in Visitat.e ad Episcopos pertinente circa hęc Parochialia munia. Econtra

circa Curæ animarum animarum exercitium regulares laborantes in Indijs sunt privilegiati à Pio V.o ut in his non pendeant ab Epis.

Nec officit Bulla Gregorij 13. quia Greg. XIV. confirmavit Constonem Pij V.

His tamen apponi possunt Constones Clem.tis Viij et Pauli V. pro Japonia et in Indijs orientalibus, qui circa Curam animarum, et prædiconem verbi Dei, ac Sacramentorum administronem preservant Jura Epalia; Præterea videntur cessasse ptæ facultates ob defectum Causæ; nam fuerunt concessæ, quia tunc in Indijs non erant Epi, vel saltem restrictæ p Bullam Pauli 3. si Epi ultra duas dietas non distent, vel à Clem.e 10.o et Paulo V. in materijs s.a recensitis.

Die 10. Xbris 1665.

In Cong.ne de Prop.da fide

In decreto edito 14. Aplis 1654 prohibet.r missionarijs, seu regularibus, qui in Provincijs unitis Belgij existunt extrahere à ptis Provincijs legata, Eleemosinas, oblationes, et cætera huiusmodi cuiuscumque summæ valoris, et quantitatis, quæ ibi elargiuntur vel offeruntur. Vicarius Aplicus supplicat declarari.

P.o An sub prædicto decreto ac omnibus in eo contentis comprehendat.r et.r Clerus secularis dd. Provinciarum

562. 2. An vigore prohibitionis factæ missionarijs de non acceptandis legatis absque sedis Aplicæ

Licentia

licentia liceat sacerdotibus secularibus absque eo quod licentiam predictam obtineant, acceptare legata, quæ ad ipsorum usum, et beneficium facta fuerint, et præsertim si fiat intuitu S. Monasterij ab ipsis defuncto prestari solitis.

563. 3. An donationes causa mortis comprehendantur in d. Decreto
4. An Provisores seminariorum, et Prorectores Confraternitatum intelligantur etiam ipsi in decreto comprehensi

S. Cong.o respondit
Ad p.m 3.m et 4.m affirmative.
Ad 2.m servetur decretum prout iacet.

Die 9. maij 1667.

Resolutiones aliquorum dubiorum, quæ circa Juramentum, quod ab Alumnis præstatur in executione Bullæ Ssmi P. D. Alexandri 7. occurrunt.

165. P.o Iniungitur Superioribus Collegiorum Pontificiorum ut qualibet vice nomina Singulorum, qui ad Collegium admittuntur, statim ipsimet Sacræ Congreg.ni, vel ipsius Secretario transmittant.

Queritur an id intelligatur debere fieri etiam ante præstitum ab Alumnis Juramentum. Si enim mitti deberent ante, et post Juramentum Singulorum nomina, cui exemp. gr. viginti personæ Alumnorum sint ad Collegium admittendæ, et non simul petant admitti, sequeretur Superiorem Collegij Pontificij 40. vicibus scribere debere Romam præter eam vicem, qua cum expensarum rationibus

coram Nuncio Aplico firmatis Cathalogus Alumnorum singulis annis mittendus est et preter eorum nomina, qui è Collegio dimittuntur.

566. 2. Habetur in formula Sacramenti Voueo preterea, et Juro, quod iussu a pred.e Cong.nis de Prop.da fide sine mora in Prouinciam meam reuertar. Queritur. Quam Prouinciam S. Cong.o intelligat? An in qua aliquis natus, an in qua educatus, et litteris imbutus, an cui se sponte in perpetuum addixit? An potius pro Prouincia intelligat Diœcesim?

567. 3. Habetur in declarationibus nullum à Collegio Pontificio posse eijci absque licentia Sedis Apcæ, Nuncij

Queritur. An etiam quando in probat.e adhuc sunt Alumni, teneatur in casu eiectionis superior Collegij Pontificij ad Sedis Apcæ Nuncium recurrere.

4. Ad 1.m S. Cong.o respondit Alumnos prestare debere Juramentum ad formam decreti S. M. Vrbani Viij scilicet statim ac compleuerint annum decimumquintum, illiusque obseruantiam Rectoribus iniungendam esse.

Ad 2.m adeant Nuncium in Casibus Particularibus pro declaratione.

Ad 3.m Prouisum in respons.ne ad 1.m quæsitum

Die 26. Januarij 1665.

In Cong.ne Particl.i de Prop.da fide.

Relata Instantia P. Guardiani Hierosolymitani ut missionarijs S. Cong.nis in locis suae Jurisd.ni subiectis prohibeat. missas in eorum Cappellis diebus festis celebrare, nisi prius celebrata missa in Eccl.a Paroli. S. Cong.o mandauit seruandas esse infrascriptas declarones S. Cong.nis Concilij Trid.ni uid.t

1. Baren. Junij 1597. Cong.o censuit Presbyterum in

565. sua Eccl.ia missam celebrantem non teneri differre celebrationem donec in Eccl.a Paroli missam Parochus celebrauerit.

2. An Ord.nius ad Instantiam Rectoris Eccl.iae Parolis

569. possit praecipere Rectoribus aliarum Eccl.iarum non Parolium ne missas celebrent antequam absoluenda fuerit missa Conuentualis, quae in ipsa Parochiali quotidie celebratur.

Die 6. 8bris 1625. Cong.o censuit Ordinarium non posse id prohibere.

Die 23. Januarij 1665.

S. Cong.o de Prop.da fide censuit non licere missionarijs absoluere à quibusuis censuris latis per Epos

570. et Vicarios Aplicos in foro externo cum ipsi non habeant Jurisdict.em nisi in foro poenitentiae tm.

Die 19. 9bris 1665.

In Cong.e gnli de Prop.da fide coram Ssmo. Ssmus D. N. approbando Decretum editum in Cong.ne habita die X. Julij 1665. mandauit, ut missionarij S. Cong.nis Ordinis Minor

Conlium non recomendentur pro laurea doc-
571 toratus consequenda nisi per integrum sexennium
in missionibus inservierint, ac certa testimonia
de eorum laudabili servitio exhibuerint non ob-
stantibus quibuscumque.

Die 22 martij 1669.

In Cong.ne Parlari de Prop.da fide.

Cum certior facta fuerit hæc S. Sedes, quod in Plerisq
Provincijs dominio Regis Portugalliæ in Indijs
Orientalibus non subiectis publicetur Bulla
Cruciatæ, eaque acquisita privilegijs in ea per sedem
Apcam concessis fruantur tam subditi pti Regis
ibi rone negocionis degentes, quam cæteri Cristia-
ni ibi inhabitantes. Ideo quæritur.

572. 1.o An Bulla Cruciatæ possit publicari etiam in
locis Indiarum Orientalium Regi Portugalliæ
non subiectis

573. 2.o An ijs, qui acquirunt Bullam Cruciatæ in locis
Regi Portugalliæ subiectis possint frui illius
privilegijs etiam in locis sub alterius Principis
ditione.

vide infra E. S. Cong.o dictis dubijs maturè ppensis et consultis
desuper Theologis respondit

Ad 1.m negative

Ad 2.m aff.e uid.t eos, qui existentes in locis Regi
Portugalliæ subiectis ibidem Bullam cruciatæ ob-
tinuerint posse frui illius privilegijs etiam in locis
eidem Regi non subiectis, præterquam privilegijs
esus Carnium, et lacticinior.

Declar.nes

Declarationes, et responsa nonnullorum Emorum Card.lium S. Cong.nis de Prop.da fide à Smo P. N. Alex.ro 7.o specialiter deputatorum dubijs propositis sup. intelligentia, ac observantia ab eadem Sanctitate Sua sub die 20. Julij 1660. emanati circa Juram.tum praestitum hactenus, ac praestandum imposterum ab Alumnis Collegiorum Pontificiorum

1.o An declaratio de non satisfaciendo muneris Juramentum iniuncto, nisi illud expleatur ad praescriptum Sedis Aplicae censeat. derogare Bullis fundationum Collegiorum, in quibus plerisque innuit. modus, quo Alumnis servire licet.

Respondetur Smi P. N. mens nullatenus est Collegiorum Alumnos à proprijs unius cuiusque Institutis retrahere, quinimo ad eorumdem observantiam ipsos adigere praefixis terminis, ne ab Instituto medijsque praescriptis ad finem fundationis assequendum quovis colore divertant. Quoties igit. Alumni ad praescriptum Bullarum pro suis Collegijs editarum inservient ad praescriptum Sedis Aplicae inservire censebunt.

2.o An prohibitio de non assumendo habitum regularem deroget ijs Bullis fundaonum, in quibus id expresse permittit.

575. Respondetur quidquid de se ipsis statuant Collegiorum Pontificiorum Alumni subordinantur, semper esse debet eorum fini principali Spiritualis scilicet earum Provinciarum salutis, quibus ex vi

Instituti sunt simpliciter et omnino obstricti, nec alio sensu Pontifices Religionem ingredi permiserunt, alias enim suum met euertissent principium, quoniam uero id ipsum prout experimento compertum est, uniuersali nationum Bono, aliquando quidem expedit, aliquando uero non iuxta temporum, locorum, et et personarum circumstantias, non uetat Breue, quominus regulares fiant, sed sedis Aplicæ Judicio reseruat, quando id congruat necne: Excipiunt tamen ab hac regula Ordo S. Basilij pro Collegio Græcorum, et S. Antonij pro Collegio Maronitarum iuxta peculiare Juramentum ab Urbano Ss. Alumnis eorumdem præscriptum, cum unusquisque ex eis Collegis possit absque licentia in eos ordines adscribi intra terminos earum Prouinciarum, ac locorum ad quæ redire tenentur.

B. Utrum Sctis Suæ mentis sit Alumnis ingressum in religione prohibere, etiamsi de Patrum Spiritualium Consilio eorum saluti maxime conducere censeat.

536.

Respondr. Dictum est Breue non uetare Alumnis quominus regulares fiant, sed sedis Aplicæ Judicio reseruare rationes, ac momenta expendere, quando congruere censendum ~~est~~ sit necnè: Inter quas ea profecto notissima est; An scilicet publicum bonum peculiari bono Alumni ijs in circumstantijs præferri debeat ea nimirum rone, qua aliquibus ordinibus

concessum.

concessum est ne eorum Religiosis etiam ad arctiorem transire liceat sine propriorum superiorum licentia.

4: Supplicat. pro aliqua declaratione circa perpetuam subiectionem Alumnorum S. Sedi postquam, obtenta licentia, fuerint aliquam religionem ingressi, quia alioquin egre à superioribus excipient.

Respondet. Vinculi continuatio applicandi se ipsos in auxilium animarum etiamsi cum sedis Aplicæ licentia, aut post triennium sine d.a licentia religionem fuerint ingressi; reperit. expressa in formula Juramenti edita iussu S. m. Urbani viij., quod ab eo tempore semper ab Alumnis præstitum est, neque id circo religionum superiores abstinuerunt ab ijs admittendis, vel ex eo præcipue; quod uno aut duobus exceptis, nullum fere sit hodie regularium Ordo, in quo munus huiusmodi iuuandi animas, cui sese addixerunt explere non possint, quod si Alumni religionem aliquam ingredi voluerint, quæ huic muneri minimè vacet, vel quantumuis vacauerit, aut munia in fundatione præscripta in ea exercere, aut rationibus, quibus se deuouerunt, prodesse non concedat., æquum prorsus erit, ut ab ea excludant.

5. An Alumni, qui licentia obtenta religionem
570. ingressi fuerint, et de eorum superiorum mandato vigore priuilegiorum Ordinis in missionibus laborauerint

censendi sint ad prescriptum Sedis Apcæ inseruire.

Respond.r affirmatiuè, si ad prescriptum fundonis Collegij in quo fuerunt educati id præstiterint

6.° Cum omnium, aut saltem aliquorum Collegiorum Insti-
579. tuto minimè repugnat, quod eorum Alumni ad Ep̄atus, aliasque Dignitates, quæ statum ꝓpetuum habent annexum assumant.r, supplicat.r pro aliqua declarone sup. prohibit.e eiusdem facta, ne statum ꝓpetuum sibi eligant.

Respond.r Status quicumque licet perpetui, qui Instituto, et fundationi proprij Collegij non aduersentur, uel saltem illud non impediant, minimè prohibent.r, ubi autem experientia docuit modum aliquem, aut limitationem esse apponendam expressa sunt tam Juram.to S. m. Urbani Viij, quam a Breue S.mi, ijsque omnino parere debent.

7.° Utrum Alumni teneant.r ex ui Juram.ti singulis annis ~~[illegible]~~
5010. S. Sedi scribere ac de ipsis suoq; statu Ronem reddere etiam postquam ad aliquam dignitatem Ecclesiam seu Ep̄atum fuerint assumpti.

Respond.r Cum obligatio impedendi operam quoad uixerint saluti animarum, ac fidei Catholicæ Propagandæ Alumnis semper inhæreat ex ui Instituti, cui se Juram.to deuouerunt in quocumque statu reperiant.r, consequens est ut in quolibet statu Sedem Aplicam de laboribus in huoi munia, Impensis, et qualiter

Instituti

Instituto, quod professi sunt satisfecerint, et
cere teneant. Quia vero Epi ad id ipsum prestant,
dum Relonem suarum Diœcesium statuto tempore ad
S. Sedem transmittunt, indulget S. Cong.o ut cum
id prestiterint prefato iuram.to quoad hanc partem
satisfacere censeant. etiam si quotannis scribere
pretermittant

8. An ij, qui de S. Sedis licentia ad statum regularem
Sess. transierunt teneant. quotannis per epistolas eamque
de se, suoque statu, ac laboribus, quibus incumbunt
per se ipsos monere, an vero sufficiat, ut id a su-
perioribus ordinum prestetur.

Respond.r Tenentur per se ipsos

9. An teneant. Alumni quotannis ad Sedem Ap.cam
Sess. scribere ubi ob graves persecutiones hostium fidei,
interdictamque quamlibet cum hac S. Sede Communi-
cat.nem id ipsum prestare nequeunt nisi cum magno
vitæ fortunamque, non modo sui, verum et. hospitum
penes quos degunt aliorumque Catholicorum discrimi-
ne. Respond.r Consulant Conscientiæ suæ
An, et quando metus, et periculum tale sit, ut ab
Juram.ti observantia sufficienter excuset, ad-
monent. tamen, nec tam facile cuivis difficultati
acquiescant, cum sæpius id tuto prestari possit, si
prudens cautio adhibeat.

X. An Alumni, qui ter, vel quater literas Sedis Ap.ci
Sess. 3.

Nuncijs transmiserunt nullo ab eis reportato res-
ponso suae obligoni iuxta Bo Mente Brevis cense-
atur satisfecisse.
Respondr. Ipsorum conscientia hac in re onerat.
Cum sltr. teneantr. eam moralem diligentiam adhibere
quam adhiberet is, qui vere vellet Lras a se conscrip-
tas ad sedem Aplicam pervenire
XL. An Alumni, qui in Missione reperiuntr. satisfa-
504. ciant obligoni scribendi ad sedem Aplicam si
id praestent per Literas Praefectorum
Respondr. Negative, quod si is, ut supradictum est
id ipsum sine magno discrimine per se ipsos implere
nequeant, tunc saltem per Praefectos proprium de-
fectum supplere curent.
XIJ. Quoniam in Juramto quod hactenus praestiterunt
505. Alumni nulla adest prohibitio ingrediendi religne
post elapsum triennium, aut obligatio scribendi quotan-
nis ad sedem Apcam, quae modo de novo iniunguntr.
nec eas Alumni ullo pacto praeviderunt. Quaeritr.
An ij qui semel Juramtum iuxta formam hactenus ob-
servatam emiserunt, aut qui licet non emiserint
nihil tale suspicantes ad Collegia se contulerunt,
cogendi sint ad novum Juramtum praestandum, vel
ad eorum observantiam; Idemque quaeritr. circa per-
petuitatem servitij, quae licet ex formula prioris
Juramti possit colligi, nihilominus sequuti sunt
bona fide

bona fide opinione, quae in contrarium invaluerat nulla habita notitia decreti Innocentij id ipsum expresse declarantis.

Respond. Alumnos, qui antequam Breve SSmi prodierit Juram.tum hactenus servatum emiserunt, Sanctitas Sua nec ad novum Juram.tum praestandum, nec ad eius in praemissis observantiam compellit, quod etiam ex benignitate extendit ad perpetuitatem Juram.ti si bona fide ita existimaverint, sed hortatur in Dno, ut nihilominus singula contenta in hoc ultimo Brevi Suae Sanctitatis adamussim observent. Si vero qui ante promulgationem Brevis non iurarunt licet bona fide, et cum ignorantia eiusdem ad Collegia se transtulerint iuxta novam formam in praefato Brevi contentam omnino iurare tenentur.

Xiij An Alumni ad perpetuum S. Sedis servitium adstricti censeantur, licet ipsis ab eadem certum, et stabile non decernatur stipendium ad sui met substentationem.

Respond. S. Sedis servitium quantum ad Alumnos pertinet, non ad ipsius sedis commodum, sed ad Nationum quibus sponte suam operam devoverunt. Salutem dirigitur, eique ex vi Instituti, quod professi sunt, educonis, ac Instructionis, ac demum Juram.ti non Jure stipendij, tenentur. quoad vixerint, nec eis ullo pacto alteri statui ab huiusmodi Instituto alieno se se addicere, quotiescumque intra proprij Instituti latitudinem, sive ex proprio, sive ex alieno congrue vivere poterunt, si vero status licet perpetuus ab Instituto alienus non sit, eum amplecti minime

prohibentur, salua tamen quoad statum regularem modificone superius expressa, quod si necessitate uiuendi ad statum aliquem sancta Sede inconsulta capessendum adigant., in quo uel ratione Nationis, cui sese addixerunt, uel rone ipsius muneris propriae obligationi satisfacere non ualuerint, uel etiam si id concedatur illi tamen absq; S. Sedis licentia sese adijcere nequibant, declarat S. Cong.o illi statui nequaquam adijcere potuisse nisi irreuocabiliter, sibique facultatem reseruat eosdem, si status id patiatur, ab eo quandocumq; reuocandi, necessario tn illis assignato stipendio pro eorum congrua sustentatione si alia rat.ne eorum necessitati consultum non esset, iniungens idcirco ijsdem sub poena periurij, ut illico S. Cong.ne de statu suscepto edocere non pretermittant.

XIV. An censeant. à Juram.to absoluti Alumni qui è Col-
507. legijs dimissi fuerint discoli, uel inhabiles, uel ex mala ualetudine, cum ex ijsdem ronibus illud explere non ualeant.

Respond.o Consulant singuli S. Cong.mo quae ppensis causis inhabilitatis uniuscuiusque ac munijs, quibus aliquo modo uacare possunt, uel eos diriget uel dispensabit. Nullus autem Imposterum è Collegijs quae in Italia sunt quouis titulo aut colore eijciatur absq; licentia in scriptis Emi Prothectoris, extra Italiam uero Sedis Aplicae Nuncij.

XV. An §. Preterea si contingat ubi declarat. dimissos
508. uel sua sponte discedentes ante completa studia, aut ordines susceptos à Juram.to absolutos non censeri ex §.

Insup

Insuper declaramus, in quo excluditur tacitus consensus circa eos, qui ad Religionem legitime admittuntur, respiciant tantummodo Alumnos futuros; An vero extendatur etiam ad praeteritos.

Respondetur. Respiciunt utrosque, perpetuitas tamen intelligitur iuxta dicta in praecedentibus.

XVI. Cum plures ex Alumnis non tam ex ipso defectu,
589. quam ex carentia Institutionis se inhabiles ad salutem animarum promovendam agnoscant, eo quod in Collegijs in quibus enutriti fuerunt, vel linguarum peritias, vel controversias, aut concionandi artem minime fuerint edocti, nec demum in ijs, quae ad praxim spectant Curae animarum exerciti fuerint, supplicatur pro aliqua declaratione

Respondetur. Cum in salute animarum procuranda plura sint munia, ac officia pro diversis operariorum talentis, ac habilitate ad S. Congnem pertinet singulorum expendere capacitatem, et de eorumdem obligatione Judicium ferre.

XVII. An Praefecti Missionum teneantur monere S. Congm
590. nedum de Alumnis praesentibus, verum etiam de praeteritis, et de ijs, qui erunt deinceps.

Respondetur. Tenentur de omnibus

XVIII An obligatio imposita Praefectis diligenter perquirendi
591. nomina, ac status eorum, qui ad eam missionem pertinent, eorumque notulam S. Congnis transmittendi extendatur ad Praesentes missionum.

Respondetur. Sanctitas Sua Praesentibus id non praecipit, sed ad ipsum praestandum hortatur

XLX. Cum in Breue iniungat. Rectoribus, ut exhibeant
592. nomina eorum, qui è Collegijs discedunt Queritur.
Quando eam exhibere teneant.
Respondr. Eam omnino exhibeant antequam Alumni discedant. Et si Collegia fuerint in Vrbe ultra notulam eosdem Alumnos ad Secretarium de Propagda fide transmittant, uel ad Sedis Aplicae nuncios, si ibi Collegia fuerint ubi Nuncij degunt; Eorum uero, qui ad Collegia mittunt. transmittant notulam statimac peruenerint.

XX. Cum in Decreto Jussu Vrbani viij edito prescribat.
593 aetas 14 annorum ad Juramtum praestandum, queritur.
An si quis eam aetatem expleuerit antequam effluxerint sex menses à die Ingressus in pluribus fundationibus concessiante Juramtum, sit expectandum donec sex menses expleantur.
Respr. Seruetur Decretum Vrbani.

XXI. Vtrum prohibitio interpretandi Breue, et Juramtum ex-
594 tendat. etiam ad Interpretationes priuatas, et ut dici solet inter domesticos Parietes.
Interdicit. quelibet interpretatio, quae tradatur, aut usurpetur tamquam sufficiens ad securitatem conscientiae, cum ad hanc consequendam debeat unusquisque in dubijs emergentibus S. Sedem consulere ab eaque ut in Breui cautum est, responsum in scriptis expectare, adeout quantumcies circumferant. responsa S. Sedis nomine, aut pro quemlibet

cuiuscunq

cuiusuis Dignitatis extiterint asserat. interpretat.
aliquam à S. Sede promanasse, eidem acquiescere non li-
ceat nisi de eadem legitimis docum.tis constiterint. Quam-
obrem ubi in ipsamet Juram.ti formula aut alibi di-
cit. illud ab Alumnis expectari nullatenus possit,
caueant ab aliquo actu irretractabili, eademque
S. Sedis mentem quam primum exquirere teneant.
Quae praedictorum Emor. responsa ad se relata SS. D. N.
in omnibus approbauit, ac sua authorit. firmata esse
uoluit.

Sopra le dotationi de Vescouati titolari nelle parti
d'Infedeli, se si possano fare senza scrupolo di pec-
cato con promouere ad essi quelli che le dotano, et in par-
ticolare se fossero regolari nominati dalli Dotanti.

Voto del P. Tesauro Penitentiere.

Casu proposito censeo SSmum D. N. posse tuta con-
scientia annuere postulatis.

595. Po. qa. huius rei adsunt exempla plurima, nam tempo-
re Vrbani Papae viij. plures ad Episcopatus titulares, seu
in Partibus Infidelium promoti sunt, eo intuitu, quod
fundarent perpetuos redditus pro substentat.e Episcopi
tituli sui, interquos unus fuit Benedictinus, alter The-
Vesc.o di Babil. atinus, alius Carmelitam, quietiam fuit promotus cum onere
impendendi operam suam in missione Babilonica ad
certum tempus à S. Cong.ne praefixum. Exempla enim
rei gestae à Summo Pontifice ex certa scientia, et
causa cognita maximam et indubitatam praestent
authoritatem. glos. verb. exempla in fin. 20. dis-
tinct. et ibi canonistae, et latae Euerard. in topic. loc. 95.

ab auctoritate etenim Sedis Aplicæ est veritatis ma-
gistra eiusque gesta ab alijs sunt imitanda c. quis nesciat
XL. dist. et disputare, an Promotus à Papa, et certa
Scientia sit bene et digne promotus Sacrilegij crimen
est text. in L. 2. C. de Crimin. Sacril.
2°. probatur ratione, nullum enim crimen in hoc casu
reperitur.
Non enim hic adest crimen ambitus, quia ut Theologi
dicunt ambitus est inordinatus appetitus honoris, scili-
cet cum appetitur ab indigno, vel medijs illicitis, idest
pecunia, vel emendicatur favoribus, vel ob finem il-
licitum, seu inhonestum, idest ob desiderium honoris
aut divitiarum, alias autem non est ambitus. Ita
S. Thom. 2. 2. q. 105 art. 1. Bartol. in L. Barbarius
n. 1. ff. de offic. Prætor. Boss. in prax. tit. de ambit.
Unde concludunt Theologi, et Doctores, non esse illi-
citum, neque ambitum, sed laudabile petere Episcopatum
vel ob Plebis necessitatem, vel publicam utilitatem,
dummodò petens sit dignus et non medijs illicitis
petat. Ita S. Thom. ibi Emanuel Sa verbo Episco-
pus n. 3. Sot. de Justit. lib. 10. q. 2. art. 1. Bartol. in
d. L. Barberius n. 1. vers. tu melius dic Azor. tom. 2.
lib. 3. c. 20. q. 2. ubi in terminis ait licitum esse
petere Episcopatum ad salutem animarum in Partibus
Gentilium quæ ad fidem convertuntur.
Sed neque hic adest vitium Simoniæ, quamvis ad obtinen-
dam, seu promovendam hanc gratiam offeratur à Consan-
guineis

guineis Religiosi pecunia pro dotatione, talis Episcopatus titularis, seu in Partibus tamen non offertur tamquam pretium tituli Spiritualis Epatus prout offerebat Simon Act. Apost. c. 157. sed offertur tamquam conditio quedam, et Eleemosina, seu erogatio ad opus pium, et publicae Ecclie utilitatis, et non ad priuatam utilitatem Papae gratiam concedentis, sicut cum iniungit. eleemosina, seu contributio ad consequendam aliquam Indulgentiam, seu Jubileum, non enim offert. pro utilitate Papae neque ut pretium, sed ut conditio, et dispositio ad indulgentiam. Ita Suarez to. 1º. de Regular. tract. de Simon. cap. 19. nº. 9. et eadem ratione ex benignitate Canonum institutum est, ut dotans Ecclianm acquirat Jus patronatus, seu Jus nominandi ad d. Ecclianm ad hunc finem ut laici propensiores fiant ad benefaciendum Ecclesiae ut dicunt Turrecrem. in §. piae mentis nº. 10. 16. qº. 7. Abb. in c. ad Aplicam n. 3. de Simon. R. Lambert. de Jurepatr. qº. 1. art. 11. et ita in casu nro intuitu huius dotationis licite potest Papa concedere dictis Consanguineis hac uice Jus nominandi d. Religiosum ad illum Epatus titulum, quod Jus nominandi ad Epatum potest Papa concedere ex gratia speciali etiam personae priuatae glos. in cap. nobis verb. nisi. de Jurepatr. et ibi Abb. n. 9. Lambert. lib. 1. pº. 1. qº. 11. art. 12. n. 10. Preterea ~~licit~~ sicuti licitum est dare pecuniam, seu Eleemosinam pauperi uel Clericis, ut teneant. orationem facere, uel missas

celebrare pro dante Eleemosinam, aut Praedicatori pro praedicatione X. non censetur dari tamquam pretium orationis, vel missae, vel praedicationis, sed pro sustentatione eorumdem, ut conditio seu dispositio S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2. Suar. de Simon. c. 15. n. 9. Layman. lib. 4. tract. de Simon. n. 3cs. sic etiam in casu nro licitum erit offerre talem dotationem pro sustentatione Epi à Sede Apostolica promovendi, et hoc titulo censetur offerri, et non ut pretium Dignitatis Episcopatus.

Neque obstat si dicatur, quod huiusmodi concessionibus aperitur via Religiosis excutiendi Jugum Religionis quod est illicitum, ut ait Turrecrem. in c. in Scripturis 15. q. 1. n. 1. quia respondeo Turrecrem. loqui de Religioso quaerente Episcopatum ad hunc finem inordinatum, quae tamen intentio universaliter non est praesumenda, neque iudicat Ecclesia de occultis cordis, quinimo in casu nro cessat ista praesumptio, cum non ipse Regularis procuret Epatum, sed ipsius Consanguinei id procurent, ipse vero magis modeste se retrahat, et recuset etiam si non omnino dissensiat, ex hoc enim magis dignus ostenditur cui titulus Epatus conferatur, ut notat glos. in c. in Scripturis verbo fugientibus 15. q. 1. et ibi Gemin. n. 3.

Estratto

Estratto del Breve conceduto da Clem.te 9.o alli Padri della Compagnia p l'Indie Orientali cs. Genn.o 1669. e serve d'esempio p altre Concessioni simili.

Si dà facoltà à Provinciali della Compagnia ò à i
596. Padri, che saranno da quelli deputati, di dispensare con i Neofiti delle Provincie dell'un'et'altra India e di altre Regioni del mare oceano, nelle quali habitano tra gl'Infedeli i Cristiani, e non vi sono Ordinarij muniti di questa facoltà, ò sono lontani in due Diete in qualunque impedim.to di Consanguinità ò affinità, eccettuato il p.o grado, che possano contraher matrimonio, e restare in esso, se fosse contratto, e ciò gratis e nel foro della Conscienza solam.te

I Sud.i PP. una volta approvati da qualche Vescovo di
597. quelle parti p predicare, confessare, celebrare nelle Chiese, et Oratorij della Compagnia, non siano tenuti p questo ministerio dimandare, ò ottenere la licenza, et approvatione dagl'altri Vescovi distanti oltre le due Diete dalla Chiesa ò luogo, nel quale si predica & in tal caso si debba ottenere la licenza anche da lui, la quale possa impetrarsi p lettera.

An ij, qui emunt Bullas Cruciatae in locis, in quibus
598. eadem Bulla publicari licet possint frui illis privilegijs etiam in locis ditioni Portugalliae Regis non subiectis

Et quatenus affirmative respondeatur.

599. An indistincte hoc procedat, vel cum subditis tantum eiusdem Regni.

1669. Ad 1.m respond.r Affirmative sl.t eos qui existentes in locis Regi Portugalliae subiectis obtinuerunt Bullam Cruciatae posse frui illis privilegijs in locis Regi Portugalliae non subiectis praeterquam privilegijs esus Carnium, et Lacticiniorum.

Ad 2.m Resp.r affirmative, nempe procedere indistincte, et in omnibus sive subditis, sive non subditis, qui Bullam Cruciatae in regnis Portugalliae subiectis existentes obtinuerunt.

Dubia Hiberniae proposita ab Epo Corcagiens. cum votis. desunt Congnis resoluones, sed videre est in decretis generalibus verbo Hibernia.

P.o An tanta sit connexio inter simplicem habitus religiosi gestationem, et monasticam sepulturam, ut omnes, qui in hora mortis habitum talem recipiunt, censeant. eo ipso fecisse elect.em sepulturae in monasterijs.

600. Pro parte affirmativa facit primo communis Populi in Hibernia apprehensio, et regularium mira in celestibus promittentium suasione derivata. facit 2.o quaedam Sixti 4. constitutio ea qua secundum fratrum glossemata dicta connexio infertur.

Pro parte negativa facit primo, quod electio sepulturae

inducat

inducat naturam ultimae voluntatis, seu testamenti, eiusmodi aut. electio, dum extra Parochiale fit, cedit in Parochi praeiudicium, videt. erogo necessarium, ut per duos saltem testes probetur. facit 2°. quod illam Sixti 4. Constonem Leo X. alia sua Constone revocaverit, relinquendo cuilibet (non religioso professo) morienti in habitu cuiuscumque ordinis liberam facultatem eligendi sepulturam.

2. An ex oblationibus, quae in honore sepultorum in Pa-
601. rochiali fiunt, aliqua portio debeatur regularibus.

Pro regularibus adducit. 1°. quod Populus ad oblationes faciendas congregatus propensior sit ad eas elargiendas religiosis quam Parochis. 2°. adducit., quod ex oblationibus factis pro requie sepultorum in monasteriis censuerunt Parochi portionem recipere, ergo pari ratione debent Religiosi Participes fieri oblationum, quae fiunt pro sepultis in Parochiali.

Pro Parochis adducit. 1°. quod de iure comuni oblationes omnes funerales intra fines Parochiae extra limites monasteriorum factae, spectant ad Parochum nec intentio, aut propensio Particularium personarum dispositioni Iuris derogare valet. 2°. adducit. quod cum in hoc regno Episcopi et Pastores Pauperes sint, Decimas, aut redditus Ecclicos non habeant, aequum est, ut iuxta antiquos Canones respiciant suas respective canonicas portiones ex oblatis pro suis Parochianis extra Catedrales, vel Parochiales Ecclias sepultis; nullum vero Ino, aut privilegium facit

Cathedrales aut Paroles Ecclias Religiosis tributo-
rias in ordine ad portionem aliquam ex sibi oblatis tem-
pore funeris, vel alias obtinendam, et sic patet dispari-
tas inter Ecclias Paroles, et Monasteria in ordine
ad portionem Canonicam soluendam.

3. An licite possint impediri Regulares, quominus Eleg-
602. mosinas à populo ubicumq; congregato petant.

Pars negatiua suaderi potest. P.o quod cum Regulares ab-
dicauerint à se rerum omnium proprietatem, et ex solo
questu per mendicitatem incertam uiuant, qui à mendici-
tate ipsos impedirent, uideantur uelle ipsos enecare.
2.o Summi Pontifices sub excommunicationis poena sæ-
pius prohibuerunt, ne quis impediat eleemosinarum
elargitiones in Regulares fieri.

Vid. Const. Sixti 4. apud Rodriq. to. 2. q.e 51. art. 7.

Pars affirmatiua suadet. P.o nulli licitum est, ex bonis,
aut eleemosinis alteri debitis ditescere iuxta Iuris re-
gulam locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria
uel iactura, per consequens non debet ditari monast.m
cum Iactura cathedralis, aut Parolis Ecclie, at qui
si permissum fuisset Regularibus, ex oblationibus fa-
ciendis Parochis partem querere in graue preiudicium
Parochorum, huiusmodi permissio tenderet, qui enim pa-
ratus accedit ad offerendos tres denarios Parocho, si
uidisset Regulares in eodem loco, et tempore Eleemosi-
nas petentes, duos uel saltem unum denarium reseruas-
set in usum Regularium.

Accedit

Accedit, quod ex quatuor mendicantium ordinibus non appareat ratio permittendi unum magis, quam alterum ordinem ex oblationibus funeralibus Parocho appropriandis eleemosinas petere, permissio autem, ut omnes simul partem ex eis petant (preter confusionem, quam paret) Populum cedit affectum ab ulteriori offerendi consuetudine deterreret, unum denique pre alio ordine excludere indignationis materiam preberet, omnes ergo excludendi sunt, sicut excluderent. Si intra Parietes Ecclesiarum fierent eiusmodi oblationes, quae iam fiunt in Campis.

Suadetur 2°. Licet Decretum Concilij Tridentini de
sess. 21. c. 19. Quaestoribus Eleemosinarum abolendis non comprehendant Religiosos pro suorum Conventuum substentionem Eleemosinas petentes, certum tamen est, quod Concilium voluit, honesto modo, adhibitis quibusdam circumstantijs in simplicitate cordis cum humilitate, et urgente necessitate peterentur. Prohibuit autem Concilium (sicuti in declarationibus ad d. Caput habetur) ne verso dorso ad Altare, vel post Sacrum ne in Concionibus in publicatione Indulgentiarum cum minis, imprecationibus, cum particularium personarum nominatione, et in verecunda certe taxatione quantitatis (sicut quidam inter nos regulares facere censuerunt, quaestus fiat, qui huiusmodi inverecundas, et scandalosas Eleemosinarum exactiones, a Sacrorum et Concionum auditione populum avertentes impediunt, Conciliorum, aut Pontificum censuris subijci nullatenus censendi sunt

Die 15. 8bris 1632.

In Cong.ne Particulari de Prop.da fide.

603. In ea relata missionariorum ad Indos Gentiles petit.e facultatis dispensandi cum gentilibus Polygamis conuersis et conuertendis ad fidem Cristianam, ut ex pluribus vxoribus in Gentilitate assumptis illam post suam conuersionem eligere possint, quam cæteris reiectis maluissent. Congregatio in primis dixit petitionem ptam adeò generalem esse, ut simpliciter ad eam nequeat responderi, existimandum tamen esse Missionarios in ea casus illos solum comprehendere voluisse in quibus à Jure communi, vel Concilijs Prouincialibus Indiarum non existit prouisum.

2.o dixit, ut missionarij sine confusione discernere ualeant, in quibus casibus dispensat.e opus sit, et in quibus non, ac etiam, ut apposite, ac sufficienter ad d. petitionem responderi possit, præmittendas esse aliquot Conclusiones à Theologis, et Canonistis in hac materia matrimoniorum inter fideles conctractorum firmatas.

604. Quarum prima est matrimonium Gentilis, cum prima vxore est verum matrimonium, licet non ita perfectum ob defectum Sacramenti, sicut est inter fideles c. quanto et c. gaudemus de diuort. late Sanchez de matr. lib. 7. disp. 73. n. 2 et lib. 2. disp. 11. n. 1.

2.a Matrimonium Gentilis cum prima vxore consumatum

ante

ante susceptum Baptismum, non est omnino indissolubile, quia pluribus modis dirimitur. 1.º Si Infidelis non vult cohabitare cum Converso ad fidem. 2.º Si Conversus non possit cum Infideli cohabitare sine Contumelia Creatoris, vel si Conversus ab Infideli pertrahatur ad peccatum mortale d. c. quanto, et c. gaudemus de divort. et Sanchez d. lib. 7. disp. 74. n. 4. Bonaccin. matrim. q.e 3. punct. 7. n. 73.

Denique per pontificiam dispensonem ob iustam aliquam Causam, sicut enim Papa ob talem Causam dispensare potest in matrimonio rato fidelium, quod est firmius, ita in matrimonio Infidelium, quod ob defectum Sacramenti est minus firmum, dispensare valet, Sanchez post Navar. lib. 2. disp. 17. per tot.

606. 3. Sola Causa Conversionis sive particularis unius Sectae personae, sive universalis alicuius Sectae gentis Populi, vel Regni à plerisq. Doctoribus non iudicatur sufficiens ad dispensationem in praedicto matrimonio gentilis cum Patria Uxore ante Baptismum consumato obtinenda, nisi cum ea talia gravis et urgens causa concurrat, licet enim dispensatio huiusmodi ex parte gentilium, qui volunt converti, eorum Conversionem reddet faciliorem ex parte tamen manentium ab Infidelitate contrarium operari potest effectum, Illorum Sectae indurationem

4. Super causis concurrentibus cum causa conversionis

607. Missionarij in Casibus occurrentibus sedem Apostolicam omnino consulere debent, ut citra errorem

dispensationem concedere possint.

5. In Casibus, in quibus prædictum matrimonium
608. Gentilis cum p.a uxore ante Baptismum consu-
matum dirimitur uigore Juris communis, de quo in
d. c. quanto, et c. gaudemus de diuort. obseruanda
est à missionarijs praxis Concilij B. Limensis
art. 2. c. 10. à Sixto V.o approbati, quæ habetur apud
frem Thomam discalceatum de procuranda salute
omnium gentium lib. 22. in annotat. ad uerb. Pa-
trimonium §. denique.

6. In Casibus in quibus seruari nequit praxis d.
609. Concilij limensis, et Juris cōis dispos.o circa moni-
tionem Coniugis in Infidelitate manentis obser-
uandæ erunt declarationes Gregorij 13. et Clem.tis 8.

7. In Casibus in quibus Conuersi contraxerunt aliud
610. matrimonium cum fideli, et ignoratur an infideles
relicti superstites sint, uel inueniri non possint
obseruandus erit motus proprius Pij V. pro Indis
Nouæ Hispaniæ, pro quibus, ut in matrimonio
pto permanere debeant ipse Pontifex definiuit.
Sanchez post Vasch. d. lib. 7. disp. 75. n. 13.

8. Et postrema In matrimonio Gentilis cum p.a uxore
611. post susceptum baptismum consumato, quia per
consumonem indissolubile euasit ob significationem
quæ in eo reperitur coniunctionis scilt Cristi
Dni cum Sancta Ecclia dispensari non potest
Sanchez lib. 2. disp. 13. n. 8.

Et licet

Et licet Nauarrus, quem idem Sanchez sequitur d.o lib. 2. disp. 13. teneat contrarium videlicet, Papam dispensare posse pro illam urgentissimam ronem, quod sicut Papa dispensare potest cum matrimonio rato fidelium, quod est firmius, ita dispensare poterit in matrimonio pto, quod minus firmum est cum ex parte fidelis, neque sacramtum neque præfatam indissolubilem Christi Dni coniunctionem cum S. Ecclia significet, Sanchez eod. lib. 2. disp. 9. in fin. nihilominus Cong.o à pta conclusione recedere noluit uti veriori ac multorum Theologorum, et Doctorum Calculo comprobata

Præmissis ptis Conclusionibus Cong.o ad petitionem Missionariorum prædictorum respondit ut sequit.

P.o Missionarijs significare posse ut in Casibus, in quibus à Jure communi, vel à Concilijs Provincialibus vel à præfatis declaronibus Gregorij XIIJ. et Clem.tis 13., vel deniq; à motu Proprio Pij V. provisum esse compererint, dispositionem ptorum Jurium observent.

2.o Ut in matrimonijs Gentilium Indorum cum primis uxoribus contractis, et ante baptismum tantum consumatis extra Casus à prædictis Juribus diffinitos, semper recurrant ad Sedem Aplicam pro obtinenda dispensatione pro eos posteà, ut meros exequutores exequutioni demandanda, si ~~ad~~ eidem Sedi ob iustas

Causas ultra illam Conuersionis pro missionarios significandas uidebitur concedenda.

3. Et postremo eisdem Missionarijs facultatem petitam esse omnino denegandam in matrimonijs ptis post Baptismum Consumatis, cum iuxta ueriorem Doctorum sententiam Papa in eis dispensare nequeat.

Proponuntur aliqua dubia de quibus quaerit.

An permitti possint Abbassinis

612. 1o. An permitti possit Abbassinis quamquam Laici a nobis à Comunione sub utraque specie

Nihil durius est Abbassinis quamquod Laici à Nobis à Communione sub utraque specie deterrentur, Non quod negent totum atque integrum Cristum sub una tantum specie contineri, sed quod asserant auarè atq durè à nobis subtrahi, quod si Cristus Dnus expressè non concesserit, constat tamen nunquam denegasse. Videtur ergo ipsorum consuetudini communicandi sub utraq specie non obstare decretum Concilij Trid. sess. 22. in fin. in quo quaeritur, An si honestis et Christianae Charitati Consentaneis rationibus concedendus alicui, uel Nationi uel Regno Calicis usus uideatur, sub aliquibus conditionibus sit concedendus. Ibi enim uidetur esse sermo de noua Concessione non de continuatione consuetudinis Immemorabilis

nabilis qualis est in Ethiopia, in qua ab ipsis nascentis Ecclie, in Cunabulis Calicis usus, non solum Clericis, sed etiam Laicis communis fuit, nec video in Concilijs, in quibus actum est de unione Eccle Græcæ et Latinæ laboratum, ut Græci ab usu Calycis abstinerent, sed actum de Germanis, Hungaris, et Bohemis, qui ad Latinam pertinent; Cum ergo Abbassini ad Græcam, et Orientalem Ecclesiam spectent.

Quæritur, An permitti possint in sua consuetudine percunare, à qua si eos abstrahere conemur serio in quietem sunt habitui

Die 31. Julij 1637.

Habita Cong.ne DD. Qualificatorum S. Officij, conuenerunt, et fuerunt in voto, et ad primum responderunt.

Abbissinos super usu utriusque speciei non esse inquietandos

2.o An tollerari possit in Abbissinis circumcisio, ~~Ritus~~ Circumcisio, Ritus est apud Abbissinos Antiquissimus, et ab Ægyptijs deductus, tam modo, quàm antè Cristi aduentum, ut uidere est in Hyeremia cap. 9. 25. Visitabo super omnes, qui circumcisum habent Præputium super Ægyptum &

Eam verò consuetudinem nunc frequentari ab Ægyptijs testantur alij Græci Xpiani, qui inter eos uiuunt, et cum ex Ægypto Suaquenum appulisset ~~ad~~ Abuna siue Antistites, quem

Abbassini in locum Patriarchæ Romani exci-
uerunt anno Dñi 1633: cum captiui detinere-
mur occasionem habuimus aucupandi ipsius se-
creta, et inter alia ad manus nostras deuenit pars
Ritualis Ecclesiæ Alexandrinæ, quam nobis petentibus
Germanus quidam ex Protestantibus ipsius totius
(et dignum olla operculum, ut est in prouerbio)
ex Arabico Codice latinitate donauit, Cuius titulus
est ex Canonibus Patrum Synopticæ Collectis pro
administratione Ecclesiæ Alexandrinæ in cap. 13.
quod est de Circumcisione habentur uerba sequentia.
Circumcisio post octauum diem ante Baptismum
neque prodest, neque prodest, neque obest. Qui cir-
cumcidit Puerum propter morbum, aut Regionis
consuetudinem, aut metum circumcisionis post
Baptismum ille apud Sapientes Cristianorum
non peccare æstimatur. Qui uero hac rone in-
tendit complere iustitiam, aut augere bona ope-
ra, ab utraque lege decidit.
Non enim circumciditur octauo die, prout ordinat
testamentum uetus deficit autem à gratia
noui testamenti testante Paulo omnem
qui intendit iustificari per legem circumcisio-
nis à gratia decidere. Hæc ibi rogati
autem à nobis quis esset ille metus circum-
cisionis post Baptismum, responderunt
ipsos cum uiuant inter Turcas temere, ne
Pueri

Pueri circumcisi ab ipsis arripiantur, et circumcidantur; Parentes vero Bonis spolientur, aut tentationes fidei patiantur: et ideo Puerorum circumcisiones illorum furore prevenire, et declinare. Cum ritus istius Causam diligenter rimatemur, et tempore quo demorati fuimus in Aethyopia invenimus ipsos, dum circumciduntur formaliter, et explicite non intendere legis veteris observationem, nec adeo conformitatem cum Cristo octavo die circumciso, sed primario ad vitae consuetudinis conservationem, et secundario Corporis munditiem, et pulcritudinem, unde immundos ac deformes censent praeputium habentes, et illam cum Cristo conformitatem in sui defensionem adducunt, cum à nobis ob Circumcisionem in crimen adducuntur. Quidquid tamen sit de intentione explicita circumcisionem, ut sacrum ritum colunt, baptismosque, ut dispositionem necessariam praemittunt, et omittere grande nefas, et dedecus arbitrantur, nec solum Infantes suos circumcidunt, sed illos, quos Bello subiugant, quamvis decrepiti sint, et capulares. Unde patet illos non tam Corporis pulcritudinem, quam Religionem, seu potius superstitionem indebiti Cultus in isto facto curare. Nec mihi dubium est, quin ritus ille radicem habuerit in Judaica Circumcisione, ~~et~~

in illa ultimare saltem virtualiter resolua-
tur, cum Populus Abbassinus se profectum ab
Hebreis, et Reges à Salomone originem, et legem
traxisse glorientur. Imo si sola Aegypti vici-
nia, et doctrina spectetur, à qua Abbassini um-
biculum numquam penitus prescindere potue-
runt, origo circumcisionis ad Hebreos reducenda
est, cum illam Aegyptij ab Israelitis hauserint,
cum apud eos sunt peregrinati, ut author est Theo-
dorettus q.e 67. in Gen. Queritur ergo, An Pa-
triarcha, esto non possit circumcisionem approbare, possit tamen dissimulare cum Abbassinis
filios circumcidentibus. Dissimulatio autem
duplici modo esse potest. 1.o non docendo illi-
citam esse circumcisionem etiam sine spiritu Ju-
daico factam; 2.o docendo quidem veritatem, et
sontes verbis corripiendo, sed non stricte poenas
ab eis exigendo, ne maiores turbationes oriantur.
Prior dissimulationis modus illicitus videtur,
quia, ut docet D. Thom. in c. 14 in Epist. ad Roman.
Lect. 3. veritates fidei determinate propter nullum
metum vel scandalum sunt occultandae. 2.o
non ita manifeste illicitus videtur. Ulte-
rius quaeri potest.
An qui ita tolerantur filios circumcidentes in-
differenter sint admittendi ad Communionem,
an

an agendum sit cum illis sicut cum meretricibus et usuraijs, non enim possunt ignorantiam pretendere, cum nostræ prædicōnis fama omnes Aethyopiæ terminos persuaserit.

Ad 2.m non esse quocumque prætextu tolerandam circumcisionem. Pastores debere corrigere subditos quantum possunt, contumacesque arcendos esse à Communione.

3. An tolerari possit, ut Abbassini Pascha celebrent
614. alia Dominica præter illam, in qua ab Ecclesia Rom.a celebratur.

Quamvis Abbassini Pascha nobiscum peragant, sæpius tamen enormiter aberrant, die quidem Dnica illud celebrant, sed non semper Dominica quæ subsequitur vernum Æquinoctium, et decimamquartam lunam primi mensis, frequenter enim ipsorum Pascha cadit in 2.m mensem, et in diem quæ posterior est diei 21. Lunæ, quæ in Computo Paschali ultima est, ut videre licet anno 1633. quo expulsi fuimus, et nostrum Pascha incidit in diem 27. martij, quæ fuit Dominica 9.ma post æquinoctium, et in 14. Lunam primi illius mensis, utpote quæ inciderit in diem 25. martij: Abbassinorum tamen Pascha eodem anno incidit in diem 9.ma Maij, quæ Dominica non solum numerata non fuit in 9.mo mense, sed non fuit 9.ma post 14. Lunam

2.i mensis, cum 14. Luna inciderit in diem 28. Aprilis, quae fuit Sabathum, ac proinde Pascha celebrandum esset die sequenti, quae erat Dominica, et iam 15. Lunae in qua Pascha celebrari potest, sed ab ipsis translatum est in Dominicam sequentem, quae iam 2.a erat, et incidit in diem 22. Lunae, in quam Paschalis solemnitas cadere non potest, nec à die 28. Aprilis transire omnino contingit hoc anno 1636. in quo Pascha celebrant die 27. Aprilis, cuius erroris fons est, quod à Kalendario decem illos dies Gregorianos non subtraxerint, et sequantur tabulas, et Methodum Demetrij Episcopi Alexandrini, qui vixit ante Concilium Nicaenum anno Xpti 190. à quo tempore multae factae sunt mutationes in Tabulis Paschalibus. Quaeritur ergo An permitti possit Abbaismis, ut more suo Pascha celebrent.

Ulterius quaeri potest An licet Abbassini peccent in celebrando Paschate extra tempus à Romana Eccl.a Statutum, excusentur à peccato Catholici inter ipsos degentes, qui ut quadragesimam, et Pascham cum ipsis agunt. Catholici autem sunt in duplici differentia, alij autem sunt de genere Abbissini, quibus ab Imperatore poena indicta fuit amissionum omnium fortunarum, nisi dies festus cum suis gentilibus celebrent. Alij sunt

Lusitani

Lusitani, tam aduenæ, quam indigenæ, quibus permittitur, ut Romanæ Ecclesiæ leges, et Consuetudines libere obseruent. Quadragesimæ autem, et Paschatis obseruatio dupliciter etiam contingere potest. Alij enim Romanam quadragesimam, et Pascham suo tempore et die peragunt, et simul etiam Abassinum, sentientes tamen in facto errare Abassinos, et Romanos recte sentire. Alij uero sentientes Romanos recte sentire, ne tamen sibi disceptationes, et rixæ cum Abassinis oriantur, aut ne bonis spolientur, non Romanum, sed Abassinum Pascha peragunt, et cum ijs quadragesimam ieiunant.

Nos quidem nunquam passi sumus, ut Lusitani, et Catholicis, quibus sine uitæ, et fortunarum dispendio licebat Romanam quadragesimam, et Pascham agere, illud cum Abassinis celebrarent. Videtur tamen Catholicos, qui fidem occulte colunt posse tam ieiunium, quam Paschalem festiuitatem cum Abbassinis transigere propter rationem, quam adduxit Sanchez lib. 1º in Decalogo cap. 4. n. 25. ubi docet Catholico transeunti per terras hæreticorum, ne ab illis agnoscatur, et lædatur licitum esse Carnes ædere ijs diebus, quibus ab Ecclesia interdicuntur, quia Carnium esus indifferentem habet significationem, neque ex se in tali die est heresis protestatio. Ergo cum Jeiunium sit opus ex indifferens, imo bonum

assumi potest ad animi afflictionem, non vero ad ostendendam cum hereticis Conformitatem Similiter Dominici diei celebratio ad Dei Cultum, et Cristi Resurrectionis gloriam tendit, quamvis alia Dominica alia solemnior esse poit, quod etiam ostendit posse Catholicos, si iusta Causa detur Romano simul et Aethyopico more quadragesimam, et Pasclam celebrare.

Ad 3.m respondet nihil esse innovandum circa celebrationem Paschae, nisi aliquit interveniat quod sit in contemptum religionis et fidei.

4. Utrum permitti possit Abbassinis, et omnibus orientalibus, ut dicant unam in Cristo esse naturam non quidem per Confessionem, sed compositam ex divinitate, et humanitate, integris permanentibus, sicut ex corpore, et anima rationali una hominis natura consurgit.

Haeresis de una in Cristo natura labor est, et communis labes Aethyopiae, ac totius ferè orientis in qua defendenda, et explicanda, Sectatores in duas acies dividuntur, Alij enim verbo Ethichetem in hereticorum Albo reponentes re in ipsius Dogmata etiam ostinatè iurant, dicunt enim in Cristo ante unionem duas fuisse naturas, sed ambas in unione unam factas, cum vero urgentur, ut explicent quomodo

duae

duæ naturæ factæ sint una aperte conuersionem et confusionem inducunt, humanitatem Diuinitati adæquantes, et Diuinitatem mortuam ut Theopasitæ asserentes, in quos rectam sui anathematis sententiam iaculatur Synodus Calcedonensis cum docet in Christo esse duas naturas inconfuse immutabiliter, inseparabiliter, indiuise, non interempta, sed magis seruata utriusq; proprietate. Alij uero omnia ferè confitentes quæ S. Synodus definiuit, nempe Xptum esse uerum, et perfectum Deum, atque Hominem, et habere Diuinitatem, et Humanitatem sine confusione, mixtione, et mutatione, nihilominus duas naturas dicere recusant, ueriti ne si id concesserint Nestorio adhærere in duas personas concedere iudicentur, quod etiam fateri Alexandrinos, à quibus Abbassini omnes errores suos hauserunt, testatur ex relatione Patrum ex Societate Jesu, qui apud eos fuerunt Gabriel Vasq. to: 1. in 3. p.e disp. 14. cap. 1. n. 23. eosq; propterea hæreticos dicendos censet, eamdem etiam hæresim apud Armenios, et Babilonios uigere audiuimus ab Augustinianis, et Carmelitis excalceatis, qui inter eos multos annos sunt demorati. Qui tamen inter eos doctiores sunt contendunt ita ex humanitate et Diuinitate unam in Xpo naturam factam, sicuti in quolibet homine ex

Corpore et anima, cum unitus fit una natura humana, quod primo inventum fuit à Joanne Philosopho, et Hæretico Alexandrino, de quo Baronius ann. 535. n. 75. Nam vero similitudinem inveniunt in suo Aymanot Aban idest in Libro fidei Patrum in testimonijs D. Athanasij, Cyrilli Alexandrini, et aliorum, sinistrè tamen illos intelligentes, neque enim SS. Patres ex illa similitudine colligere voluerunt unam in Xpo esse naturam, sed unam personam compositam ex duabus naturis, sicut quilibet homo singularis, seu quælibet persona humana una est quamvis componatur ex duabus rebus diversis corpore scilt et anima.

Quæritur ergo An ab errore in fide excusentur, et quidem speculativè loquendo videtur excusari, cum nullum fidei mysterium negent, sed solum naturæ nomine ubutantur, sicut hæretici non sunt habiti, qui tempore D. Hieronymi tres substantias in Trinitate ponebant, quia et si nomine substantiæ abuterentur, tamen in re id intelligebant, quod illi, qui tres Hipostates confitebantur. Nam iuxta sententiam D. Gregorij Nazianzeni, cum de re constat non est anxiè de verbis curandum. Favet huic sententiæ Pater Joes de Lugo ex societate Jesu Commentarijs nuper excussis in 3.a part. disp. 9. sect. 2. 6. 2.o in quo hæc verba

uerba formalia ponit. Hinc consequenter infer-
tur in Christo non esse unam naturam, quo qui-
dem intelligendo illud de una natura simplici
constat ex dictis, loquendo uero de una natura com-
posita, quæ resultat ex utraque natura simul
unita, et permanente integra in Xpo, sicut ex
carne, et anima rationali manentibus integris
resultat una natura composita in hoc inquam
sensu non ita acriter Patres id propugnarunt,
quia semper contendebant tueri integritatem utri-
usque naturæ in Christo resultantem, seu composi-
tam ex utroque etiam permanente, licet hoc ipsum
uideatur iam magis pertinere ad questionem de
modo loquendi, quam de re ipsa, affert uero in suæ
sententiæ fauorem uerba D. Maximi relata ab Eu-
thimio in Panophia tit. 15, naturam unam com-
positam, inquit D. Maximus, Christum dicere
omnino recusamus, non solum propter causas,
quas diximus, uerum etiam quia nemo Patrum
Probatorum ad hunc usque diem uocem hanc
hanc protulisse deprehenditur; Et quoniam
ab Apollinario et Discipulis eius præcipuè uide-
tur esse profecta, quibus in uerbis D. Maxi-
mus tres rationes ponit, cur abstinendum sit
à nomine unius naturæ, quarum prima suppo-
nit quæ continebat argumenta Phylosophica, quæ

quæ iam præmiserat, et duas alias exprimit, ex quibus altera est, quod nemo Patrum probatorum ita loquutus fuerit, altera, quod ita loquentes Apolinaris, qui Gnus. author fuit unius naturæ et Euthicheti fauere uideantur; sed ambæ istæ rationes non conuincunt; si enim Apollinaris, et Euthiches suam opinionem de una natura ita explicarent, hereses fortasse ab Ecclesia non damnarentur, damnatæ sunt autem quia conuersionem, et confusionem inuexerunt et ut ait D. Cirillus epist. 30. non omnia quæ dicunt hæretici sunt damnanda, nec enim sufficiens est ratio, ut loquutio aliqua tamquam hæretica uitetur, quod nemo Patrum probatorum ita loquutus fuerit. Nam ante Concilium Nicænum nullus Patrum nomine Homonsi usus est, uel saltem paucissimi; nam D. Athanasius eo usu D. Dionysium Alexandrinum contendit.

Nec ante Concilium Ephesinum Beatam Virginem Theothocon expresse dixit, nec ideo illæ ueritates de fide non fuerunt; Ergo D. Maximus inuenire uidetur, sed non ideo aborrere à nomine unius naturæ, quod in eo heresis contineatur, sed solum, quod Patres ita non sint loquuti; quam rationem apertius tangit Theorianus in legatione ad Armenos loquens de ea

simili=

similitudine animæ, et corporis, nisi inquit prohibitum esset à SS. Patribus, ne unam in Cristo naturam post factam unionem dicamus, fortassis ausus fuisset aliquis ibidem, ut tu dicis hoc exemplum interpretari licet ipsa rerum natura sic illud accipi non permittat. Nunc cum tanti, et tales viri hoc prohibuerint tamquam sacrilegium (quæ inquit D. Ambrosius tantum sacrilegium inferna vomuerunt) cui prum recipere hominis nulla mente prædicti fuerint &c. mihi quidem antequam Patris Joannis de Lugo commentarios legissem videbatur speculative loquendo nullum errorem in fide, sed tantum in filisophia in illa sententia inveniri, sed in praxi esse maxime pericolosam propter eam ronem quam tangit D. Maximus, quoniam ab Apollinario, Eutichete, et illorum Discipulis perspicue videatur esse profata et illis consentire, si quovis modo naturam unam dixerimus. Et si enim multi Ecclesiæ Catholicæ dissimulonem recte sint interpretaturi, multo plures gloriaturi sunt tamquam victores, et dicturi Romanos tamquam pristinum errorem agnovisse, et correxisse; nec enim umquam hæretici lucrum sumpsere, et Ecclesiæ benignitate aliqua in re conniventis, ut advertit Card.lis Baron. in Historia Sanctæ Synodi

ad ann. 552. cum in ea ad ipsorum pacificationem
in tribus capitulis annuis uisum est, tantum enim
adfuit, ut hoc beneficium illis prodesset, ut inde gra-
dum fecerint ad extremam Calcedonensis Concilij
et Catholicæ fidei abrogationem. Juuat, quod cum 6.a Sy-
nodo art. 22. lectæ essent Epistolæ D. Leonis ad fla-
uianum, et D. Cirilli ad Nestorium, et aliæ ab omni-
bus Patribus acclamatum est, omnino necesse est non
solum secundum sensum sequi Sanctorum Patrum
dogmata, sed eisdem uocibus cum illis uti, nihilque
penitus innouari. Tandem cautionem illam adhi-
bent Theologi, ut quando in Diuinis Rebus aliquid denun-
ciatur, quod hæresis suspicionem, uel affinitatem con-
tinet, non simpliciter proferatur, sed addita expli-
catione, atq; ita docet D. Thom. 3. p.e q.e 26. art. 7. et 11.
non esse concedendas absolute illas propositiones homo
factus est Deus, et Cristus Creatur, ne cum hæreticis
Communia uerba habeamus. Arrius enim dixit
Cristum esse Creaturam, et Nestorius hominem factum
Deum, sed cum simile quidquam denunciauerimus,
statim adhibendum est antidotum, et addenda expli-
catio, ut si dixerimus Cristum secundum humani-
tatem esse Creatura. Aliter enim uideremur in Arrij
Castra transisse; Ergo similiter, qui unam in Cristo
natura

naturam absolutè dixisset, quamuis id intelligeret de uera vnione humanitatis, et diuinitatis audientibus suspicionem Euthichianæ Eresis iniecturus esset.

Queritur ergò utrum in illa sententia sit hæresis speculatiuè tantum loquendo, et dato, quod non sit hæresis, An pmitti possit Orientalibus, ut ita loquantur.

Ad 4.^m prædicationem unius tantum naturæ quamuis ex duabus pmanentibus compositæ in Christo nullo modo esse pmittendam.

In Cong.^ne Concilij Trid.^ni

Die 17. Aug.^ti 1642.

Exponit. Eminentijs vestris, quod cum Patriarcha Aethyopiæ propter fidem à sua Ecclia expulsus
616. absq; spe redeundi, et sic effectus merè titularis, prætendat nonnullos suos familiares ordinare absque eo quod Archiepiscopus Goensis, in cuius Diœcesi moram trahit, illos examinet de scientia &, iuta, moribus, et sufficienti Patrimonio, prout hactenus facit, ideo queritur.

An eidem Patriarchæ liceat.

Præterea cum duo Coniugati propter maximam
617. inter eosdem discordiam, ob quam tentabat uterq; alium occidere, de uirorum peritorum Consilio

deliberassent religionem regularem respectiue ingredi, ibique profiteri, Coniux ob aduersam ualetudinem, et ob deficientiam Congruæ dotis monasterium monialium, non est ingressa, sed Conseruatorium, seu Congregonem mulierum ac Virginum profitendo solum Castitatis votum donec maritus uiueret, quapropter idem Archiepiscopus Goensis quærit, An de iure subsistat, et bene fuerit gestum.

S. Cong.o ad P.m respondit Suprad.m Patriarcham secundum ea, quæ proponuntur non posse suos familiares extra suam Diœcesim ordinare.

Ad 2.m similiter secundum ea, quæ proponuntur non subsistere, nec fuisse bene gestum.

Dubia Sinensium proposita anno 1674. à Patre Magistro Dominico Nauaretta Ordinis Prædicatorum Sinensium Missionario cum suis responsionibus ad singula.

De Sinicis Præfectis seu Mandarinis

Dubia 25.

1. An Mandarinis semel Catholica fide suscepta
bis. liceat adesse festiuis acclamationibus, quas tempore Eclypsis magno cum strepitu, et clamore

soli

soli, uel Lunæ Eclypsi laborantibus Idolatræ Sinæ solent omittere.

Resp. non licere.

2. An Duces, seu milites Cristiani licitè adesse possint prostrationibus, genuflexionibus, alijsq; ceremonijs, quibus certis temporibus militaris Schola suum Ducem magnum ~~Ki^n to'~~ Ki.^n to' nomine uenerantur.

Resp. non licere.

3. Sæpè legitimis Regibus pulsis Tyranni introduntur.

620. Quæritur. An hi ante susceptionem Baptismatis teneantur rebellionem deponere, et pacato animo legitimo Domino usurpata regna restituere.

Resp. Consulendum eis, ut iniustè occupata restituant Et si promittant se facturos, non est eis negandus Baptismus.

4. Tartarum nunc Dominantem esse Tyrannum Sinæ

621. unanimiter censent; quæritur, an milites, et magistratus, qui ei à Consilio, uel Bello ex Stipendijs assistunt, possimus ab Baptismum recipere, et semel Baptizatis Sacram.^ta conferre, et ipsum Imperatorem Regnis iniustè detentis baptizare. Item quid respondere debeamus Sinis, quodue Consilium eis præbere de Dominio Tartari, cum sæpè de Jure eiusdem Tartari Nos consulant.

Resp. De Imperatore, ut in C. de Assistentibus, ac

militibus si petunt baptismum non negetur, ex hoc quod consulti a Principe dabunt consilium iustum, et ita successive alia sacramenta possunt eis ministrari si dispositi sint

5. An milites, et Duces à Gallia veteri in nouam fran-
622 ciam nauigantes in hac regione noua possit contrahere matrimonia

Resp. si probent, quod sint liberi, et alia impedimenta canonica non habeant, possunt cum Catholicis contrahere, probatio debet esse Juridica.

6. Sinæ omnes Genios, quos in Custodiam urbium, et
623. regnorum credunt occupatos in uno Idolo Chingn. hoâng uenerantur, fatentur tamen ueros homines fuisse, atque in illo Regno natos, et educatos

Quæritur An Cristiani licite possint illis nomen Angeli custodis tribuere.

Resp. non licere.

7. An Mandarini urgente necessitate possint uera
624 religionem simulare, et exterius idolatriam fingere etiam reliquis Cristianis ob externas has demonstrationes in Scandalum uenientibus.

Resp. Non posse.

8. An Sacrificia à Sinis Idolo Chingn. hoâng ex-
625 hibita uere Religni Cristi aduersentur.

Resp. Aduersari

9. An mandarini

9. An mandarini possint externe simul cum gentilibus
626. coram Idolis Sinicis prosterni, omnes ceremonias in-
teriori cordis humiliatione vero Deo, et Cruci in Altare
Idolorum colorate referentes
Respondet. Non posse
X. Item An possint in eodem loco Gentilium sacrificia et
627. deprecationes pro felici regiminis eventu fieri solitas
simul cum alijs iuxta Sinium rituale observare,
animo tamen intus Idolum positive pro contemnentes
et expresse cunctas has actiones ad verum Deum ordi-
nantes
Respond. non posse.
XI. An Japonijs ad fidem conversis permitti possit festivos
628. accendere ignes, quos Gentiles in pseudo suarum animarum
commemorationem quot annis ordinant plures Genti-
litios cum politicis ritus confundentes
Resp. Non posse.
XII. An Mandarini, seu magistratus licite possint ad Bap-
629. tismum admitti. Item, an mandarini semel possint
licite predicta officia acceptare, et an missionarij, eos
qui semel huiusmodi Dignitates acceptavere, pos-
sint ad Ecclesiae sacram.ta admittere.
Resp. Non posse nisi officia illa admittant.
XIII. An Cristiani, qui in publicis Gymnasijs Doctorum
630 laurea ornantur, et magisterium exercent, quod vulgo
hro Kñon nuncupatur licite possint ad Sacram.ta
admitti, et an ijdem licite possint huoi officia

publica acceptare. Ratio dubitandi sumitur ex eo quod hæc officia ad nexam obligationem habent assistendi omnibus ceremoniis, quæ confucio fiunt.

Resp. Sicut alias fuit responsum, quod si obsequia illa quæ confucio exhibentur sunt merè politica possunt permitti, si religiosa nequaquam.

XIV. An ob Gentilium persecutiones declinandas Litterariæ
631. Scholæ sinæ in bona fide, vel in sua ignorantia erga Confucij sacrificia, aliasque ceremonias relinquendi sint, vel potius Missionarij teneantur verbo, et doctrina eos instruere, et ab eorum mentibus Cristi Doctrina ignorantiæ tenebras effugare.

Resp. Missionarij tenentur docere Sinas veritatem sacrificiorum, et manifestare eorum errores.

XV. An liceat Mandarinos, aliosve Gentiles Baptizare
632. non eiectis primo è domo Concubinis

Resp. Non posse nisi eiectis Concubinis

XVI. Lex in Curia Pe. Ring. promulgata præcepit, ut quotquot æquitando ante cuiusdam Idoli Templum
633. transierint, in eius venerationem et Cultum ab equo descendant. Quæritur An Missionarij, seu alij Cristiani tali legi licite obedire possint

Resp. Non posse

XVII. An Regi Gentili, seu eius ministris in odium fidei
634 Templa evertere Præcipientibus, possint Missionarij, vel Cristiani tali Ruinæ cooperari, vel manus executive imponere — Resp. Non posse

XVIij. An Catholi

XVIII. An Catholi Sinenses possint Idolum reuereri non ut falsa
635 est diuinitatis representatio sed ut pretio estimatum
et à Gentili alias amico ualde dilectum.
Resp. Non posse.

XIX. Mortuo Elephante Candido, qui pro felici homine ab
636. omnibus estimatur concurrit multitudo Plebis, et
Gentilium, et Pseudo sacerdotum, qui dum per urbem lugu-
tii pompa defertur, Elephantis cadauer ad eiusdem
transitum omnes genu flexi barbarè plangentes ossa
uenerantur. Quaeritur An Cristiani licite adesse
possint his exequijs, Gentiles suismet genu flexionum
ceremonijs comitantes.
Resp. non posse.

XX. An Regi expresso edicto precipiente cunctos Cristianos
637. feretrum, et sepulturae officia, presentia, et prostra-
tionibus comitari, possimus parere.
Resp. Sicut alias si in comitatione feretri, et in se-
pultura interueniunt actus Apostatici, et superstitiosi non posse, si ciuiles tantum, posse.

XXI. An liceat mandarinis, alijque Cristianis antè conui-
638. uia tantillum Vini in terra fundere, ratio dubitandi
est, quia praed.a ceremonia sub nomine sacrificij
à ritualibus prescribitur.
Resp. Non licere.

XXII. An schedulas et pendentes chartulas, quas in nostrae
639. fidei infamiam iussu magistratuum Ecclesijs, uel

Domibus nostris affigunt teneamur auferre, uel fidem publica confessione coram magistratibus confirmare.

Resp. quod tenentur auferre. Et si ad Judices delati sup facto interrogentur, tenentur fidem veram profiteri.

XXiij. 640. Infidelibus libros, et tractatus nrae fidei detrahentes, et conuitijs, Calumniisque in Missionarijs refertos in lucem edentibus, teneamur publicis scripturis fidem defendere, et ab imposturis nos purgare, uel possimus parti potentiori cedere, et timido silentio iniustos sufferre calumniatores.

XXIV. 641. An Tyranno Missionarijs, seu Cristianis precipiente libros Sanctae legis tradere, sicut anno 1665. contigit, liceat nobis eos tradere.

Resp. non licere.

XXV. 642. An Cristiani licite possint amicis suis Infidelibus Sanctorum Imagines donare. Ex una enim parte Imaginibus, quibus ualde delectantur, eorum reconciliantur animi, et facilior sternitur ita qua nobis licet eos instruere. Ex alia uero parte militat, quia cum illi sub profundo Gentilitatis somno iaceant, non ut Sanctorum Imagines, sed ut Europeorum uenerari docuit experientia.

Resp. Si non adsit periculum conculcationis possunt ad effectum conseruandi pacem cum eis, et alliciendi ad fidem

Dubia

Dubia circa Cultum Confucio exhibitum

Dubia 21.

1. An Pater Martinus Martinere integrè, veri-
643. diceque factum circa ceremonias, quæ confucio à Litteratis exhibentur, Sac: Cong.ni patefecerit.

2. An Decretum S. Cong.nis ad 3.m quæsitum P. Martini
644. fundatum sit in opinione valde probabili, vel in proposit.e ab ipso P. Martino facta.

645. 3. An Ædes Cultui Confucij dicatæ Templa sint, vel non.
Resp. Ad p.ma tria puncta alias fuit responsum

4. An genuflectere ante Confucij statuam, vel tabellam
646. odores comburere, candelas accendere, et huiusmodi ad merum Cultum politicum pertineat
Resp. Non licere.

5. An ceremonia eligendi animalia, ut Confucio of-
647. ferantur politica solum sit, et civilis
Non respond.r, quia non constat de facto.

648. 6. An oblatio pilorum, et Sanguinis porci, quæ confucio fit, politica sit. Idem quæritur de ceremonia sepeliendi pilos, et præfatum Sanguinem
Resp. Qualiscumque sit non licet.

7. An ceremonia fundendi Sanguinem super lucmun-
649. culum ex Plebeis confractum, quæ iuxta Ri-
tuale sini cum ad invocandos spiritus, ut sacrificijs

interueniant, fuit instituta, religiosa sit uel politica

Resp. Non licere

8. An actio lauandi manus, quae a Praefecto, ut praeparatiua ad oblationes faciendas confucio fit sit politica,
650 uel Ceremonialis.

Resp. non licere

9. An Confucij tabella, quam esse Spiritus sedem Sinae existimant ad cultum politicum spectet? sentiunt namque aereum Spiritum Confucij ad illam uenire ad oblationes faciendas

651.

Resp. Non licere.

10. Praefecti Confucio offerunt candidos pannos strictos quos oblatione peracta igni tradunt, et uas uini cum aliquibus collectis. Quaeritur An haec ad cultum merè Ciuilem spectent

652.

Resp. non licere.

11. Praefecti duabus manibus uas uini, quod benedictum, seu felicitatum uinum uocant bis in altum eleuant, et postea consumit, similiter carnis portionem, quam ab uno ministro accipit etiam in altum eleuat, et postea confucio offert, finita oblatione quaedam leguntur collectae, quibus exprimitur assistentia Confucij, et ad libendum ex uino ei oblato inuitatur, ex quibus oblationibus gentiles ipsi felicitatem honores, et beneficia accipere existimant Quaeritur ab oblationes praedictae sacrificij oblationem obtineant.

653.

Respondetur

Respond. non licere

12 An Confucius Idolum sit uel Sanctitas falsa illi à si-
654 nis attribuatur

Resp. Alias fuit dictum non licere

13. An Ceremonia comitandi Spiritum Confucij politica,
655. et ciuilis sit.

Resp. non constare de facto.

14 An mensa quæ ante statuam, uel tabellam Confucij
656. erecta est altare sit.

Resp. non licere.

15. An ceremonia eligendi diem ad præfatas oblationes fa-
657. ciendas cadere possit sub mero, ciuili, et politico cultu.

Resp. Si Cultus est religiosus nec ipse nec designatio est licita.

16. Supposito Sectæ litterariæ, atq; Confucij libros plurimos
658. et manifestos errores in se habere, quærit. An xpani
munus Præceptoris agere possint, et tales doctrinas erro-
neas docere, explicare, atq; defendere. Ratio dubitandi
est, quia si ita faciunt iam eas approbant et eorum erro-
res dilatant. Econtra uero si hoc illis prohibet, plures,
quibus alius modus uiuendi non suppetit, sine dubio
legem nostram relinquent.

Resp. non posse.

17. Præfatis erroribus suppositis quærit. An xpni licite
659. possint examina ingredi? nam multoties errores con-
tra fidem proponuntur, quos approbare, laudare,
elucidare, atq; defendere examinandi tenent, taliter
quod eiusdem Sectæ doctrinam deuiare hoc tamen eis
prohibere erit sine dubio aliquo Januam salutis plurimis claudere.

Resp. Nisi accedant animo impugnandi falsa dogmata non posse ea examina ingredi

18. An vinum, et caro oblata Confucio ratione Idolothiti habeant?

660. Resp. Non constat de facto, si oblatio sit sacrificium est illicita et oblatum est Idolatitum.

19. Supposito Confucium Deum numquam agnouisse, nec Angelos,

661. nec animae Immortalitatem, nec post hanc uitam praemium aut poenam.

Quaerit. an Cristiani ab Infidelibus interrogati de eiusdem saluatione, et statu possint, uel debeant affirmare consequutam fuisse salutem aeternam. Ad hoc enim nec leui fundamentum habemus contrarium respondere multa affert seu inconuenientia

Resp. In ea supposit.ne non potest affirmari quod Confucius sit saluus

20. An de Confucio liceat affirmare quod in moralibus superauerit Salomonem.

662. Resp. Non conuenit Xpno has Comparat.nes et iudicia facere.

21. Missionarij Jesuitae ordinat.nem pro sua missione habent,

663. quae expresse prohibet ne ullo modo affirmetur nostram sanctam legem in omnibus, uel in parte cum secta Confucij conuenire, S. Cong. si ei placuerit poterit de ea idem ordinare. Etenim non parum ad Excellentiam legis Euangelicae talis ordinatio conducit

Resp. Idem debent omnes Missionarij de lege Confucij dicere, quod a S. Cong. fuit, ut dicitur Jesuitis prescriptum.

Circa Sacramenta dubia Viij.

1. An forma Baptismi in lingua Sinica quae sic habet (Hgo si

664. ul, uel ni in' fu' Kio cu' Kic.ci Xing' Xin' ming' che) ualida sit

multi

multi negant, et suadent, eo quod Sinę nec verum spiritum nec veram sanctitatem agnoverunt, nec voces Xing. Xin ex sua Institutione spiritum Sanctum significant, nec unitas essentiæ potentię, vel virtutis exprimitur

Resp. Non potest aliud responderi, nisi quod ut ante forma seu verbis explicantibus actionem baptizandi, et unitatem essentiæ cum Trinitate personarum, vel latinis verbis, ut in Ecclesia occidentali.

2. An Conveniat addere Baptismi formę, qua vulgariter
665. sinenses Cristiani utuntur Tell. Hgo si ul in Patele Kic filio Kic.ci Supilito Sancto ming che, dictiunculam re.i et vox ming. quæ nomen significat determinetur ad singulare. Etenim sic et non aliter exprimetur essentię vel virtutis unitas.

Resp. ut in p.mo

Item An liceat per se loquendo Infidelium, hereticorum, et Apostatarum Infantes baptizare eos relinquendo sub cura Parentum? Dissensiunt Missionarij, at Tholetanum Conc.m 4. c. 59. negat

Resp. non licet baptizare si baptizati relinquendi sint in potestate infidelium.

3: Audientes Infideles à Neophitis, quod Baptismus a Demone
666. liberat, sitque medicina ad hoc, et similia salutaris, expetunt Baptismum liberis suis Infirmis, sive à demonio vexatis, queritur, num liceat precise ob pręd.a motiva eos baptizare.

Resp. ob sola illa motiva non licet baptizare

3. Existimant Missionarij, unanimiterq; sentiunt ad euitandas Ethnicorum Calumnias plurimum expedire, ut sacramentalia Baptismi mulieribus adultis non digito, sed pennicillo conferantur. Desideratur tamen SS. P. N. Beneplacitum

Resp. fuit alias responsum quod Communis Ecclesiae usus est obseruandus

4. An ob unum singulare Casum liceat absolute, et uniuersaliter

667. abstinere ab administrando foeminis adultis oleum Cathecumenorum; videtur enim repugnare Decreto S. Cong.nis

Resp. Non licet abstinere.

5. Dignetur S. Cong. praecipere ut Missionarij omnes uniformi-

6602 ter Baptismi Sacramentum administrent.

Resp. Jam fuit alias responsum praeceptum, ut omnes in sacris ritibus uniformiter se gerant.

6. Item desideratur suae Sanctis Beneplacitum, ut in Confir-

669. mat.e administranda Episcopus medio aliquo Instrum.to Chrisma alapamque foeminis adultis adhibeat

Resp. fuit alias responsum seruandum esse commune Ecclesiae morem in eiusmodi Sacramentis administrandis, similiter idem Beneplacitum desideratur, ut in extrema Unctione adhibenda foeminis omittatur Pedum Unctio, ut supra.

7. Sinae matrimonia contrahentes solent Caelo, et Terrae

667. genuflectere, Idolorum adire aedes, ubi multorum maiorum suorum vita functorum collocant Imagines, eisq; adgeniculantur. Quaeritur An liceat praefatas ceremonias tolerare, aut dissimulare, xpnos in sua ignorantia, uel bona fide relinquendos

Resp. de ma-

Respondetur De matrimonijs, et superstitionibus in eo contrahendis Non licere.

671. 1. Experientia patet, quod è centum foeminis ad Ecclesiam receptis dum maritis Ethnicis iunguntur, facile octuaginta retrocedant, Ancillae vero quaedam sub Jugo servitutis degunt non parua exhibent signa Christianitatis, vbi autem Infidelibus nuptae liberae factae sunt, ne unaquidem perseveraiut in fide Xpna. Vnde remedium aliquod adversus tantas miserias requirunt missionarij.

Resp. remedium esse, et hoc absolutè necessarium, ut fideles non contrahant cum Infidelibus, quia nulliter faciunt, et alia remedia à Deo petenda.

672. §. Circa matrimonia illorum regnorum, an valida sint, vel non, varietas non parua in missionarijs reperitur; de Sinarum autem Coniugijs alij affirmant, alij vero negant. Philosophus Confucius quinque impedimenta matrimonium dirimentia suae scholae observanda reliquit. 1. si mulier loquax extiterit, 2.° si ei lepra accesserit, 3.° si sterilis fuerit, 4.° si forte res domesticas suffurata fuerit, 5.° si soceris suis inobediens fuerit. Horum singulis evenientibus integrum est Viro coniugium rescindere, concessa quoque feminae libertate ad novum cum altero coniugium. Quaeritur An praefata impedimenta praejudicent indissolubilitati matrimonij

Respond. Illa impedimenta, quae narrantur non sunt dirimentia

Dubia 25. circa cultum, quem Sinae suis defunctis exhibent.

673. P.° An in Informatione P. Martini Martinez S. Congni de materia defunctorum propositae caeteri missionarij adhaerere debeant

et decreto eidem ab eadem S. Cong.ne dato obedire teneant.
Ratio dubitandi est quia grauissimis Societatis Patribus minime placuit
Resp. Jam fuit alias responsum, et iuxta resolutiones à S. Cong.ne datas Missionarij debent operari
2. Sinici rituales ordinant, quod aliquo moriente
674. alius vestem eius accipiat, et supra tectum domus versus Aquilonem ascendens veste defuncti extensa, et ad Orientem conuersus ter defuncti animam vocet 1. ad Cælum, 2. versus terram, 3. per aeris mediam partem clamorem effundat, quibus completis vestem defuncti complicans versus Austrum iterum descendit, et super Cadauer extendens in hac posit.e tribus diebus expectat animæ regressum, et corporis resurrect.em. Si vero mors violenta fuerit extra ciuitatem eædem fiunt ceremoniæ. Quæritur An xpnis permitti liceant præfatæ cæremoniæ saltem in parentelæ solatium
Resp. non licere.
3. Cadauere in tumulo posito triticum, oriram, et alio-
675. rum seminum varia genera cum auro, argento, et gemmis iuxta defuncti condit.em in ore defuncti sinæ apponere solent. Item ungues, et simul forcipes, quibus eas abscindunt in quibusdam sacculis recolligentes, in quatuor feretri partibus eas collocant. Quærit.
An liceat hæc oia xpnis permittere, et in bona fide eos dissimulanter relinquere. Hæc enim fieri videntur, ut ipsis defunctis in vsum aliquem veniant,
cuius

cuius Inditium est, quod antequam Tartari Edictum de Tonsura capillorum intimarent, etiam capillos et pectinem feretris apponere solebant, non tamen modo, quando Comam et Capillos longos non nutriunt

Resp. Missionarios teneri ad manifestandum errores illos conversis, et monere ut eos dimittant

4. An Xpnis permittendum sit corpoream animae figuram defuncti
676. in tutamen, et protectionem cadaveris prope ipsum apponere.

Resp. non licere.

5. Quaerit. circa Tiao Sinensium quod pesame hispanice vo-
677. camus, seu condolere, an sit Xpnis permittendum. Ratio dubitandi est, quia rituale Sinicum ordinat praedictas condolentium ceremonias ante lectum ubi figura animae reposita iacet, faciendas esse, eidemque figurae et Imagini cereos et odores afferant, quae cum anno 1645. proposita non fuissent nunc iterum consulit. S. Cong.

Resp. non licere.

6. Mos est Sinis, cum spatium 30. pedum hominis feretrum transierit
678. certam quantitatem croveae terrae fundare. Quaerit. An liceat Christianis hoc peragere, cum ad nihil boni conducere videat.

Resp. Non licere.

7. Quaerit. An propositio P. Martini Martinez Sinae nullam
679. divinitatem animabus defunctorum concedunt, nihil ab eis sperant, aut petunt, sit tolerabilis? quandoquidem gravissimi missionarii, et fere omnes nunc Sinae degentes contrarium asseverant, imo ipse P. Martinez Sinae idem affirmavit

Resp. ut alias fuit responsum non licere

15. An Cristianos suis defunctis et Philosopho sacrificantes lice-
6050. at nobis in illa ignorantia et bona fide relinquere, et hæc eis
sacrificia dissimulare. Solent enim Sinæ ad præfata sacri-
ficia peragenda certos eligere dies, Cælumq consulere, an
selectus dies idoneus ad prædictas ceremonias sit
Respond. Teneri admonere conuersos de erroribus prædictis.
9 An præuia sinarum trium dierum Jeiunia, et à matrimoniali thoro
6051. per septem dies, et abstinentia, quibus ad prædicta deponuntur sa-
crificia, sit preparatoria, politica mundities, an uero Religiosa
et xpnis liceat permitti.
Resp. Præparationem illam esse illicitam
X. An trina illa uociferatio in similitudinem gemitus emissa
6052. permitti possit Cristianis? Rituale Sinicum præscribit, ut
dum defunctorum templa ingrediuntur, aliqui per tres uices geme-
bundi uociferent, ut intus animæ habitantis gemitus, et
clamore expergefiant
Resp. esse illicita.
11. An Ceremoniæ, et Cultus à Sinensibus defunctis exhibiti
6053. sint uera sacrificia, quandoquidem nihil uidetur ad hoc de-
ficere, tum quia a Sinis uocatur Kung iang sicut uocatur Cultus
Idolorum
Resp. esse illicita
12. An ædes defunctorum templa sint, uel ~~Ali~~ Aulæ, tria nomina
6054. habent prædictæ ædes ~~Cu~~ Cu.u tang.u mias et ni, quæ omnia
ex libris Sinicis ex communi modo loquendi ex ceremo-
nijs, quæ ibi fiunt, et ex fine ob quem erecta sunt ad Templum
et non ad Aulas seculares spectant.

Non potest

Non potest dari responsum, quia factum non proponit. plane instructum

13. An liceat Cristianis in ptis locis simul cum gentilibus adesse depre-
6155. cationibus, sacrificijs, cæterisque ceremonijs non interiori consen-
su, sed exteriori tantum præsentia intus ad Deum dirigentes, ea
omnia, quæ alijs ad defunctos suos ordinant
Resp. non licere.

14. An tabellæ defunctorum absolutè superstitiosæ dicendæ sint
6156. Resp. esse superstitiosas.

15. An Cristianis depositis carnibus de vaporibus ciborum defuncto-
6157. rum animas alentibus, et de earum in tabellis existentia lici-
te possint reliquæ venerationes, externa signa tabellis
impendere, eisque cibum, et potum offerre.
Resp. non licere.

16. In sepulcris offerunt sinæ sacrificium illius loci speciali spi-
6158. ritui, cui etiam gratias agunt ob beneficia ab illo cadaveribus
exhibita, exorantque, ut illis semper auxilientur; quo suppo-
sito quæritur
P.o An P. Martinez debuerit in sua proposit.e hanc ceremoniam
exprimere? It. An xpni præfatam ceremoniam prætermittentes
reliquas licitè facere possint, nam cum eorum rituale has omnes
ceremonias præcipiat, sinæ videntes aliquas à xpnis im-
pendi, reliquas etiam observare censebunt.
Resp. fideles non posse in ijs superstitionibus communicare.

17. Sinicum rituale concedit facultatem offerendi defunctis sacri-
6159. ficia filijs legitimis maioribus natu, et eam expressè denegat
6159. filijs illegitimis.
Quærit. An xpnis liceat hoc munus, et officium assumere, et
peragere.

Resp. non licere.

18. An liceat xpnis in templis suorum defunctorum matrimonij
690. contracti, vel contrahendi coram tabellis ratione reddere solitis
genuflexionibus cibos offerre, vinum super figuram hominis
ex paleis confectam fundentes. Item, an liceat dum
negotia occurrunt, officia recipiunt, et e domo exeunt
et redeunt eamdem ceremoniam facere et odores concremare.
Resp. non licere.

19. Finita templi defunctorum fabrica, scissuræ remanentes
691. debent sanguine animalium occludi iuxta rituale magnum
sinicum, quod est, inquit, venerari spirituum habitatione.
Quærit, an xpnus præfatam ceremoniam licite poit exercere.
Resp. non posse licite exercere.

20. An liceat exequias publicas etiam cum missa pro Ethnicis in
692. Infidelitate mortuis celebrare in xpnorum sinensium so-
lamen minime tamen pro infidelibus missæ sacrificium
applicare. It. An liceat missas celebrare pro condemnatis, ut
Deus eorum mitiget poenas
Resp. neutrum licere.

21. An Gentiles non minus laxe, sed aliqualiter modeste viven-
693. tes æterna poena puniantur, sunt ex missionarijs, qui negati-
uam partem defendunt
Resp. Qui docent Gentiles illos non puniri poena æterna, contradi-
cunt euangelio

22. An pro animabus prædictorum Gentilium sit distinctus locus
694. in alia vita assignandus præter Infernum, Purgatorium, et Lim-
bum. Aliqui affirmant. — Resp. Inepta est interrogatio, et falsa
sententia quæ dicit reperiri alium locum præter nominata in S. Scrip-
tura

23. An de

23. An de Infidele manifeste pravo laqueo se suspendente
695. sine temeritate possit affirmari ad Infernum condemnatum esse?
negant aliqui ducti ex eo quod potuit Deus in ultima vitæ periodo
illum illuminare et ei auxilia conferre, quibus ad Deum conver-
sus actum contritionis eliceret.
Resp. Non debent missionarij de possibilis istis disputare
sed tenentur docere, quod Infideles sine Baptismo in re, vel
in voto damnantur, et multo magis se se perimant.
24. An Infideles præcepta naturalia transgredientes pœnas
696. æternas mereantur, negant aliqui, quia ignorantia Dei
et legislatoris à tam gravi pœna excusantur
Resp. Damnari.
25. In Cathechismis in lingua Sinica à missionarijs trium
697. Religionum impressis continetur Sectæ Idolatricæ Legis-
latorem fore nomine condemnatum fuisse tempore persecu-
tionis, cum quosdam Missionarios interrogaverint Rituum
Tribunalis Magistratus; circa hoc dictum responderunt non
debere absolute intelligi, sed conditione scilicet si Deum non
cognovit, et eius præcepta non impleuit. Quæritur. An sit
bene responsum? nam libri non conditionate, sed absolute
loquuntur, - Deinde Infideles nos his conditionatis loqu-
tionibus propter timorem tergiversari censebunt.
Resp. Si legislator illius sectæ notorius est, et notorium pa-
riter, quod Deum non agnovit, absolute respondendum est,
quod fuerit damnatus.

De Jejunijs quæsita IV.

1. Omnes missionarij tum antiqui, tum moderni duobus
690. vel tribus exceptis in hoc conveniunt a Baptismate
esse excludendos superstitiosos sinici Jejunij observatores

nisi prius prædicta Jeiunia opere transgrediantur.
Quo supposito Sacra exoratur Cong.o, ut hanc praxim
decernat speciali mandato, ut ministri Euangelici uni-
formiter in re alias graui incedant.
Resp. omnes superstitiones gentilium circa Jeiunia,
quæ a baptizandis exiguntur sunt omnino abrogandæ.
2. An superstitiosa hæc ieiunia obseruantes possint eadem
699. continuare metu et malorum, quæ Demon inferre potest.
Resp. Nec facienda esse, nec continuanda.
3. Supplicat. Smo, ut sicut cum Indis occiduis sup. Jeiu-
700. nia Smi Prædecessores dispensauere, sic sua sanctitas
dignetur xpnis Sinicis eamdem libertatem, nedum a
Jeiunijs, sed et ab abstinentia carnium indulgere. Ita
expedire non pauci sentiunt, nec desunt sufficientia
motiua, quæ hoc idem suadeant
De abstinentia à Jeiunijs, et de alijs Juris positiui iam fuit
responsum de anno 1656.
4. Dignet. Smus dispensare, ut xpni Sinenses minime
701. teneant. dies natalitios, quos solemnissime omnes cele-
brant ieiunare, si forte tempore Jeiunij contigerint.
Resp. sicut in 3.o

Circa nomina, quibus possunt exprimi Deus, Angeli,
et anima rationalis

Dub. VIJ.

1. An substineri possit, quod sectæ litterariæ Sinicæ
702. nuncupatus Rex Altissimus siue Xang ti sit noster ue-
rus Deus. In parte negatiua conueniunt hodie omnes
Missionarij, desideratq. tn S. Cong.nis approbatio et eius in hoc
puncto ordinatio, ut ab omnibus ita obseruetur

2. An sustineri

2. An sustineri possit sub nomine tien̄, seu Cœli intel-
703. ligere, uel intellexisse uerū Deū. Etenim uocabulū tien̄
communi sectæ litterariæ notione Cœlū significat uisibile.

3. An sub nomine Tai Kie. siue li noster intelligatur
704. uerus Deus? siquidē iuxta omnes Missionarios, tū an-
tiquos, tum modernos uno dumtaxat excepto, iuxtaq;
omnes Classicos sectæ Litterariæ Doctores tā Kie. siue
li est id quod materiā pmā appellamus, quā quidē d.
Sectarij aiunt æternā, atque infinitā, liquet talē Deū
esse non posse.

4. An nomine Ruci Xin̄ noster accipiatur uerus Deus?
705. quandoquidē acceptione classicorū sinæ Doctorū Ruci
Xin̄ nihil designat aliud, quā operationes Causarū
secundarū earumque uirtutes operatiuas, et huoi

5. An hoc nomen Thien̄ ehū idest Dominus, uel Dominiū
706. seu uirtus dominatiua Cœli optari queat uero Deo.
Etenim cū æquiuocū sit prædictū nomen, latissimāq;
habeat significat.ē, uidet. incongrue attribui Deo?

6. An uoces Chū cāi sumi conuenienter queant ad no-
707. minandum uerū Deum, siquidē iuxta receptissimū
usū Doctorū sinensiū, sunt idem quod eorū li, seu cœ-
lū materiale.

7. An ad nominandos nostros ueros Angelos, nostrāq; ani-
708. mā rationalem assumi congruenter possint uoces tien̄
Xin̄. Linḡ hoēm. Etenim constat ex dictis Sinos nec
ueros Angelos, nec animā immortalē, seu uere spiri-
tualē cognouisse. Cum ergo præfatæ uoces res materiales
significent. fit indè congruas esse ad nominandas

nostros Angelos nostramque Animam.

Ad hæc septem dubia non potest dari responsum, quia eorum & vocum significata sunt latinis ignota, sicut alias de similibus dictum fuit.

Alia dubia ad eamdem Missionem

Spectantia XVI

1. An responsa S. Cong.nis ad quæsita anni 1645. dici pos-
709. sint reddita fuisse non audita parte.

2. An dici possit, quod S. Cong.o quando anno 1656. censuit
710. esse permittendas Sinensibus xpnis specificatas tunc Confucij ceremonias, ita censuerit supponendo aliquas earum esse malas.

Resp. ad duo p.ma sufficienter fuit responsum anno 1645. et 1656.

3. Quam censuram mereatur propositio, qua asserit, quod non
711. omnes summi Pontifices habeant potestatem declarandi quæ sint formæ Sacramentorum.

Resp. Denunciandi sunt nominatim qui id asserunt, ut puniantur.

4. An dici possit, quod Ecclesia nedum definiat myste-
712. rium Immaculatæ Conceptionis, ideo solum quod timeat ne PP. Predicatores non obediant.

Resp. Ad missiones non spectare Eiusmodi levitates.

5. An revera omnes Ceremoniæ, quæ nunc fiunt Confucio
713. possint à peccato mortali excusari.

Resp. alias fuit responsum de anno 1645. et 1656.

6. Supposito quod Chinenses Infideles à suis Imperatoribus
714. defunctis, itemque à suis maioribus in Infidelitate defunctis petant auxilium inter suas ceremonias concelebrare dirigendo petitionum suarum Intentionem ad verum

Deum

Deum. — Alias fuit etiam responsum.

7. An xpnis liceat Imagines suorum maiorum in infidelit.
715. defunctorum honorare suffitibus, et candelis accensis.

Rs Sicut alias fuit dictum non licere

8. Supposito quod Chinensium Infidelium Opinio sit, qd Spiritus
716. aut habitus defunctorum reficiatur nidore eludiorum ipsis oblatorum, et inde vicissim posteris viventibus bene sit. An nihilominus liceat Cristiano talia convivia suis maioribus exhibere defunctis.

Rr. non licere.

9. Supposito quod Chinensium Infidelium sit opinio, quod ex loco
717. Sepulcri secundum rituale sectae litterariae electo, varia proveniant ad posteros bona. An liceat xpnis locum Sepulchri iuxta d. rituale eligere.

Rs Ex eo motivo non licere

10. An liceat xpnis in honorem defunctorum Imperatorum
718. aliorumve virorum Illustrium aut maiorum suorum Infidelium ieiunare.

Rs Non licere.

11. An Iuvenes in venerationem matrum suarum, ut
719. Sanguinem in partu deperditum restaurent ieiunantes possint, quamdiu ab illo ieiunio desistere nolunt ad Baptismum admitti.

Rs non posse admitti ad Baptismum, donec omnes superstitiones abijciant

12. An xpnis seu sponte, seu iussis licet extruere Idolorum
720. Templa, vel destructa reedificare. Idem quaerit.

de Concameratis Idolorum armariolis

Resp. Non posse.

13. An liceat xpnis ad Struenda, vel resarcienda Idolorum

721. Templa conferre stipem.

Rs non licere.

14. An Missionarij, alijue Cristiani teneantur Idolorum

722. Sacrificulis manu laborare nolentibus facere eleemosinam citra extremam necessitatem.

Rs Si misericordiae motivo fiant licere.

15. An Calyx conservatus, et manens integer censendus sit

723. suam amisisse consecratem eo solo quod fuerit hereticis prophano usui u. gra ad bibendum in mensa adhibitus

Resp. remanere execreatum

16. An non videatur expediens, quod S. Congo praecipiat om-

724. nibus Chinae Missionarijs ut abstineant a sumptuosis Ecclesiarum fabricis, a notabili splendore vestium, et magnorum sine necessitate munerum oblatione; supposito, quod talia ex et quibusdam Missionarijs insupportabilia sint, et ansam praebeant persecutioni.

Nihil est respondendum

Quatuor quaesita proposita a P. Martino Martinez Societatis Jesu anno 1656.

1. Utrum Missionarij novis xpnis debeant intimari

725. Jus positivum quantum ad Jeiunia, festas servare confiteri, et comunicare semel in anno. Ratio dubij et circa Jeiunium est quia levitas cibi cogit eos ad ter comedendum. Praefecti Tribunalia Jeiunij

adire

adire deberent, quae frequentant ab octava matutina ad 2.m post meridiem, quod illis esset omnino impossibile.
Circa festa, Confessionem et Communionem Dubij ratio est quia maxima Christianorum Pars laborare debet, ut victum lucretur, et saepe cogunt. Xpni ab Infidelibus Praefectis diebus festis diversos subire labores. Et Ipsi Praefecti Xpni Tribunalia frequentare debent etiam nris diebus festivis sub poena privationis officij.
Missionarij pauci Regnum vastissimum; Ideoque plures Xpni missam audire diebus festis, confiteri semel in anno, et communicare non possunt
Resp. S. Cong.o Et iuxta proposita censuit praed.m Jus à Missionarijs notificandum ut obligatorium sub peccato mortali, posse tamen explicare Causas propter quas excusent. fideles ab Excusatione praeceptorum si Ssmo placuerit posse concedi, missionarijs facult.em dispensandi in Casibus particularibus eorum arbitrio.
2. Utrum omnia Sacramentalia in Baptismate foeminarum adultarum adhibenda sint. Item utrum sufficiat foeminis petentibus tantum extremae Unctionis Sacram.tum conferre. It. utrum etiam petentibus negandum sit, cum incommoda et pericula Xpnitatis futura prudenter praevidentur. Ratio dubij est, quia ob maximam foeminarum modestiam nisi magna à Missionarijs adhibeatur cautela, scandalum ingens sinis daretur, totaque Christianitas evidentissimo periculo potest exponi

S. Cong.o iuxta proposita censuit ex graui necessitate proportionata posse omitti quædam sacramentalia in Baptismo foeminarum, ac posse omitti sacram.ta extremæ unctionis

3. Vtrum accipiendorum graduum Ceremoniam, quæ fit in Aula Confucij xpni Litterati licite agere ualeant, nam nullus interuenit sacrificulus, nihil omnino fit ab Idolatris institutum, sed soli studiosi, et Philosophi conueniunt Confucium, tamquam magistrum suum agnoscentes ciuilibus, ac politicis ritibus ex sua prima Institut.e ad merum cultum ciuilem institutis.

Omnes enim graduandi simul Aulam Confucij ingrediuntur, in qua eos expectant Cancellarij, Doctores, ac Examinatores ibi simul omnes ante nomen Philosophi nihil omnino offerendo, illas faciunt ceremonias, et inclinationes more Sinico, quas omnes discipuli faciunt suis magistris uiuis, atq; ita cognito Confucio pro magistro gradus accipiunt à Cancellarij, ac discedunt. Præterea illa Aula Confucij Gimnasium est, et non Templum proprie dictum, nam clausa est omnibus præterquam studiosis.

S. Cong.o iuxta proposita censuit permittendas Sinensibus xpnis prædictas ceremonias, quia uidetur Cultus esse mere politicus, et Ciuilis.

4. Vtrum Ceremoniæ, quæ sunt ex Philosophorum placitis circa defunctos xpnis permitti possint, prohibendo quidquid

superstitiosum

Superstitiosum accessit. Item num Xpni simul cum Infidelibus consanguineis easdem ceremonias licite facere possint.

Item num adesse possint Xpni, praecipue facta fidei protestatione quando Infideles etiam superstitiosa peragunt, non cooperando, aut auctorizando, sed quia valde notaretur, si consanguinei tunc abessent, et essent inimicitiae causae et odij. Sine nullam divinitatem animabus defunctorum concedunt, nihil ab illis sperant, nihil petunt.

Triplex est modus, quibus defunctos suos honorant. Primus est, cum aliquis moritur pro inviolabili more habent in Domo defuncti quoddam Altare, praeparare in eodem imaginem defuncti, seu tabellam collocare in qua eius nomen scriptum est, cum ornatu odorum, florum, et Candelarum, retroque cadaver feretro inclusum ponere, omnes autem, qui ad condolendum Domos illas ingrediuntur, coram praenarrata tabella, et defuncti Imagine ter, vel quater genuflectunt humi se se prosternentes, et adoramenta ut in praeparato illo Altari, seu potius tabella coram defuncti Imagine consumentur, et comburantur

2.us modus est, qui fit bis in anno in Avorum et Progenitorum suorum Aulis. Ita sine vocant, et non Templa hoc enim cum tang sonat quae vere familiarum memoria, vel monumenta sunt. Has soli habent

magnates, aut Ditiores Consanguinitatis, in eis nullus sepellitur mortuus, sed in montibus sola nobilitus Proaui imago, deinde supp gradus alios alijs altiores dispositæ sunt Tabellæ ad palmi altitudinem, in quibus omnium in illa familia defunctorum nomina, qualitas, dignitas, sexus, ac ætas inscripta sunt, diesq; mortis etiam Infantium, et Puellarum; In hac ergo Aula bis in anno consanguinei omnes conueniunt, ex quibus ditiores offerunt Carnem, uinum, Candelas, odoram.ta, Pauperiores aut. qui has Aulas habere non possunt, Defunctorum suorum Tabellas domi seruant, uel in loco particulari uel etiam supp Altare, ubi sanctorum Imagines, qui ob loci, uel Domus paruitatem alium locum non habent, quas tamen nec uenerant, nec illis offerant quidquam, sed ex defectu alterius loci ibi sunt. Ceremoniæ enim illæ suprad.e a Sinis non fiunt, nisi in Aula Defunctorum, quam si non habent etiam ceremonias omittunt.

3.s modus est, qui fit ad mortuorum sepulcra, quæ omnia in montibus sunt extra mœnia iuxta regni leges: Ad hæc filij, aut Affines accedunt semel saltem in anno circa initium maij herbas, et gramina circa sepulturam nata eradicant, purgant, plorant, deinde ieiulantur genuflexiones, ut in 9.mo dictum est faciunt cibos coctos, uinumq; disponunt,

mox

mox finitis lacrymis edunt, ac bibunt.

S. Cong.o iuxta proposita censuit posse Sinas Conuersos adhibere dd. ceremonias erga suos defunctos etiam cum gentilibus, sublatis tamen superstitiosis. Posse etiam assistere tantum cum gentilibus quando agunt superstitiosa, praesertim facta fidei protestatione, et cessante periculo aduersionis et quando aliter odia et inimicitiae uitari non possunt.

Ad suprad.a quatuor quesita fuit responsum sufficienter de anno 1656., et alias, et iuxta ea responsa debent Missionarij operari.

Aliae speciales difficultates

Dub. 20.

1. An inter mysteria, quae cathecumenis credenda
729. proponuntur, liceat, seu conueniat apponere B. Virginem Mariam fuisse sine peccato originali conceptam

2. An in nouis missionibus conueniat de praefato
730: misterio ita scribere, ut Neophiti reputent sententiam affirmatiuam omnino à fide catholica definitam esse.

Ad duo p.ma dubia resp. legendas, et obseruandas esse Constones Sixti IV, Pauli V, Gregorij XV. et Alex.ri VII.

3. An expediat coram neophitis diuulgare, quod Beata
731. Virgo Deipara diuinam essentiam clare a primo instanti suae conceptionis intuita sit, idque per totam uitam continuauerit, prout de xpo Dno formiter tenetur

Resp. Missionarij abstineant ab Euoi disputationibus inutilibus.

4. An possit admitti in Neophitis inuincibilis igno-
732. rantia de occisione sui ipsius? Affirmant aliqui,
at non posse per se, et regulariter ex eo suadetur,
quia ante baptismum satis de preceptis decalogi
instruunt.

Resp. non teneri docere illos ueritatem, ut errores abijciant.

5. An Neophitis liceat cooperto capite missæ sacrificio
733. assistere, et ad sacram Communionem accedere? Affirma-
tiue respondet maior, et antiquior numerus missiona-
riorum ex communi, et antiqua praxi ab omnibus
uno, uel altero excepto obseruata, quæ fundatur in
dispensatione fel. rec. Pauli V. Missionarijs facta, ut
cooperto capite sacra celebrent, eo quod in illo regno
Sinum reuerentia sit.

Resp. obseruanda esse Decreta Summorum Pontificum,
si adsint, ut asseritur super hac re emanata.

6. An Missionarij à Tyranno interrogati, an ue-
734. lint in suo regno remanere data fide, quod legem
Euangelicam non promulgabunt licite pos-
sint annuere, promittere, atque talem conditionem
acceptare? Missionarij in hoc casu dum proxime
instaret decidendo nullatenus conuenerunt.

Resp. non posse id promittere.

7. ~~Item~~ An liceat Missionarij extra necessitatem adire
735.

Idolorum

Idolorum Templa, et coram illis genuflexis recitare horas Canonicas, praecipuè ubi ab omnibus fidelibus, et infidelibus conspici possint. Aliqui affirmant.

Resp. Non licere.

15. An aliqui potuerint consequi uitam aeternam sine co-
736 gnitione Dei auctoris supernaturalis, et absq; notitia Immortalitatis animae, praemijque, et supplicij post hanc uitam. Affirmant aliqui loquentes tum de Iudeis, tum de Gentilibus.

Resp. Affirmatiuam nec defendi, nec doceri posse

9. An minoritae et Dominicani possint, et debeant
737. sequi aliquas opiniones, quas improbabiles omnino iudicant, ex eo praecisè quod aliqui Missionarij asseuerent posse in praxi sequi, seque habere sufficientes rationes pro eorum probabilitate. Purum quippe ualde uidetur claudere oculos, et cecè sequi aliorum uestigia

10. An omnes, qui proxime ad exilium Doctoris Brun-
7315. deani Missionarij Ap.ci ex Ciuitate Machaensi cooperati sunt incurrerint censuram latam a Ssmo P. N. Vrbano Viij. in Bulla expedita anno 1633. contra impedientes missionarios, pars affirmatiua uidetur uera.

Resp. non posse responderi ad dubium non plene propositum, et inaudita parte.

11. An qui intra Missionem eijciunt Missionarios ex una
739. ad aliam Provinciam, incurrant prædictam Censuram?
Etenim tales vere impediunt Missionarios in suo
munere et officio
Resp. Maturè consideranda esse Decreti verba,
ut detur responsum de quolibet facto.
12. An qui per se vel per alios procurant Missionarios a
740: suis Missionibus eijcere, effectum tamen non sequatur
incurrant prædictam Censuram, nam et si effectus non
sequatur nomine, et re impedientes sunt ma-
xime, quia cum inquietent, perturbentque illos,
causa proxima sunt, ut munus illis initum com-
mode adimplere non possint
Resp. sicut in præcedenti.
13. An liceat regularibus mendicantibus, præcipuè
741. Missionarijs, alijsque ex speciali summi Pontificis
voluntate in Indijs Parochi officium exercentibus
munus Patrini in Baptismi et Confirmationis Sa-
cramentis subire? Affirmant aliqui Auctores, et
cum aliàs ex prædicto munere utilitates spirituales re-
sultare possint, humiliter supplicatur ut in hoc Sanctissimus indulgeat.
Resp. Non licere.
14: An Missionarij alij Cochinchinæ regni habuerint
742. privilegium dispensandi cum uno Neophito ad con-
trahendum matrimonium successivè cum duabus sororibus

Resp. responderi

Resp. responderi non posse inauditis missionarijs, qui asserunt hanc facultatem habere, at sine ea non possunt.

15. An liceat missionarijs pretextu aperiendi, et conseruan-
743. di uiam ad legem Dei seminandam, uel augendam ferre bellica Instrumenta ad Regna Infidelium? Etenim tales Infideles licet pro aliquo tempore catholicis signa amicitiae demonstrent, tamen breui terga uertant et euentus his diebus comprobauit.

Resp. non licere.

16. An mercatores catholici pretextu mercaturam suam commode faciendi licite idem possint facere? Con-
744. tra sic facientes publicè fuit in Ciuitate Machaensi annis elapsis publicata, et lecta Bulla Cenae Dni.

Resp. non licere.

17. An aliqui missionarij Priuilegium aliquod habue-
745. rint non intimandi Neophitis signis obseruantiam Juris positiui. Affirmant aliqui.

Resp. Jam fuit responsum anno 1645. et 1656.

18. An Ecclesiasticis, seu secularibus liceat in terris Infidelium
746. Bombardas fundere et docere istas artes infideles, ipsosque esse Architectos pro Castellis aliisque munitionibus construendis.

Resp. Ecclici non possunt se ingerere in eiusmodi.

19. An Confessor possit licite audire penitentium di-
747. midiatas confessiones eo pretextu, ut omnes Jubileum lucrentur, quod non facerent si integraliter

confiteri deberent, eo quod ad sic audiendos omnes Jubilei tempus non sufficit. Sunt qui affirmant, tamen quando in eodem loco plures alij Confessores reperiuntur, ad quos concurrere possunt pœnitentes, videtur alijs, quod irrationabiliter Confessiones mutilentur.

Resp. Nullatenus fieri posse.

20. Juramentum inter Sinas sequenti modo perficitur iuxta ipsorum Rituale. Pro quatuor angulorum fovea
74 cs. faciunt in terra, supra hanc animal mactant, abscinduntque sinistram aurem, quam cum gemmis in catino reponunt, in alio ponunt sanguinem similiter ornatum, cum prædicto sanguine chartam Juramenti scribunt, et labia ungunt, lecta charta animal in foveam immittitur, appositaque à tergo Cartulæ cooperitur. Quæritur, an liceat Christianis ptam formam Juramenti servare, vel illi quando sit assistere Rs non licere.

Nos infrascripti, quibus horum dubiorum solutio fuit remissa in prædictas responsiones è regione singulorum dubiorum appositas censuimus reddendas hac die 22 Aprilis 1674.

Ego Fr. Laurentius de Laurea Min. Coll. et Qualific. S. Off. m. ppa
Ego Caietanus Miroballus Clericus Reg. S. Off. Qualif. m. ppa

In Cong. Partic. de Propd. fide
29 Jan. 1665.

Supposito decreto 23 Xbris 1630 quo S. Cong. declaravit

Ecclesiam

Ecclesiam Capuccinorum Smyrnarum Parochiale pro nationibus Gallis, ijsque adherentibus necnon alio Decreto 20. Augti. 1640., in quo dicitur quod praedi. fratres valeant in ea Parochialia sacramta. administrare tamquam Missionarij, quod confirmatum fuit 3. Julij 1663., necnon alio decreto 7. 7bris 1660., in quo concedit. Consuli Gallo Smyrnarum facultas eligendi pro Cappellano pro sua familia unum ex dd. fratribus, isti praetendunt esse Parochi totius Civitatis, exclusis venetis; quoniam vero franciscani etiam ipsi sunt Parochi ad obviandum dissidijs quaesitum fuit.

P°. An Ecclesia franciscanorum reformatorum, et eiusdem
749. ministri regulares, qui in ea habent curam animarum absque alio speciali novo, et expresso sedis Apcae, vel S. Congnis. Decreto gaudeant eisdem titulis, Juribus, et privilegijs verae Parochialis Ecclesiae, propriorumque Parocorum, quibus gaudere solent, et gaudent in Partibus orientalibus consimiles Ecclesiae, et ministri eiusdem Ordinis et Instituti. An vero, ut Capuccini contendunt ad gaudendum quibus supra sola Smirnensis Ecclesia eiusque ministri indigeant aliquo novo decreto, aut declarate. S. Sedis Apcae.

Doceant de Privilegio.

2°. Attento S. Congnis. Decreto, quo Patribus Capuccinis
750. concedit. facultas administrandi sacramta. Parochialia nationi Gallicae, eique adherentibus in ipsorum Ecclesia non ad titulum Parochorum, vel alio quovis titulo, aut

pretextu, quam Missionariorum Aplicorum, et sine
praejud.o aliarum Ecclesiarum Parochialium. Quaeritur
An praed. PP. Capuccini in vim talis facultatis
potuerint, et possint sibi titulum, et Jura univer-
salium Parochorum Smyrnensium vindicare sup. ijs,
qui nec Galli sunt, nec sub Gallio magistratu, si-
ve consulatu degunt eiusmodi sunt Catholici
flandri, et Angli degentes sub proprijs, et distin-
ctis magistratibus, Itali omnes, et multi Insu-
lani maris Aegei, ut Chinenses, et alij.
Ad 2.m negative
3. An praedicti PP. Capuccini eiusdem facultatis
751. vigore potuerint et possint censurarum ammina-
tionibus cogere alios à Gallis, et eorum adherentibus,
sicut alias cogere non destiterunt ad suscipienda sa-
cram.ta Parochialia ab ipsis, et sibi quoad alias
functiones, et Jura Parochialia subijcere.
Ad 3.m negative
4. An suprad.i qui nec Galli sunt, nec magistratui Gallico
752. subdunt.r, nolentes sacrosanctum viaticum, et extremam
Unctionem à Capuccinis accipere, nec functiones Paro-
chiales sup. sua cadavera exerceri, nec eos uti propri-
os Parochos agnoscere, sed petentes haec omnia sibi
administrari à fratribus reformatis S. Fran.ci peccent
mortaliter (ut sentiunt PP. Capuccini) et sic deceden-
tes decedant in statu damnationis
Ad 4.m negative

5. An praed.i

5. An prędicti PP. Capuccini sola prefata facultate
753. suffulti possint iustè prędis fratribus reformatis
inhibere administronem sacramentorum, et exerci-
tium functionum Parochialium supp prędictos, qui nec
Galli sunt, nec sub Gallico consulatu.
Ad 5m negative preter Gallos eorumq adherentes

6. An prędicti fratres Capuccini vigore prefate fa-
754. cultatis possint defunctorum cadavera benedicere,
de domo levare, et cum stola uti Parochi pp Civitatem
ad Ecclesiam associare, et quorumnam defunctorum?
An omnino omnium, exceptis Venetis, et Venetorum
subditis (ut ipsi pretendunt) An solummodo Gallorum
et eorum adherentium
Ad 6m negative

7. Quinam sub nomine adherentium nationi Gallicę
755. intelligi debeant?
Ad 7m Intelliguntur qui assistunt Consiliij, et filij,
familiares, et Domestici, et omnes illi, qui sponte
sunt eiusdem voluntatis, cuius est principalis Ex
felin. in rubr. de Tregua et Pace n.o 11. vers. quinta
declaratio.

8. An prędicti fratres Capuccini quovis pretextu possint
756. deferre quorumcumq defunctorum Corpora ad ipsorum
Capuccinorum Ecclesiam, ibique prius officia funeralia
persolvere, ac deinde ad Ecclesiam in qua sepulturam
elegerunt, cum stola uti supra associare contra ex-
pressa decreta SS. Cong. Ritum et Epor. et Regularium?

An uero non obstante quouis pretextu defe-
renda sint, ut prescribitur in eisdem decretis.
Ad 8.um Seruent. Decreta SS. Cong.orum Rituum et Episcop. et Reg.rium
9. An preter pred.am facultatem Capuccinis ut supra con-
757. cessam decreto edito die 20. Aug.ti 1640. cum suis de sup.
declarationibus preinsertis fuerit quandoq. aliquod
aliud priuilegium ab ista S. Cong.ne ad omnia pred.a
licite peragenda eisdem concessum? An uero quoad
usque de tali priuilegio legitime constiterit, seu
PP. Capuccini uti debent legitime edocuerint,
uel ab ista S. Cong.ne aliter prouideatur; standum
omnino erit in terminis preinsertorum decretorum
et Declarationum subsequentium, ceterorumq. omnium
alias emanatorum, ac precipue sub die 23 Mar-
tij 1652 pro Concordia seruanda inter PP.
Cadinis min.um obs. et Reform. et Missionarios
Ap.cos in partibus orientalibus sub censuris, et
poenis in eis contentis
Ad 9. lectum
10. An visitatores Ap.ci quicumque sine expresso, et
758. speciali mandato delegantis possint eisdem Capuccinis
titulum, et Jura uniuersalium Parochorum Smyrnensium
conferre, ipsorumq. Ecclesiam Communem et uniuer-
salem Parochiam declarare pro omnibus Catholicis so-
lis uenetis exceptis, et Venetorum subditis Smirnis
commorantibus aut illuc appellentibus cum preiudicio
Antiquioris Eccl.ie Parochialis
Ad X. negatiue

11. Si et quatenus aliquis Visitator Aplicus precipue
759. si fuerit Capuccinus, de quo magis praesumi posset ad suos
propensio, quam Justitiae Zelus de facto ut supra contulit
et declaravit quemadmodum PP. Capuccini oretenus
et sine ostensione alicuius autentici testimonij pro se
ipsis allegant, cum talis tituli Universalium Parochorum
et Jurium Parochialium collatio, ac talis Ecclesiae decla-
ratio manifeste dissideant à praeinsertis, caeterisque
ipsius S. Cong.nis Decretis, et declarationibus notissimis
iam super hoc emanatis, an post supra insertam declarat.em
istius S. Cong.nis de anno 1663. die 3. Julij, si forte quan-
doque authentice probent. huiusmodi Visitatoris Ap.ci collatio
tituli, et Ecclesiae declaratio in suo robore persistere
debeant. An vero tamquam irrite, et inanes haberi.
Ad 11. Consulant S. Cong.m cum casus venerit.

12. Cum facultas administrandi Sacramenta Parochialia
760. pro solis Gallis, et eorum adhaerentibus explicite praefatis
Capuccinis ab ista ~~fabrica~~ S. Cong.ne sit concessa salvis
semper Juribus aliarum Ecclesiarum Parochialium cumque
privilegia Particularia non possint ampliaria in aliorum
praeiudicium, et hodie Smyrnis ultra Gallos, et eorum adhae-
rentes non pauci sint, et plures deinceps illuc commi-
grare possint Catholici aliarum nationum, et sub alijs
et diversis magistratibus constituti, qui sistendo in
terminis Decretorum, et declarationum super hoc hacte-
nus emanatorum, nullomodo pertinere possunt ad cu-
ram Capuccinorum. Insuper cum praeter Capuccinos, et

ipsorum Ecclesiam in eadem Urbe, nec alia Ecclesia Parochialis, nec alij Parochialium Sacramentorum Ministri iuxta Sacros Ritus S. R. E. reperiantur nisi fratres min. obs. et reform. S. Fran.ci conuiuentes sub unius religiosi reformati directione et obedientia in Ecclesia S. Mariæ Immaculatæ conceptionis, cuius usum habere, et Parochorum Smirnensium uices, et uoces predecessores eiusdem ordinis, et Instituti religiosi (deficientibus alijs Parochis) eisdem titulo, et Jure, quibus talia tunc temporis exercebant, et modo etiam exercent Bizantij et in alijs locis Orientis ad quæ ante Missionarios Ap.cos peruenerunt Smyrnis exercere cœperunt ante annum Dni 1615., ac extunc usque ad Missionariorum aduentum super Catholicos cuiuscumque nationis etiam Gallicæ, et deinde super quos à prætensionibus iustis, et iniustis eorumdem Capuccinorum permittebantur semper interruptè exercuerunt. His igitur stantibus quæritur. An cæteri omnes præter gallos, et eorum adherentes Catholici Smirnis commorantes et illuc appellentes, sin aliter ab ista S. Cong.ne disponatur, pertineant, et pertinere debeant ad præd.am antiquiorem obseruantiam, et reformatorum curam

Ad 13. quoad Sacramenta Gallos, eorumque adherentes ut supra a Capuccinis posse cogi.

14 An Vicarius Aplicus Smyrnis personaliter discessurus
762. extraque Diœcesim longam moram tracturus, suas uices

subdelegare teneatur? et cui congruentius? Alicui ne missionario; An vero Digniori Parocho antiquioris Parochiae?

Ad 14. Lectum.

15. An vigore solius facultatis celebrandi missam
762. quocumque loco decenti missionarijs concessae possit licite sacrosanctum missae sacrificium ab ipsis celebrari, sicut à quibusdam ipsorum singulis diebus dominicis et festis celebrat. supp. mare in navibus prope litus appulsis absque praesentia alterius sacerdotis, qui calicem post consecrationem firmum custodiat ad penitus evitandum effusionis periculum, ut Doctores opinantes requirunt

Ad 15. nullo modo licere Capuccinis nec minoribus obs. neque quibuscumq. alijs celebrare, vel mandare, vel permittere celebrare missam in navibus quia omnino est prohibitum.

In Cong.ne de rebus Zacynthi
21. Junij 1665.

fol. 70. à tergo Ad 3.m

Se sia lecito alli regolari Confessare ammalati secre-
763. tam.te senza avviso senza avviso del Parocho, e contravenendo soli si deve concedere il Cadavere non ostante, che mostrino dispositioni notorie sospette di falso

Affirmative. Moneant tamen Parochum quod infirmum absolverint

764. Se si deve credere al Confessore regolare quando attesta in beneficio della sua Chiesa

Negatiue si attestatio sit solius Confessarij.

765. Se li defonti sepolti nelle Chiese de Regolari debbano pagare li Dritti della Parochia.

Affirmatiue.

766. Se li Regolari hauessero fatti esaminare nel Tribunale Laico à loro fauore, et il Vescouo nel suo à qual processo si deue stare.

In Causa fori Ecclici utant. actis Curiæ Ep.alis

767. Se possano i Regolari extra Claustra Ecclesiæ, et Monasterij far processioni, e non potendolo fare se sia lecito al Vescouo di prohibirle.

Seruentur Decreta Cong.nis Eporum et Ritum.

768. Se li Regolari possano à loro beneplacito esporre il SSmo senza licenza del Vescouo, e se la licenza deue essere in Scriptis.

Vt ad proximum.

769. Se si possa permettere che li Catt.ci si seruano degl'Ebrei per Compare nel Battesimo, Cresima, e matrimonio contro l'espressa prohibit.e de Sacri Canoni.

Nullo modo permittat. quia est prohibitum et ad S. off.m

770. Se possano interuenire alle nozze, et ai funerali degl'ebrei, et heretici, accompagnandosi con essi in tutte le loro attioni.

Disordini Li medemi Cattolici hanno data la condotta publica di Maestro di Scola ad un Ebreo, sicome hanno data quella di medico ad un'altro ebreo, ne contenti di questo consegnano à disciplinare i loro figlioli agl'

Ebrei

Ebrei et Eretici nelle Case proprie de medemi, onde attese le perniciose conseguenze, che possono temersi da un tal abuso.

Non licere.

771. Che li sacerdoti Greci allettati da qualche guadagno frequentem.te congiongono in matrimonio le Donne di rito Greco con Luterani, e Calvinisti, e procurandolo i Padri medemi delle Zitelle.

Non licere.

772. Che l'istessi sacerdoti Greci si ingeriscono negl'affari de Latini congiungendo in matrimonio Latini con Greche et all'incontro dando sepoltura nelle Chiese loro à quelli che professano rito latino sotto pretesto, che così habbiano disposto per testam.to, se bene essendo ciò contrario alle dispositioni Eccli che non dourebbe attendersi. — Vt supra.

773. Che i med.i Preti Greci congiungono in matrimonio quelli che non sono loro Parochiani & ne segue.

774. Che hanno per uso familiare, fondati sù quelle parole Nemo potest dimittere vxorem ex quacumq. causa nisi ob fornificationem disciogliere i matrimonij validam.te contratti, e confermati da lunga, et habitatione, hauendo opinione, che sicome il mutuo consenso in facie Eccliæ si uniscono, così per l'istesso si possano disciogliere — Non licere.

775. Che i Greci pretendono, che il loro Prelato, ò Protopapa possa benedire dentro le Chiese latine, anche presente il Vescouo latino — Non licere.

776. Se si habbia à tolerare l'aggiunta nel laudo

del Patriarca di Costantinopoli, poiche l'intonano con i med.i titoli douuti al Pontefice Rom.o nell' atto di professione publica — negatiue.

777. Clausole che à relatione della S. Cong.e comandò Aless.o 7. li 11. Genn.o 1662. che si aggiungessero facoltà di celebrare bis in die.

Per li miss.rij Huoi facult.e autem celebrandi bis in die nullat.s uti liceat, nisi rariss.e et ex urgentissimis causis, in quo grauiter eius conscientia onerat.r, quod si ad presens, aut imposterum, quandocumque aderit Epus, uel eius Vic.s gnlis, aut Capl.aris, siue Vic.s Aplicus, ad cuius Diœcesim, seu administronem pertineant loca, ubi secundo q celebrari contigerit, præfata facultas bis celebrandi nullius prorsus sit roboris ac momentis, nisi prius præd.o Epo fuerit exhibita, ab eoq examinatæ et approbatæ fuerint causæ ea utendi, nec aliter concessa intelligatur, quam iuxta moderationem ab ipso apponendam, et non alias, cuius Epi conscientia oneratur, ut non nisi ex urgentissimis, ut supra dictum est, et ad breue tempus ea uti permittat, quam tamen facultatem poterit Epus si ita in Dno uisum fuerit expedire ad aliud Breue tempus pluries, et eadem seruata forma prorogare intra tempus in hac facultate à S. Sede concessum et non ultra

Tunchino, Cocincina, Siam, Camboia, et
alijs Locis, quæ Vicarijs supradictis commis-
-sa, et Principibus Infidelibus subiecta sunt,
et prohibetur Inquisitoribus, eorumque
Commissarijs, ne ullum Iurisdictionis actum
in illos exercere audeant, et præsumant.
Clemens X. in Brevi 22. Xbrij 1633. incipit
Solicitudo.

mn. Clemens VIII. indulsit superioribus ordinum Mendicantium, ut cum necessitas postulasset, quoslibet Ordinis sui Religiosos Missionarios per Lusytaniam duntaxat, et suspecta inde navigatione in Indias, et Civitatem Goanam, atque ad superiores ordinum in illis partibus existentes transmittere, et ipsi sic transmittendi tam ad Japonicas, quam ad alias proximas, et adiacentes etiam Chinae, et finitimorum Regnorum, et Terrae firmae Indiae Orientalis Insulas, regiones, et Provincias accedere possint.

Paulus V. accepto, prohibitionem accedendi ad Indias alias quam per Lusitaniam eum qui sperabat fructum minime protulisse, nec Catholicae fidei propagationis negotio utilem fuisse per suas litteras superioribus Regularium indulsit, ut per aliam viam et quam per Lusitaniam in supradictas Provincias transmittere libere, et licite valerent.

Urbanus VIII. confirmavit Constitutionem Paul. V. 22. Febrij 1633.

Deinde Vicarij Apostolici in partibus Orientalibus exponentes non minus ipsis, et Presbiteris secularibus, et laicis ad eas dd partes missis et mittendis, quam et Religiosis supradictis difficile, ac Catholicae fidei propagatio-

-ni inutile sit iter, et navigationem ad Indias Orn̄les p Lusitaniam suscipere, eisque aliis viae longè faciliores, ac expeditiores pateant. Clemens X. confirmando Lr̄as Urbani VIII. ipsas ad eosdē Episcopos, et Presbiteros extendit, et ampliavit, itaut p alias quascunque viae sibi benevisas quam p Lusitaniam proficisci libe-rè, et licitè possint, et valeant, ut in Breui 23. Xbris 1653. Iniunxit nobis Decrā varijs tempo-ribus edita à Sac. Congreg.ne de Propaganda fide pro Missionibus Indiarū Orientalium, quae pro maiori parte p Bullas Pontificias con-firmata fuerunt, et exemplo inservient alijs missionibus, quibus hi casus adaptari possunt.

Die 22 Julij 1650.

Ad melius et facilius occurrendum necessitatibus
1619 spualibus Xpifidelium in Indijs Orn̄libus degentium Sacra Congrō decrevit.

P.o ut Parochi non naales illarū partium, sive Regulares, sive seculares sint, teneantur oiō habere apud se Cappellanum natalibus, et origine Indum pro confessionibus audien-dis, et diebus festis hortationibus ad populum Lingua vernacula habendis, ne tali ausci-lio destitutis in ea, qua initiati sunt orto dosca fide elangueant, ac paulatim deficiant, ijsque pro sustentatione, et labore, ubi po-

pulus

-pulus ipse id sponte non praestiterit congruum suppeditent stipendium

2.° Praecepit ipsa Parochis, coeterisque quarumcumque Ecclesiarum superioribus, ut nedum sacerdotes indigenas in eorum Ecclesijs celebrare volentes non arceant, verum etiam perurbaniter accipiant quo frequentius illuc redeant ad omnipotenti Deo immolandum, sentiantque Christianam charitatem omnes aequis officijs amplexari

3. Ut vero fides adhuc in ijs regionibus pubescens opportuno Litterarum alimento coalescat, et pueri reddantur idonei ad res Ecclesiasticas percipiendas, ijsdem Parochis, et maxime pagorum et villarum iniungit, ut eos vel per se, vel per Cappellanos naturales, si tales ipsi non sint, ultra fidei Christianae rudimenta, Grammatices etiam institutione, coeterasque artes Liberales quoad fieri poterit edoceant.

4.° Decrevit, quoniam ut auditum est, in Processionibus solemnibus etiam Sanctissimi Corporis Christi ex Gentilium moribus Ritus aliqui sive actus irrepserunt, qui licet honoris, et maioris cultus gratia exhibeantur, maiestate nihilominus Christianae Religionis non minimum dedecent, Sacra Congregatio vetuit, ne in posterum permittantur, et arceatur omnino quidquid ludrici vel minus gravis speciem aliquam habuerit, nullo modo autem liceat Ecclesiasticis, et praecipue Regularibus praetextu Dignita-

-ti, gradus, aut officij, vmbellam in eis gestare
sed quo maiori praefulgeant dignitate, eo de-
-missius Diuinae Maiestati obsequium pres-
-tare, aliosque Xpianos humilitatis exem-
-plo praeire nitantur.

1669. 30 Maij 1523

Vigore praeceptorum Ecclesiae tenentur Episco-
-pi singulis annis renouare olea sacra, et
vetera comburere. 1. Quaeritur 1.º An Episco-
pi ad dictam Renouationem, et combustionem olei
consecrati obligentur, quando oleum quod denuo
consecrandum habent est aeque vetus atque
oleum comburendum, et quoniam affirmatiue respondetur.
2.º An tenentur illud comburere etiam eo casu
quo penuria olei, et difficultas illud habendi
dubium parit moraliter euenturum, ut si
consecratum comburant, carituri sint oleo suffi-
-cienti tempore inde futuro.
Ad 1.m resp. affirmatiue. Nam Fabianus
Papa epist. 2.a, et nunc habetur can. litteris
de Consecrat. distinct. 4. assignans rationem
cur quolibet anno in Coena Domini vetus Chris-
-ma sit comburendum, et nouum faciendum, non
dicit, sic fieri ob vetustatem olei, vel nouita-
-tem eiusdem, sed renouatione Sacramenti,
seu mysterij: nam ait, sicut ipsius diei, id est
Coenae solemnitas per singulos annos est ce-
-lebranda, ita ipsius Sancti Chrismatis confec-
-tio per singulos annos est agenda, et de anno in
annum renouanda, et fidelibus tradenda, quia

nouum

novum Sacramentum est pro singulos annos, et in dicto die innovandum, et vetus in sanctis Ecclesijs cremandum.

Sive ergo oleum sit vetus, ut Chrisma, sive vetustius, sive vetustissimum, dummodo sit verum olearum oleum, est aptum ad conficiendum Chrisma, neque de hoc fuit unquam dubium in Ecclesia, sed solum de tempore renovationis in quolibet anno. et Innoc. 4. Constit. 14 sub Catholicae P. S. renovat idem praeceptum masce pro Orientalibus ut singulis annis in die coenae Epi conficiant Chrisma ex balsamo, et oleo olivarum, non limitans, quod sit novum oleum, vel antiquum, quodlibet ergo vetus oleum olivarum est aptum ad Chrisma conficiendum.

Ad 2.m Resp. In eo casu necessitatis, seu periculi ne possit Chrisma novum confici, vetus non debet comburi, quia renovatio chrismatis pro validitate Sacramenti confirmationis non est de necessitate Sacramenti, sed ministri, aeque enim valida est confirmatio cum veteri chrismate, ac quae cum novo, sed illicite fieret, si haberet vel haberi posset novum.

Et ratio evidens ex Fabiano ibidem deducitur, quia corrigens Orientales de negligentia conficiendi Chrisma in quolibet anno, non dicit, vetus esse materiam invalidam, sed ita ait. Apostoli docuerunt vetus Chrisma incendi, et non amplius quam uno anno uti permiserunt

atque deinceps novo frui, et non veteri iubentes do-
cuerunt.

At non loquitur de casu necessitatis, si nempe Chris-
-ma aliaque olea renovari non possint, in quo
licitum dici debet uti oleis anni praecedentis,
nam de facto saepe accidit, ut oleum infirmorum
recipiatur ab Episcopis longissime distanti-
-bus, ut fideles Africae à Lusitanis, et con-
-gruo tempore non accipiant, neque proinde Pres-
-biteri earum regionum abstinent ab usu olei
sancti anni praeteriti.

Censemus tamen pro usu tam Chrismatis, quam
aliorum oleorum veterum expedire, ut concedatur
Missionarijs privilegium sedis Apostolicae,
sicut aliàs concesserunt tres Pontifices relati
à Vercell. q. 1. gen. 8. 34 Leo X. concessit posse
uti oleis antiquis, chrismate, et oleo sancto,
usque ad tres annos, quando sine magna
difficultate oleum, aut balsamum haberi non
possunt.

Greg. 13. concessit posse ijs uti antiquis
usque ad 4.or annos; Clemens 8. idem concessit
si chrisma, et alia olea eiusdem anni haberi
non possunt.

Et hic author tenet, quod sine privilegio in casu
necessitatis, si facta diligentia non inveniatur
oleum novum consecratum, poterit adhibe-
-re antiquum, quia melius est conferre sacra-
mentum cum oleo antiquo, quam sine sacram.to

Infi-

Infideles decedere.

China Die 13. Augusti 1669. ad supradicta dubia Congregatio respondit.

Concedatur Vicarijs Apostolicis ad formam privilegiorum aliàs à summis Pontificibus concessorum facultas utendi oleis veteribus, et pro ea inserunt adiri sanctum Officium

China Die XIIII.a Xmbris 1662. In Congne particolari

Essendo morto il Vescovo di Malaca il Capitolo elesse tra' Canonici un Vicario al Governo del Vescovato, ma essendosi poi impadroniti di quella Città gli Olandesi questi vi proibirono, sicome fanno in tutte le loro Conquiste l'esercizio della Religione Cattolica: onde i Canonici furono dispersi in varie parti, ed hora sono tutti morti eccettuatone il Vicario si supplica che si dichiari.

1628. Se il d.o Vic.o hora che il Capitolo è estinto habbia più veruna autorità

Affirmative

21. Januarij 1669. In eadem Congne.

Hanno introdotto i PP. Gesuiti nel Tunchino, che i Catechisti di quella Missione facciano nelle loro mani i voti di povertà, castità, ed ubbidienza sotto la loro direttione da osservarsi nel tempo che esercitano questo ufficio.

1626. P.o se il voto d'ubbidienza sotto la direttione de' PP. Gesuiti impedisca a' Catechisti de per se di poter esercitare il loro ufficio sotto la direz.e del Vicario Apostolico del Tunchino, e sotto quella del suo Vic.o

1527. 2.° se possano i PP. Gesuiti, pretendendo forse che i Ca-
-thechisti per virtù del loro voto siano ad essi total-
-mente additti, vietargli di fare i loro esercizij
sotto la direz.e anche del Vic.o Ap.co, e del suo Provic.o

3.° Si supp.ca qndo la risoluz.e fosse affirmativa dell'asso-
1528. -lute, o della commutaz.e del voto sud.o, e di sotto-
-porre i med.mi Cathechisti al Vic.o Ap.co.

4. Perche potrebbero i Regolari facendo nuovi
1529. Cathechisti indurli a simili voti, o à fare altre
obligationi per renderli indipendenti dal Vicario
Apostolico, supplica egli d'ordinare, che i Cathe-
-chisti non possano in conto alcuno essere esenti
nel loro esercizio dalla Giurisdizione de' Vica-
-rij, anzi che non possano ne' luoghi, dove essi,
o i loro Provicarij dimorano, essere a simil grado
promossi senza la loro approvaz.e

Ad 1.m Resp. negative

Ad 2.m ut ad proœmium

Ad 3.m non indigere absolut.e petita, et à Vica-
-rijs posse Cathechistas compelli, et sub
eorundem direct.e, et dependentia sua munia
exerceant

Ad 4.m S. Congregatio concedit facultem Vicarijs
Ap.cis publica significat.e manifestandi
Regularibus eiusdem Sacræ Congnis mentem
ijsdemque Regularibus intimandi, ut abstineant
ab usu, seu verius ab usu Cathechistas vo-
-to obedientiæ erga seipsos privative quoad
Vic.os Ap.cos à S. Cong.ne deputatos abstringendi.
22 Martij 1669 in eadem Cong.ne

Se

830 Se i Vescovi nell'Indie ordinali come Vicarij Apostolici, et Amministratori nelle Provincie alla loro cura commesse, habbiano la medesima autorità, e Giurisdizione, che hanno in conformità de' Sacri Canoni nelle proprie Diocesi, e se in esse possono farvi tutto quello che possono farvi i Vescovi nelle proprie Diocesi.

Negative

Ritrovandosi i Missionarij in viaggio verso le loro Missioni, e ritornando in Europa per servizio delle medesime, essendo alle volte necessitati di fermarsi in alcuni luoghi, ne' quali sono, come doveranno comportarsi i Vicarij Apostolici tanto co' Regolari, i quali con facoltà e Patenti della Sac. Congne esercitano le Missioni in luoghi de' loro Vicariati, che con quelli che l'esercitano con licenza de' loro Generali, o d'altri loro superiori, mentre che sì gli uni che gli altri col pretesto d'essere stati colà mandati co' privilegij conceduti gli dalla sede Apostolica, credono havere la medesima autorità de' Vicarij, a' quali perciò ricusano di stare subordinati, si domanda pertanto.

831. P.o Se i Vicarij possano, anzi siano tenuti di richiedere i Regolari, che dimoreranno ne' loro Vicariati ad esibire le proprie Patenti, con privare dell'uso delle facoltà quelli che ricuseranno di mostrarle.

Affirmative sed intra limites facultatum Vica-

-rijs Apcis concedendarum in Regulares.

832 Se i Regolari, e particolarmente quelli, che senza partecipazione della S. Congne sono colà da loro Gnali mandati a predicare, ò amministrare i Sacramenti, ò vero che ne' luoghi delle Missioni ricevono da' Prefetti la communicazione de' Privilegij, e facoltà rispettivamente debbano essere per tale ufficio approvati da' Vicarij, ò loro Provicarij.

Non posse Regulares uti suis facultatibus nisi prius obtinuerint licentiam à Vicarijs Apcis.

833. Occorrendo all'volte, che i Vicarij Apci non hanno Sacerdoti Regolari, a' quali possano commettere la cura dell'anime, ed all'incontro i Regolari per mantenersi esenti dalla Giurisdizione de' Vicarij ricusano d'accettare l'ufficio de' Parochi, si domanda se i sopradi Regolari siano in tali casi obligati ad esercitare la cura d'anime non solo a titolo di carità, ma di giustizia, mentre sono mandati in quei luoghi per questo fine.

In defectu sacerdotum secularium conceditur Vicarijs facultas deputandi Regulares ad exercenda curam animarum, ipsosque cogendi ad hoc munus explendum.

834. Se questi Regolari, i quali esercitano la Cura d'anime con solo titolo di Missionarij siano sottoposti quanto alle funzioni Parochia-

L

-li alla visita, e correttione de' Vicarij, e de' Loro Provicarij.

Affirmative

1134. Se i Vicarij Apci possano richiedere a dar conto dell'esecuz. delle pie volontà, alle quali alle volte sono deputati esecutori.

Concedatur facultas.

1135. Se sia permesso a Regolari senza licenza de' Vicarij, anzi contro la loro volontà, fabricare, et aprire Chiese, ed Oratorij.

1136. 1.° In quei luoghi doue già l'hanno

2.° Doue si truouano Missionarij d'altro ord.e, e Preti secolari parimente Missionarij

1137 3. In tutti gl'altri luoghi ne' quali niun altro Missionario risiede.

Non posse nisi de licentia Vicarij Apci

1138. Se a' Vicarij Apci sia permesso di celebrare senza Rocchetto, Anello, e senza la Croce Epale

1139. Se possano ammin.rare il Sacram.to della Cresima senza Mitra, e Piuiale

Posse cum graui, et urgenti causa, Decrum tu non publicetur, sed tantum dicatur oretenus

Die 13 Aug.ti 1669 in eadem Cong.ne

1140 Domandano i Vicarij Apci che a loro appartenga di uerificare, e publicare tutte le Bolle, Constituzioni, ed altri mandati Apci e tutti gli ordini di q.sta S. Cong.ne ammerunt.

1141. Che giudicialmente possano uisitare tutti gli Oratorij, Cappelle, Chiese, ed altri

Luoghi suj, e procedere a quello che giudicheranno necessario per servizio di Dio.

Posse, sed, respectu Regularium Missionariorum tantum in ijs, quae concernunt Curam animarum et sacramentorum administrationem

1542 L'istesso circa l'osservanza delle feste, digiuni, e Riti Ecclesiastici, secondo per i Decreti de' sommi Pontefici, la qualità de' Luoghi, e la circostanza de' tempi.

Concesserunt

1543 Che possano congregare i più principali Missionarij per comporre, e terminare le difficoltà, e dar rimedio a' disordini, che accadessero in quelle parti per ragguagliarne poi la Sacra Congne, et attenderne le determinazioni.

Per viam adhortationis, non autem exactionis congregare posse

1544 Che possano procedere contro gl'Apostati, fuggitivi, delinquenti publici, e vagabondi.

Spectare ad Superiores regulares delinquentium.

1545 Che habbiano tutte quelle facoltà, che si concedono dal Concilio di Trento agli ordinarij sopra i Regolari etc. l'ascoltare le confessioni, predicare la parola di Dio, ed esercitare l'ufficio di Paroco.

Negative

1546 Che nascendo controversie tra Religiosi gli Ordinarij come Delegati della sede Apostolica le decidano, e le terminino, ma quando fossero

di

di materie graui, ne debbano dar parte alla S.ta
sede, et attenderne da quella i necessarij pro-
-uedimenti.

Concesserunt.

Circa prouisionem Episcopatus Regni Persiae du-
-bitatum fuit utrum ad summum Pontificem
tantummodo pertineret, vel fieri potius deberet,
mediante nominatione, siue electione à
Rege Portugalliae facienda, prout in caete-
-ris Regnorum suorum Ecclesiarum prouisionibus
desideratur.

Questa sera parla del Vesc.o di Babilonia
che si conferisce dalla sede Apostolica a libera
collazione, e serue nelle controuersie pnti
per la prouis.e nell'Indie orn.li delle Catedrali
che non si possiedono da Portoghesi, come
non è stata mai posseduta la Persia, ma
pretendono la nominaz.e solo per la Bolla
d'Aless.o VI, e d'altri sommi Pontefici, come
si uede nella sera.

(54) Pro summi Pontificis authe in hac parte deductum
fuit. P.o ad ipsum de Iure spectare Episcopatus,
et Beneficia Ecclesiastica erigere, et creare in qui-
-busqq, et quorumqq. Infidelium Terris, et in
ijsdem caetera disponere, quae ad Dei veri Reli-
-gionem promouendam, ampliandam, et stabi-
-liendam magis conducentia esse censuerit
ut docet Bald. et Angel. in l. Id quod apud hostes
ff. de Legat. 1. et alij relati à Ceuall. tom. 4

pract. comm. q. vlt. n. 324. et segg. Aegid. Bened. in Lexi. hoc Iure 1. tom. cap. 3. n. 15. et 26.

2.° quia non solum in partibus Infidelium, sed ubique gentium certissimum est Cathedralium Ecclesiarum erect.e ad solum summum Pontificem pertinere c. 1. Ne sede vacante c. quod Translatae, ubi glos. de offic. Delegat. c. 4 et segg. 16. q. 1. glos. in cap. sicut unire de excess. Praelat. c. licet et de Prebend. in 6. Clem. 1. ut lite pendente cum multis aliis, quae adducit Mandos. de sign. grat. tit. de Erect. Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de erect. Eccl. Garz de Benefic. s. p. c. 1. n. 1. et p. 12. c. 5. et alij coiter. Est enim Ius istud mere spirituale, quod cum Principibus secularibus nihil commune habet et multo minus in Infidelium Terris, ubi nullum habet Dominium, ullamve potestatem exercent.

3.° quia quantumvis dicti Principes in Partibus Infidelium quorumque potestate, et Dominium haberent, immo Patroni extitissent, adhuc tamen praefatum Ius erigendi Ecclesias, et Praelatos ipsarum eligendi potestatem non haberent, quia de Iure ad Patronum et Principem virtute Patronatus non pertinet electio, sive praesentatio Ecclesiae Cathedralis, nec minus Collegiatae ut probat Tex. et ibi Abb. in c. nobis de Iure patr. verb. Ecclesia q. 2. Lambert. eod. Tract. 1. p. Lib. 2. q. 5. Princ. Couarr. in reg. Possess. 2. p. §. 10. n. 4.; quod adeo verum esse dicunt, ut nec consuetudo nec praescriptio Patronus

Laicus

Laicus illud Jus possit acquirere, sed requiri privi-
-legium summi Pontificis, ut pro tex. et glos. in c.
nobis e. hinc est etc. 16. q. 1. et multa alia re-
-quisita, in quibus pro Card. in Clem. plures
§. fin. de Jurepatr. Roch. et Covarr. ubi s.a tex.
et DD. in c. fin. de praescript. Lib. 6. et nisi tan-
-dem sui Patronatus titulos, ex fundatione,
dotatione, et privilegio sedis Apostolicae pro anti-
-quissimum temporis cursum ostendat, prout
praecipit Sac. S. Synodus Trid. sess. 25. de
refect. cap. 9. Post quod Concilium si quaerant
in tali materia privilegia a summis PP. conces-
-sa, derogata omnino mansere in gnali dero-
-gat.e ibi facta.

4.o Quia tale privilegium si reperiatur dictum Pa-
-tronatum in partibus Infidelium concedens,
non obstaret adhuc quominus summus Pontifex
pro solam collationem ab ipso factam absque
alia ceremonia, vel derogat.e ei praeiudica-
ret. c. cum Dilectus de Jurepron. c. Dilectus, et
ibi Abb. de off. Deleg. Noied. de incompatib.
benef. 1. p. c. 24. n.o 112. Cassiod. d.e 4 n.o 11.
de probat. et d.e fin. n.o ult. de Jurepron. Ratio
est quia non solum Patronatus istius ius merè
Ecclesiasticum est tanquam a summo Pontifice, et
a supremo Eccl.ae potestatis fonte proveniens, ut
supradictum est, sed Portugalliae Reges licet
Laici illud in illis Infidelium terris, in quibus
Domini non existunt solummodo administrarent

tanquam Eccli.ci Ministri Pontificis ex privilegio
merè gratioso. Nec quia Ecclesias erigerent,
et dotarent, istud Iusprionatus Laicale, et Ec-
clesiasticum dicere est cum illas fundare, et do-
tare debeat, sicut caeteræ illarum particularia
fundatæ, et dotatæ existunt ex Decimis sibi
ab eadem Sede Apostolica concessis, quas dubium non
est inter bona Ecclesiæ connumerari c. prohi-
bemus de Decimis c. causam quæ de praescript.
c. 1. 16. q. 3. c. cum Apostolica de his quæ fiunt
a Prælato, et quando minus esset mixtum ex
Laicali, et Ecclesiastico, quod non obstat, quia se-
cundum quod Ecclesiasticum est, dignius est, et tra-
heret ad se Laicale minus dignum ex reg. c. 2
de consecr. Eccl. c. pro tuas c. contigit de arb.
cum similibus; Patronatui autem Ecclesiæ fa-
cilè praeiudicatur, vel per solam collationem fac-
tam à Summo Pontifice absque alia derogatione
ut s.a dictum est, et in praxi ita dispositum vi-
demus, et observatum, non solum in quotidianis
Ecclesiarum provisionibus in partibus Infide-
lium factis à solo Summo Pontifice Omnibus
sed etiam specialiter in partibus Infidelium
Indiæ Orientalis, non obstante quod Portugalliæ
Reges terras illas lustraverint, et eorum Do-
minio quamplurimas adiunxerint, ipsorum
Regum oratoribus in Curia minimè contra-
dicentibus. Episcopus Neocastrensis D. Matthæus
de Castro, Archiepiscopus Myrensis, qui in præ-
fatis

-fatis partibus suas habent administrationes, et D. Bernardus in Perside Epus Babyloniae, de cuius nova Ecclesiae sustentatione, aut electione pius dubium ortum est, in quo praefatis fundamentis non obstantibus.

Procul dubio tenendum esse demonstratur, electionem, sive nominationem huiusmodi Episcopatus ad serenissimos Portugalliae Reges omnino pertinere. Est enim Iuspatronatus in hac parte, sicut in reliquis Africae, et Asiae Conquestis praefatis Regibus proprium, et peculiare ex omnibus titulis, qui ex conquisitione, Detectione, Debellatione, Dominio, fundatione, dotatione, privilegio sedis Apostolicae et possessione, et praescriptione consurgunt. Et sic ostenditur. Nam Henricus Portugalliae Infans eas oes quas detexerat Terras, et quas detegendas conceperat usque ad partes Asiae inclusive Regibus Luditaniae in perpetuum donavit, et anno 1441 Martinus V. Romanum Pontificem, eorum quae gesserat, et gerere sperabat certiorem fecit, et ut praedictam donationem confirmaret expostulavit, et ut plenariam Indulgentiam illis omnibus, qui in huiusmodi expeditionibus, et navigationibus decessissent concederet. Quod praefatus Pontifex rei gravitate, et utilitate perpensa libens inculsit. Et postea Eugenius 4us, et Nicolaus V. Idem suis plumbatis Apostolicis Lris confirmarunt. Et tandem Sixtus 4us ultra confirmationem Excommunicationis, et Interdicti poenas

indiscit adversus alios Principes, et personas, qui oras illas absque Lusitanorum Regum consensu ingredi, et subiugare tentarent. Quae praeter alios dicti Regni Portugalliae tum domesticos, tum exteros historiographos tradunt Maffeius Lib. 1. Histor. Indiar. Frozton de S. Dom. in eadem Histor. Lib. 1. Cap. 2. et 3. Petr. Marz in Dialog. 4. de Var. histor. c. 4. Thom. Bol. de sign. Eccles. Lib. 4. cap. 3, Ferdin. Rebell. de obligat. inst. Lib. 1. es. q. 23., ubi Eugenij et Nicolai Bullas ad Litteram refert. Factum est autem, ut India ornili subacta sinum etiam Persicum ingressi Lusitani, partem etiam illam Regni Persiae quae mari adiacet Ormusij Regno comprehensam subiugarent cum reliquis eiusdem sinus Insulis, prout specialiter advertit Abra. Ortel in Tabulis Imper. Turcici. Hoc vero Dei donum Portugalliae Reges venerantes, illud antiquis Regni sui Titulis adiecere. Et primus Rex Emanuel cum ex reditu Magni illius, et nunquam satis laudati non interiturae memoriae viri Vasquij da Gama, illarum omnium partium navigationem non detectam tantum, verum et fundatam cognovisset sequentibus titulis uti coepit. Emmanuel Dei gratia Rex Portugalliae, et Albargiorum citra, et ultra Mare in Africa, Dominus Guineae et Conquestae, navigationis et Commercij, Aethiopiae, Arabiae, Persiae, Indiae &c. Globumque Sphaericum suis insignibus addidit, quasi primus Investigator exti-

-te-

terit, et ijsdem titulis, et insignibus deinceps eius in Regno successores usi sunt, quos titulos eleganter defendit Rebal cit. Lib. 13. in Libris Lugduni impressis anno 1608.; nam in alijs haec quaestio desideratur, et apertè asserit divina approbatione et quasi concessione iustè sibi Portugalliae Reges praefatos titulos adscribere, idque eas ultra alias rationes humanas ex sacris Libris probari posse, si modo adsit invidiae verbo, locaque sacrae scripturae elegantissimè expendit. De ijsdem titulis tractant praeter supra cit. Joann. de Barros Decade 1.a lib. 6. c. 1., Alanus Lopus Dialog. 6. cap. 36., Seraphinus de Freitas de iust. Imp. Asiatica c. 1. n. 1. et seqq. et c. 13 et 14 n. 33. et seqq. August. Barbos. in Part. 1. p.e tit. 3. cap. 2. n. 4.

Et ne immeriti videantur Portugalliae Reges qui similibus titulis, donatione et privilegio à Sta Sede Apca donarentur, recolendum est, quod non sibi tantum, sed eidem sedi nullo ipsius dispendio, nulloque aliorum auxilio Ecclesiae Principatum in tot Regnis, et Provincijs ampliarent, illudque tot laboribus et periculis mediantibus suis, suorumque profusis opibus, et sanguine laudabiliter praestiterint, quod Ecclesias innumerabiles fundaverint, constituxerint, et docuerint, ac de Praelatis dignissimis providerint.

Quod ab eo tempore usque adhuc missionarios ex omnium ordinum Religiosis assumptis suis Regalibus expensis miserint, et tum in Fidelium, cum Infidelium Locis pro fide Catholica propaganda sustentauerint. Quod praeter Diuersorum Regnorum, et Prouinciarum infinitam multitudinem quamplurimos Reges et Principes Ormusios, Melindanos, Maldiuarenses, Ceibanos, Malabarenses, Iapponios, Chinenses, Bengalenses, et alios ad fidem produxerint. Armenorum Patriarcha cum duobus Episcopis Romani Pontificis obedientiae subdiderint. Quae quidem causa minimum Conquisitionis, et Conuersionis Indorum occidentalium, in quo tamen negotio Castilliae Reges non tantum laboris, et pecuniae impendere nec tot in illa gentium conuersione mirabilia efferre, sufficiens fuit, ut proposita et allegata Sedis Apostolicae concessione praedictae Regibus Portugalliae facta simili priuilegio et donatione Reges Catholici Ferdinandus, et Elisabetta a Iulio 2o summo Pontifice donarentur anno Dni 1505, quod ab aliis postea summis Pontificibus fuit approbatum.

Iste autem Conquisitionis, et Conuersionis Infidelium titulus non solum sufficiens est, quando etiam expressae donationis, et concessionis supraposita priuilegium non adesset ad querendum Ius patronatus, sed caeteris qui ex fundatione, constructione, et dotatione resultant, iure optimo potior illud satis ostendit

tex.

tesc. n. 14 tit. 3. et l. 3. tit. 6. Lib. 1. Dierop. prout
ex eorum DD. mente notat Menchaca Lib. 2. contr.
illustr. cap. 2. n. 39. et ex Theol. Caiet. 1. tom. opusc.
tract. 1. de Potest. Papae c. 21. Victor. Calect.
1. de potest. Eccl. q. ult. n. 3. Sot. in 4. dist.
25. q. 2. art. 2. Driez de Libert. Christ. Lib. 2. c. 2
Less. de Justit. et Jur. Lib. 2. cap. 34 dub. 15. n. 22.
et seqq. Azor. Tom. 2. Lib. 6. cap. 19. §. 5. quaerit.
et Martin. Mager. de Advocat. arm. c. 9. n. 4.
et 65. ubi concludit quod etiam semoto privilegio
vel lex sola hac acquisitio, et Infidelium
conversione solemne esse, ut Conquisito-
-res in illorum Terris Jurisprudentibus acquirant.
Praeterceteros autem supra relatos titulos
Portugalliae Reges omnes Africae, et Asiae
Ecclesias non solum construi, et erigi, sed et
dotari Regijs expensis curarunt non minus
quam in Persiana ista, de qua orta est
quaestio, facere determinat. Mirum igitur non
est, Christus, sicut aliarum Indiae, Aethiopiae
Chinae, Japoniae, Malabariae, de quibus
nunquam facta est quaestio, et pro quibus sta
Sedes Apostolica Praelatos tum praesentes, tum
praeteritos ex nominatione et electione a Portu-
-gallia Regibus facta, praefecit eadem
militante causa Patronatum habeant, cum
illud ipsum Generalis Juris communis dispositio con-
-cedat omnibus etiam privatis hominibus et
Laicis quam Clericis, qui similes fundatio-
nes, et dotationes faciunt ex Trid. sess. 25.
de refor. c. 9. glos. in c. piae mentis 16. q. 7. cum

alijsque late adductis Roch. de Curt. de Iure-
patr. Paulus Citadin. eod. tract. 3. p.e Lambert.
1. p. lib. 1. q.e 2. et seq. Vivian. p. p.e lib. 2. per tot.
Staphil. Zerol. Rehabb. et alij quos refert Gart.
de Benefic. 5. p.e c. 9. n.o 3. 6., Rot. d.e 155. p.e 2.
d.e 206. p.e .. Farinacc. d.e 523. Cabed. de
Patr. Regiæ Cor. c. 2. n.o 1. et 19.
Tandem etiam semotis alijs titulis, ipsiusque
privilegij concessione, et ostensione, iam
hodie de huiusmodi Indiæ, et Conquestarum Portu-
galliæ Provinciarum dubitari minime potest, cum
tot retro temporibus ab initio detectionis Indiæ
Orientalis, et cæterarum Asiæ partium versus illam
et Lusitaniæ Reges usos fuisse constet, atque
adeo ex sola vi consuetudinis, et proescriptio-
nis illud Ius vendicare possint, quia quod est
quæsibile pro privilegium, potest etiam quæri
pro consuetudine, et proescriptione ut ostendit
Tex. et DD. in c. querelam de elect. Trid. d. sess.
25. c. 9. Alex. cons. 74 n.o 15. vol. 4., Lambert. de
Iurepatr. 1. p. lib. 1. quæst. 10. princ. art. 5. n. 45.
ad fin. Rip. in Rubr. de Iudic. n.o 59. Felin. in c.
Cum causa n.o 7. de proescript. Thuso. pp. conclus.
Lit. 11. concl. 604, et plures alij quos adducit
Covarr. in pract. c. 36. n.o 6. vers. quarto est, et in Reg.
possessor. 2. p. §. 10. et Cabed. de Patron. Reg. Coron.
c. 2. n.o 3. Hoc autem Ius nostris Portugalliæ Re-
gibus competere iam à temporibus Alfonsi
V. Gabr. Pereira de Castro de manut. Reg. tom. 1.
fol. 234 n.o 16.
Cumque Patronatus Ecclesiarum Regibus salutus, et illæsus
in

in reliquis, quae ad illum spectant conservari semper debeat, maxime haec observatio attendi debet in praesentatione, et electione Praelatorum in illis praecipuae partibus quae pluribus sunt suspicionibus, et periculis obnoxiae, quales praecoeteris sunt Conquestae, et quae cum illis talem dependentiam habent, qualem Persiae Regnum cum Ormusio Arabiae Littoribus, et universo sinus persici, immo totius Indiae partibus Lusitaniae subiectis habere dignoscitur, et ut sibi devinctos habeat, et confidentes eos qui in praefatis locis adeo magnum munus gesturi sunt, quod de electis ab alio Principe obtineri non praesumunt, ut notat Innoc. in c. super his de accusat. Abb. Guinier, Bened. et alii quos refert et sequitur Corsett. de potest. Reg. q. 11. Cavar. in Reg. possess. §. 30 n. 5. D. Roderic. à Cun. Archiep. Brachar. in not. ad cap. qui Episcopus distinct. 23 ex n. 3. ad 11. et ad c. Reatina c. cum Longe distinct. 63. Consonat doctrinae glos. in Extravag. unica verbo Exerimus de offic. Deleg. apud Franc. Marcum rat. reddens d. 11. 20. n. 34. et 35. et exemplum adducit Felisaeus de Sac. Episc. auth. c. 3. §. 7.

Quod quidem fundamentum adeo potens est, ut etsi talem praesentationem et electionem non haberent, se tamen eis immiscere possent, et de partibus electi exquirere, et contra eum, et eius electionem retractandam ex iusta adeo causa opponere, ut insinuat glos. in c. Imperium 10. distinct. et prosequitur Lambert. exempla adducens de Jurisp. art. 24 q. 2 princ. p. 2. lib. 2 n. 30. et in art. 2. q. 10. princ. p. 1. lib. 2 n. 3. Abb.

in c. cum terra de elect. et in c. de hoc de simon. et in c. 1. n.º 9. et c. qd sicut de elect. Palac. rubr. in Introduct. rubr. n.º 29. et alij.

Omnia demum superius observata cum in alijs omnibus Regijs Patronatibus sint attendenda, ut tradit Cabed. cit. c. 7. n.º 3. et c. 34. n.º 3 maxime sunt in Portugalliae Orientalibus conquestis observanda cum Reges nostri ob Apostolicae Sedis distantiam totum pondus gubernationis, praedicationis, et conversionis Infidelium suis humeris ab eadem S. Sede relictum sustineant, et quasi vicarij Romani Pontificis pro illis partibus reputantur aequiori de causa ac potiori Iure, quam Castilliae Reges in Indijs Occidentalibus prout ex Apostolicis Bullis Iulij 2di, et Alex. VI. colligitur. Unde si aliquod privilegium a summis Pontificibus impetretur, quod rerum spiritualium sive Ecclesiarum gubernationem in aliquo tangat pro partibus illis Indiarum Occidentalium obtentum non prius, nec alter executioni sibi demandari permittitur, quin prius in supremo Concilio Matriti fuerit exhibitum, et inspectum ne forte in aliquo Regio Patronatui praeiudicet. Unus autem ex praecipuis fructibus istius Patronatus est electio, et praesentatio Praelatorum, et omnium beneficiorum, et Praebendarum, et recte docet Chalderin. Cons. 49. in fine de Iure patron. et Vivian. eod. Tract. Lib. 5. cap. 2. n.º 3 et 4.

Ad ea autem quae pro prima opinione in contrarium adducuntur respondemus nos minime dubitare, huiusmodi Ius apud Summos Pontifices non solum de Infidelium, sed etiam de Fidelium Terris loquendo de Iure residere

cum sit spuale quid, nec ad illud habendum satis esse quod Principes seculares Patroni existant. Attamen secundum Leges Canonicas Jus istud in Principes pbos ex illis de causis sive titulis in nostra sententia adductis transfertur, fuisseque ad Serenissimos Lusitaniae Reges pro partibus suarum Conquestarum transfusum, ut ibi ostendimus, et sic ad primum 2.m et 3.m argumentum nihil amplius occurrit dicendum. De proescriptionis vero sive consuetudinis puncto in 3.o argumento apposito, dictum etiam supra est.

Ad illud vero quod circa derogationem huiusmodi privilegii in eodem 3.o argumento insinuatur Resp.r quod tales derogationes quantumvis generales nunquam extenduntur ad Patronatus Regios, ut idem ut Concilium Tridentinum d.o loco declarat, ibi = Exceptis Patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, et exceptis aliis, quae ad Imperatorem et Reges pertineant, et illud ostendit Felin. in Tract. quando Litterae Apostolicae noceant, ampliat Lambert. de Jure Patronat. lib. 2. p.te 3. q.e 9 artic. 11. Palac. in Rubr. de Benef. vacan. in Curia §. 11. et 12. Cevall. in Tract. de violent. 2. p.e gloss. 10. Garz. de Benefic. 5. p. c. 1. n. 219. et 575. et D. Roder. à Cun. ad Cap. cum Longe distinct. 53. ubi quod Patronatus Regius non continetur in generalibus derogationibus. Addo quod talis revocatio quando expressa, et specialis etiam foret admitti non daberet in Regno Portugalliae, sed ab ea debita

cum veneratione supplicandum esset, ut patet ex traditis à Covarr. in Pract. c. 36. nº 2 vers. olim de quo videndus est Decius cons. 126. n. 4; et Tib. Decian. resp. 6. nº 34 lib. 2.

Ad 4.m dicimus ius istud omnino esse Laicale et non Ecclesiasticum, prout in Principibus Laicis reperitur, ut docet Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 1. nº fin. et ratio est quia per adventum Privilegij Pontificis ampliantis, et promoventis Regum Iurisdictionem, et anctem non mutatur Laicalis, sive secularis eorum natura, et cum revera Laici sint tanquam Laicis, vel tanquam Laicale concessum esse videtur, argum. l. quaeritur de Stat. homin. l. et qui habet 3. ff. de tutelis, Farinacc. in fragment. verbo mixtum, quantumvis non tantum, ut supra dixi, summi Pontificij Vicarij Reges nostri dicantur in hac parte, sed et ipsius Dei ex traditis à Gregor. Lop. in Litt. p. tit. 1. p. 2. quem refert, et sequitur Gabr. Per. de Castro in Decis. Lusitan. c. 2. nº 67 et licet daremus Ius istud mixtum esse, ut in argum. contenditur, tunc Ecclesiasticum tanquam dignius traheret ad se Laicale minus dignum, quando non adesset aliquis Ecclesiae favor, sed ipsius tantum Patroni, sicut adesse conspicitur in nostro casu; tunc enim qualitas Laicalis praevalet Ecclesiasticae, ut per Garz. de benef. 5. p. c. 1. nº 204, Salgad. de Protect. Reg. 3. p. cap. 9. nº 112.

Nec contrarium convincit, quod Decimae à sede Apostolica nostris Regibus concessae fuerint;

na

nam eo ipso quasi quid Laicum, et in proprio ipsorum Regum Patrimonio consistens facta fuerunt, et illico eiusdem Ordinis, et Iuris ac cetera bona Regiae Coronae sunt censendae, et in proprij Patrimonij Regij naturam transiere, prout doctissime observat Aluar. Valase de Iure Emplust. q. 50. n. 23., Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 4. n. 6. et cap. 12. n. 6., et in decis. Senat. Lusitan. 65. n. 3. p. 2., Salgad. de Protect. Reg. 3. p. c. 10. n. 140., et Robert. Chopin. de Patronat. Regum Franciae.

Hinc igitur fit, ut huiusmodi Decimae regulari debeant sicut cetera bona Regiae Coronae, unde sicut ista, ita et illa, velut Regium patrimonium effectae praescriptionem excludunt etiam immemorabile, ut tradit Belliff. 3. Tom. Reges Galliae tit. de matem. possess. in praefat. n. 133. Valase. citat. q. 9. n. 26., Cabed. de Patron. Reg. Coron. c. 7. eo n. 2. et cap. 34. n. 3., et in Decis. Senat. Lusitan. Loco supra cit. Couarr. in pract. q. 1. et segg. Auend. de exequut. mandat. lib. 2. c. 4. Menoch. de retinen. rem. 3. n. 155., et alij, quanto magis quod Reges Portugalliae non ex solis Decimarum redditibus, fundarunt, et dotaverunt Ecclesias suarum Conquestarum, sed, ubi illae, ut saepius evenit deficiunt, ex proprijs Regiae Cameraeae bonis supplent, et in filiuribus Terris, quae ter-

= minores sunt Parochis, et Episcopis redditus annui
in sustentationem ex aerario Regio subministrantur. Quare cum Ius istud Patronatus, pt.
in nostris Regibus existit, Ecclesiarum, non sit
sub generalibus reservationibus, aut deroga-
tionibus non cadit, et multominus per simpli-
cem collationem ei praeiudicari poterit, ut
argum.tur affirmat, cum Regalium induat na-
turam, ut per Lambert. de Iurepat. 3. p.e lib.
2. q. 9. art. 9. in fin. Covarr. in pract. cap. 36. n.o 5.
et vers. 3.a opportune, et alij relati a Talga
Tract. de Protect. Reg. cap. 9. n.o 117, Rub. tract.
de Benefi. vac. in Cur. et alij. immo hac de cau-
sa etsi vacassent in Curia, sicut alia Benefa
Regij Patronatus ad Romanum Pontificem non
spectaret provisio, quod optime prosequitur Re-
buff. de nominat. q.e 1. n.o 9. et seqq. Covarr.
prox.e cit. n.o 6, Cabed. c. 35. per tot., ubi quod
debet censeri nulla, et subreptitia colla-
tio taliter facta, et quod non solum Ecclesiam
restituet sic intrusus, sed etiam fructus,
Franc. Alfocus de Offic. fiscal. glos. 2. n.o 19.
quin etsi Regius non adsit consensus, neque
permutatio, neque pensionis assignatio poterit
etiam per summum Pontificem de consensu Partium
constitui super Praebendis, vel Beneficijs ad
Regium Patronatum pertinentibus, licet ei
specialiter in Litteris derogaretur, ut post
plures alios quos refert Gigas de pension.
q.e 23. tenet Covarr. cit. n.o 9. vers. hijdemque
et n.o 10. vers. 2.o est, Paris. de Resignat. benef.

Benefic. lib. 2. q. 4. p. tot., Joann. Cochies. de Commun. Benef. c. 49. Vivian. de Jurepatr. lib. 18. cap. 9. et 10, Cabed. cap. 11. n. 2. Ad ea tandem quae de praxi in fine primae opinionis adducuntur contra supradictum Jus Regium non faciunt maxime cum Rege Portugalliae, sive Catholico Rege, eiusque Mnris in hac Curia inscriptis, ut est in illa notissimum, provisiones factae fuerint quae in argum.to adducunt.

Ragioni che dimostrano non sussistere la sopradetta sera, con la quale si pretende provare, che la Persia cada nella Divisione fatta da Aless.o 6.o nella sua Bolla Intercetera data l'anno 1493., e che conseguentem.te non si potesse eleggervi un Vescovo senza nominat.e, e partecipat.e del Rè di Portogallo.

Le ragioni sono. Prima che la sud.a Bolla non comprende nè la Persia, nè altri luoghi cogniti avanti che il Colombo scoprisse il mondo nuovo, il che si vede chiaram.te dalla Lettura di d.a Bolla, ma solam.te le Terre ferme, et Isole trovate, e scoperte, cioè allora dal d.o Colombo, come si dice nella narrativa della d.a Bolla al §.o 1.o 2.o e 3.o, o da trovarsi, e scoprirsi, cioè nell'avvenire, come si dice nella Dispositiva al §. 6.o, che verso l'Occidente, e Mezzo di fossero comprese da una Linea che hora si chiama della Demarcat.e tirata dal Polo Artico, cioè dal Settentrione al Polo Antartico, cioè al mezzo di

in distanza di cento Leghe dall'Isole Azores, e di Capo Verde, e di S. Antonio.

2.° Che essendo nata contesa tra i Rè di Castiglia e Portogallo, sopra le Conquiste che da questi si faceuano nell'Indie Orientali, e da quelli nelle Occidentali si stampò in Spagna una Carta Geografica con d.a Linea della Demarcaz.e tirata come di s.a che dall'anno 1595. corretta, ed emendata si publicò, ed ordinò all'3. di Maggio che fosse da tutti osseruata; dalla qual carta si uede manifestam.te, che s'è sempre intesa la Bolla d'Aless.o 6. dell'Indie, e Mondo nuouo, e non de' Regni, e Prouincie già cognite, nè si puo intendere in altra maniera, perche seguirebbe questo assurdo, che il Papa hauesse donato mezzo mondo, cioè la parte Orientale diuisa dall'Occid.le dalla d.a Linea della Demercaz.e alli Rè di Portogallo, e l'altra metà cioè la parte Occid.le, a' Rè Catt.i, e sarebbero essi Proui di tutta l'Europa, Africa, Asia, et America e loro Prouincie, cosa che non puo essere, nè si puo cauare da d.a Bolla.

3.° Non parlando la Bolla de' Vescoui etiamche s'intendesse che comprenda la Persia cosa che non puo essere, non possono i Rè di Portogallo in questa materia pretendere nominazione, ò altro Ius, spettandosi de Iure il fare li Vescoui al Papa, e secondo la Diuisione del Sacro Concilio Niceno

3.°

Primo nel Can. 6. alli Patriarchi d'Alessandria in Africa, ed Antiochia nell'Asia.

4.° Stiandio che s'intendesse de' Vescovi, il che non è vero, non può intendersi che il Papa non possa farli a suo piacere non solo in Persia, ma nel med.° Mondo nuovo, non essendo mai secondo il Jus Canonico e Civile compresa la persona del Concedente, e così sicome Alessandro non privò se med.° della podestà di fare Vescovi liberamente anche nell'Indie, così non ha privati i suoi successori della medema podestà.

5. È chiaro, che Alessandro nel §. 6. di d.a Bolla dona a' Re Cattolici il Dominio Temporale, e non lo Spirituale, nè lor concede alcuna spuale podestà, come malamente è stata intesa detta Bolla da alcuni autori spagnuoli, perche nel §. 7.° ove parla delle missioni di persone pie e dotte per instruire quei nuovi popoli, non concede il Papa alcun privilegio spirituale, ma addossa il peso delle spese delle missioni a' sudett. Rè come essi promettevano, ed il Papa non dubitava della loro divotione, e Regia magnanimità, così appunto dice il testo della Bolla, e gli comanda in virtù di santa obbidienza che mandino de persone per il sud.° effetto.

De 4.° Voto Jesuitarum circa Praelaturas.

1141. Aliquoties actum fuit in S. Congnō de Prop.da Fide de illo 4.° Voto Jesuitarum

Et in praxi deprehensum est Sedi Apostolicae praeiudicium magnum intulisse, nam ultra convincentem rationem, quod Praelati assumpti ad Ecclias Cathedrales ex regionibus, non debent sequi Spiritum illarum, sed Apostolicae Sedis Spiritum, qui semper respicit publicum bonum Ecclie Vnalis, e contra vero Spiritus Religionum respicit illarum particulare bonum Experimento comprobatum est, q[illegible] Patriarcha Aethiopiae sequens Generalis Jesuitarum et eius Assistentium Spiritum, seu directionem et non Sedis Apostolicae tot tantaque facit circa mutationem Ritus Aethiopici, et circa res politicas illius Regni, ut totius Cleri Aethiopici indignationem, et odium Magnatum incurrerit, quo postea factum est, ut mortuo Susneos Imperatore Catholico, ille fuerit eiectus ex Aethiopia cum pluribus Patribus Societatis et qui remanserunt fuerunt crudeliter interfecti publicato etiam Severissimo Edicto, ne albi; hoc est Europei, seu Franchi, ut vocant, admittantur amplius in Aethiopia. Similiter in Cranganor Indiarum Orientalium quia ex direct.e Gnalis, et Assistentium semper fit Praelatus Jesuita et ille in votis praecipue habet, ne alia Religio ibi admittatur, obtenta etiam poenali caedula super hoc Regia, contra quam scripsit

ad

ad Regem Epus Cochinensis: In illa Ecclesia
turbæ sunt multæ, et Archidiaconus Angama-
-lensis serio scripsit Sacræ Congregationi de
P. fide, ut Prælatus alterius Religionis ibi
assumatur, ne pereat populus Christianus
In Indijs ipsis, et Chinæ habent spiritum diver-
-sum à spiritu Sedis Apcæ, nam nolunt inci-
-pere prædicationem cum crucifixo, et multa
docent ad faciliorem, sicut ipsi dicunt, Gentilium
conversionem, quæ sedes Apca improbat, et
successu temporis nisi moveantur Prælati Je-
-suitarum, ut exeuntes à Societate spiritu se-
-dis Apcæ tantum dirigantur, ut ab ea instructio-
-nes petant, et recipiant, et secundum illas populos
regant, evenient quod reperientur Christianitates
valde intro se diversæ, si Regulæ veræ Chris-
-tianitatis Populorum sensibus sint accommo-
-dandæ, et non è contra
Nec dicatur quod spiritus Societatis est idem cum
spiritu Apostolicæ Sedis, quia id fateor
quoad Dogmata, sed quoad mores est lon-
-gè diversus in pluribus.
Nam primò quoad Missiones nolunt ubi sunt
ipsi quod alij Religiosi admittantur, et sedes
Apca vult quod ad minus sint duæ Religio-
-nes in uno Regno, vel Provincia, maximè
si illæ sint valde remotæ ab Urbe. 2º no-
-lunt incipere prædicationem à Xpo Cruci-
-fixo, et sedes Apca vult quod dicit S. Pau-
-lus prædicamus Christum, et hunc cruci-
-fixum.

3.° Illi nolunt celebrare missam cum crucifixo, sedes Apostolica prohibet, ne sine cruce super Altari missa celebretur

4.° Ubi sunt Jesuitae soli, nolunt fieri Episcopos nisi ex Societate, ut patet Cranganori Indiarum Orientalium, et in Aethiopia, cuius Patriarcha fuit et est Jesuita, et duo eius Coadiutores Episcopi Jesuitae fuerunt, sedes autem Apostolica non vult Cathedrales Ecclesias restringi ad unam tantum Religionem, si in illis sit clerus secularis, nam solum facit Episcopos unius Religionis semper quando ibi non est alius Clerus, ut in Armenia Domenicanum, in Bosna Franciscanum facit Episcopum, quia in Armenia Clerus est Domenicanorum, et in Bosna est Franciscanorum tantum.

5.° Denique Jesuitae vellent habere omnes Universitates sub se, et cum eorum Lectoribus, aut cum dependentibus ab eis sedes Apostolica vult, Universitates esse liberas, et ad Professuras admitti omnes qui sunt habiles sive seculares, sive Regulares sint

Propositio

049. Non potest probari, nec probatur argumento Catholico, sive ex solo sacro textu, aut etiam ex solo Decreto alicuius Generalis Concilij, quod Romanus Pontifex in proponendis rebus fidei infallibiles habeat auctoritatem. Potest tamen probari, et probatur argumento Theologico sive ex textu aut etiam ex Decreto Generalis Concilij mediante aliqua deductione vel consequentia

Haec

Haec doctrina, siue propositio est Patris Valeriani Magni, et Cappuccinorum, pro cuius uerotate Iudices uolunt quoscumque in fidei controuersijs uersatos.

Aut enim Aduersarius praetendit propositionem supradictam esse de fide, aut praetendit non esse de fide: necessario concedere debet, non posse probari, nec probari argumento Catholico, siue ex solo sacro textu, aut Decreto Concilij Generalis.

Omne n. quod probatur argumento Catholico, siue ex solo sacro textu, aut ex Decreto Generalis Concilij, est Dogma de fide. Si praetendit esse de fide, in primis hoc repugnat expresse doctrinae Bellarmini Lib. 4. de Rom. Pontif. c. 2. ubi in terminis de propositione sit ne certum Papae Iudicium. Deinde dato insuper quod haec eadem propositio esset de fide adhuc tamen asserere non probari ex solo sacro textu, siue argumento Catholico, probari vero argumento Theologico, siue ex sacro textu, mediante aliqua deductione, nil esset correctione dignum, quia ex ipso Bellarmin. iterum Lib. 1. de Purgat. cap. 15. Dogmata fidei probantur aut ex solo sacro Textu absque ulla deductione, aut ex sacro textu super deductione, siue mediante deductione. Accipiat ergo Aduersarius propositionem siue tanquam Dogma fidei, siue tanquam non Dogma, et censuret si potest, Doctrinam Cappuccinorum aientium, supradictam propositionem non probari ex sacro textu, nisi deductiue, et argumento Theologico —

1150. Utrum Summus Pontifex possit simplici sacerdoti concedere facultatem ad conferendum Sacramentum Confirmationis.

Respond. Summum Pontificem posse committere simplici Sacerdoti, ut Sacramentum Confirmationis rite et valide ministret. Est expressa sententia S. Thom. 3. p. q. 72. art. 11. ad 1. ubi expresse ait sicuti potest Summus Pontifex concedere simplici Sacerdoti, ut conferat minores ordines ex plenitudine potestatis quam habet, cum tamen id pertineat ad potestatem Episcopalem, sic et ex hac plenitudine potestatis B. Gregorium educessisse, ut simplices sacerdotes Sacramentum confirmationis conferrent; sic etiam idem S. Thom. in 4. dist. 7. ubi caeteri Theologi communiter hanc sententiam amplectuntur, ita Richard. Maior Palud. Capreol. Item Alensis 4. p. q. 2. us. membr. p. art. 3. §. 2. Ferrar. 4. con. gen. c. 60. et reliqui Recent., et Summistae Sylvester Angelus, et alij verbo Confirmatio, Navar. in Summa Cap. 22. n. 18. Covar. lib. 1. var. c. 10. et alij.

Huius autem sententiae praecipuum fundamentum nunc desumitur ex Concilio Florentino in Decreto Eugenij, ubi cum discisset, solum Episcopum posse conferre eam Unctionem, quae est Confirmationis Sacramentum, subdit, ibi legitur tamen aliquando per Apostolicae sedis dispensatione dispensatione ex rationabili, et urgenti admodum causa simplicem sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto

hoc

hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.
Itaque Concilium Florentinum, ubi videtur innuere
factum Sancti Gregorij Magni; quod est refertur
in Gratiam dist. 95. ibi enim S. Pontifex conces-
-sit pro Sardinia, ubi Episcopi deerant, ut
Presbiteri etiam in frontibus baptizatos tan-
-gere deberent; Addit autem Soto in 4.° dist.
7. art. 11. hanc sententiam S. Thomae post
Concilium Florentinum iam non esse solum
opinionem, sed Ecclesiam Sanctionem. Suar.
vero 3.° tom. in 3.a p.e dist. 36. sect. 2. sub fi-
-ne, quamvis existimet, non esse de fide
hanc sententiam, illo tamen asserit tantam
fuisse additam auctoritatem à Conc. Flo-
-rentino, ut temerarium iam censeat contra-
-rium velle pertinaciter defendere.
Quare cum Concilium Tridentinum sess. 7 can.
3. de hoc sacramento dicat, eius Ordinarium
ministrum esse solum Episcopum, duo signifi-
-cat. Primum Episcopum ex vi suae ordinatio-
-nis habere hanc indelebilem potestatem
ut docuit sess. 23. c. 4. 2.m ita habere Episcopum
hanc ordinariam potestatem, ut tamen in sacerdote
sit capacitas ad recipiendum illam ex dele-
-gatione, et commissione summi Pontificis: atque
ita intelligimus à Christo Domino sic institutum
hoc Sacramentum, ut in Episcopo sit potestas
proxima, et ordinaria ex vi consecrationis eius
ad conferendum hoc sacramentum: in sacer-
-dote vero simplici sit tantum potestas remo-
-ta ex vi suae ordinationis, ut scilicet adiuncta

commissione, et delegatione summi Pontificis pos-
-sit hoc Sacramentum conferre, et in hoc modo
Institutionis est magna congruentia, ut in
absentia Episcopi non careant fideles ali-
-qua via, et potestate obtinendi hoc Sacramentum
et habendi sufficiente ministrum eius. Quod
autem talis fuerit huius Sacramenti Institu-
-tio à Christo Domino primò ostenditur ex
facto S. Gregorij Magni, de quo S.a 2.o
ex Conc.o Florentino, quod postquam dixit ordi-
-narium Murum huius Sacramenti esse Episco-
-pum, subdit: Legimus tamen aliquando per Apostolicae
Sedis dispensat.e & in quibus quatuor
requiruntur conditiones, ut à simplici sacer-
-dote Sacramentum confirmationis ritè mi-
-nistretur.

Prima, ut fiat per Apostolicae Sedis dispensationem
nullus n. nisi summus Pontifex hoc simplici
Sacerdoti commisit, ut posset confirmationis
Sacramentum conferre: quare omnino negan-
-dum est, in ullo alio etiam Archiepiscopo, aut Pa-
-triarcha esse nisi in solo summo Pontifice.
Quod autem in illo verè sit etiam post Conc.m Florent.
refert Suar. sect. 2. cit. paulò post medium
concessam hanc facultatem à summo Pontifice qui-
-busdam simplicibus Sacerdotibus, qui in re-
-motissimis Infidelium Regionibus versantur, in
quibus non sunt Episcopi, et multi eorum qui ad fidem
convertuntur, sine hoc Sacramento decederent
finem posset hoc Sacramentum à simplici Sacer-
-dote conferri. Alij etiam dicunt, hanc facultatem

ab

ab Adriano 6.° quibusdam fratribus Minoribus concessam pro Indis, quae concessio dicitur authentica haberi Hispali in Monasterio Sti Francisci.

2.ª Conditio est, ut fiat ex rationabili et urgenti admodum causa, qualis proculdubio est in illis Regnis, in quibus sunt iam plus quam sexcenta Xpianorum millia in Regionibus amplissimis, atque tota Europa longe maioribus. Si igr pro Sardinia, quae non longe Roma abest, censuit S. Gregorius esse Causam sufficientem ad illam facultatem concedendam, quanto magis est causa urgentissima in illis remotissimis regionibus, in quibus quotidie multi sine hoc sacramento decedunt. Cumque et in aliquibus locis vigeat persecutio in Christianam fidem, multi ob defectum Iurium spualium, quae in hoc sacramento conferunt, fidem negabunt, cum spalis gratia quae per hoc sacramentum confertur, sit confirmare fideles ut fidem Catholicam intrepide confiteri possint, maxime urgente persecutione. Vide S. Thom. 3 pte q. 72 a 9.

3.ª conditio est, ut à simplici sacerdote administretur hoc sacramentum chrismate per Epum confecto, ut expresse habetur in d. Concil. Florentino, hoc vero chrisma potest curari ab Epis, qui sunt vicinio res, vel certe, ut loquamur aptius, qui sunt minus distantes, cum n. illae regiones sint longe ampliores, quam sit tota Europa, Insulae et sint frequentissimae, quamvis in illis singulis locis, quae ergo propono, essent singuli Epi, adhuc essent

in illis ipsis multa loca in quibus Epi residerent longe remotiora à locis alijs, in quibus sunt multi Christiani, quam sit Roma à Sardinia, atque ideo quamvis venturi sint in illis locis Epi, non propt.a cessat illa necessitas, ut simplicibus sacerdotibus detur hec authoritas in absentia Epi, ne sel.t multi Christiani adulti sine hoc sacramento decedant, quia sel.t omnibus pro Epis etiamsi essent viginti, provideri tamen plene minime posset.

4.a Denique conditio est, ut non adsint Epi pro quos hoc sacramentum administrari potest, quae conditio desumpta est ex verbis Sti Gregorij, quae habentur supraciti cap. pervenit. ibi enim expresse requiritur ut Epi desint. In locis autem illis censebuntur saltem deesse Episcopi quae à loco, in quo est Epis tantandem distabunt, quantum distat Italia à Sardinia; hanc n. distantiam satis esse censuit S. Greg.s ut simplici sacerdoti daret illam facultatem. Quae autem afferuntur ad probandum, solum Epm esse Ministrum sacram.ti Confirmationis, tantum probant esse ministrum ordinarium, ut dicitur in Concilijs Flor.no et Tridentino supraecitatis, at nos simplice sacerdote minime dicimus esse ministrum huius sacram.ti ordinarium, sed tantum delegatur authe summi Pontificis, quod est valde diversum, sicut S.a discimus ex Sto Thoma, quamvis sit proprium Epi officium conferre minores ord.es, tamen potest summus Pontifex ex plenitud.e potestatis id committere simplici

Sa-

sacerdoti, quia scilicet, ut ait S. Doctor in ea respon-
-sione ad p.mum pertinet ad plenitudinem potestatis
quam habet in Ecclesia summus Pontifex
ut possit quaedam quae sunt superioris ordinis
committere quibusdam Inferioribus: quae
autem haec sint, usus Ecclesiae docet; quam-
-uis ergo Confirmationis Sacramentum con-
-ferre pertineat ad Episcopum, tanquam
ad Ministrum Ordinarium, cum hoc tamen
stat, ut possit summus Pontifex ex pleni-
-tudine potestatis idipsum committere, et dele-
-gare simplici sacerdoti, servatis tamen
quatuor conditionibus suprapositis, sicut
fuit usus in Ecclesia, ut probavimus.

852 Qua ratione communicare pos-
-sunt Catholici cum Infidelibus.

Disputant de hac re S. Thom. 2.2. q. 10. art. 9.
Scot. in 4.o dist. 1. q. 1. et 2. Angel. Sylvester in
summ. v. Infidelitas, ille q. 6. hic 5. n. 6. Anton.
p.e 2. tit. 12. c. 3. § 3. Tolet. lib. 1. c. 11. n.o 5.
Barnes Turrianus, Malderus, Aragonia in
S. Thoma citatis, Suar. de Virtutibus Theologi-
-cis disp. 10. sect. 6. Valent. tom. 3. disp. 1.
q. 10. punct. 5. Sanchez de praeceptis lib. 2.
c. 31. Becanus de fide c. 10. Filluc. tract. 22.
c. 5. q. 1. n.o 12. Reginaldus in prax. lib. 17. n.o 37.
alter de censur. tom. p.o disp. 15. per totum Leo-
-nardus Duardus in Bullam Coenae lib. 2.
can. 1. q. 102. Navar. in manual. c. 27.
n.o 35. Felin. de sentent. excommunic.

c. responso Anchad. lib. 5. Decretalium de hereticis c. excommunicamus l. credentes. Bellamer. cap. sacris de his quae vi metusve q. 5. n. 10. Hostiens. de sentent. excommunicat. c. nulli. Goffred. ibidem n. quaeritur l. ult. et alij cum quibus.

Ad solutionem duo praemittenda sunt: Qui sint Infideles; quae sit communicatio. Infideles vel sunt Pagani, sive Gentiles qui Divina Lege vel negative ignorant, vel contrarie persequuntur, ut Idolatrae, Turcae, vel sunt Iudei, qui Deum in Lege veteri cognoverunt, et Christianos scripturis impugnant; vel sunt haeretici, schismatici, Apostatae, qui Lege Xpi vel in totum, vel in parte reliquerunt. Cum his potest esse communicatio vel in actibus infidelitatis, vel in signis illius, vel in actibus indifferentibus, idque tum in necessitate, tum sine illa, vel in vetitis ab Ecclia, vel tandem cum periculo perversionis.

Pa Conclusio Communicare cum Infideli in actibus et signis Infidelitatis, vel cum periculo subversionis ppriae, vel cum scandalo aliorum peccatum mortale est Iure positivo Divino, et naturali vetitum.

Declaro Conclus.e

Si Catholicus celebraret Pascha cum Iudeis adoleret thus Idolis in sacrificio, Meschita cum Turcis ingrederetur, coenam cum haereticis ageret; ad ipsorum Communione accederet, more

hae-

hæreticorum si pileum Saracenorum, vel Hæbreorum deferret, ex quo Turca, vel Judæus æstimaretur si agnoscens sed ebile, et facile pervertendum commercium, colloquia, convictum cum infidelibus in longum protraheret, unde illi periculum perdendi fide immineret, in his omnibus casibus dico, esse vetitum Jure naturali, Divino, et positivo conversari cum Infidelibus.

Probr. primo ex sacra Scriptura Deuteron. 7. Non imbis cum eis foedus, nec misceberis earum, quia seducent filium tuum, ne sequatur me, sed ut magis serviat Dijs alienis. 2.o Cor. 6. quæ communicatio Lucis ad tenebras, aut Templum Idolis? seu quæ pars fidelis cum Infideli? 1. Cor. 10. Si quis autem dixerit hoc immolatum est Idolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius, et s.a c. 8. discerat.

Quidam autem cum conscientia usque nunc Idolo quasi Idolatrum manducant, et conscientia eorum cum sit infirma, polluitur, videte autem ne forte hæc conscientia vestra offendiculum sit Infirmis. Ad Timotheum 3.o hæreticum hominem post primam, et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est. 2.o Jo. 1. Venientem ad vos sine hac doctrina nolite recipere, nec ave ei dixeritis. Qui enim ave ei dicit, communicat operibus eius malignis. 2.o ad Tymoth. 2.o prophana autem, et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo

eorum ut cancer serpit: quibus locis habetur præ-
-cepta, et motiuum uitandi Infideles, nimirum
ne seducamur, ne scandalum inferamus, ne nos
in periculum inijciamus

Probatur 2° auctoritate Canonica Nam tota
causa 28. q. 1. a c. 6. ex Patribus et Concilijs
Tolet. 4. c. 26. 29. 61. sexta synodo can. 11. Aga-
thensi cap. 40. 63. Verbonensi, Aruernensi
c. 6. Ameliandensi c. 19. Probat Gratianus uetita
esse cum Iudeis, Infidelibus, Hæreticis, com-
messationes, habitationes, medicationes, bal-
neationes, communicationes, ne forte eorum parti-
cipatione subuertantur. Inquit Toletan. 4. c. 62.
quia Sacrilegium est eorum cibos à Christianis sumi,
inquit Aghatense c. 40. quoniam Iudeorum mores,
et nostri in nullo concordant, et ipsi de facili
ob continuam conuersationem, et assiduam fa-
miliaritatem ad suam superstitionem, et perfidiam
simplicium animos inclinarent. Inquit Alex.
3. in Concilio Lateranensi relatus lib. 5. Decretal.
c. ad hæc de Iudeis et Saracenis, quod fuit con-
firmatum deinde in Concilio Basiliensi sess. 19.
quo etiam fundamento uetitum est Christianis
mulieres esse nutrices infantium hebreorum,
et Christianos esse eorum seruos c. etsi Iudæos
c. Iudæi c. Multorum de Iudeis et Saracenis,
et eorum seruis, et id ipsum à temporibus
Apostolorum prohibitum fuit can. 44. 69.
70. ut uidere est in Canonibus Apostolorum re-
latis à Dionisio Gotifredo in fine Co-
dicis Iustiniani, Barthol. Caranza in sum-

-mo

ma Consiliorum initio, et alijs.

Probatur 3.o Ratione sub mortali tenemur vitare periculum amittendi fidem, scandalum activum in re tam gravi, et non facere actus falsae religionis, ut cum S. Thom. 22. q. 3. art. 2. affirmant omnes; hoc enim est negare Christum coram hominibus Matth. X. non proferre ore, vel signis confessionem ad salutem ad Roman. X., et committere mendacium, et simulationem in re gravissima, unde Christus erubescit ipsum qui suos sermones erubuit Luc. 9. Cuius generis peccatum commisit Petrus ex August. Tract. 66. in Joann. omnes siquidem tenent praecepta negativa obligare semper, et ad semper, sed non negare veram, Non profiteri falsam fidem est praeceptum negativum, Ergo semper et omni tempore obligat.

2.a Conclusio praescindendo a Relig.e, periculo et scandalo non est vetitum naturali, aut Divino Jure communicare cum Infidelibus.

Fundamentum est: Tum quia naturale est homini qui est animal sociabile convivere: Tum quia Marc. ult. discipulis destinatis ad Conversionem Gentium dictum fuit, Docete omnes gentes, baptizantes eos &c quod fieri non potest sine convictu, et familiaritate. Tum quia 1. Cor. 7. permittitur mulierem fidelem permanere cum viro Infideli. Si quis frater uxorem habens infidelem, et haec consentit habitare cum illo non dimittat illam &c.

Tum quia Josue 23. Permisit Deus infideles degere inter hebreos, quod de facto in multis Infidelium Regionibus nunc reperitur

Hinc Clemens 3.us relatus à titulo de Iudeis c. quam sit laudabile concedit cuidam Epo, et suis socijs, et alijs Religiosis posse praedicare Gentibus Euangelium, et cum illis manducare, quae apponerentur, sed pro omnibus sufficiat Institutum S. Congnis de Propag. fide quae Missionarios destinat ad Conuersione Infidelium.

3.a Conclusio cum haereticis, seu Schismaticis nominatim declaratis communicare non possumus; cum occultis autem, vel non nominatis denunciatis possumus sine culpa.

Prima pars probatur, quia haeretici et Schismatici sunt excommunicati in Bulla Coenae, et in tit. de haeretic. c. Excommunicamus c. firmissime c. sicut ait, c. ad abolendam, et infra. Effectus autem excommunicationis est priuare excommunicatum hac excommunicatione, ut patet in tit. de excommunicat.e de haereticis in 6., et 11. q. 3. et est omnium sententia

2.a Pars probatur per Extrauagante Martini V. ad euitandum in Conc. Constant., in qua solum prohibetur communicare cum excommunicatis nominatis et negotijs percussoribus Clericorum. Quod Nauar. cit. putat non suffragari Germanis, Anglis, Gallis, eo quod ibi sint haeretici adeo notorij, et pro haereticis habiti, ut nulla possint ter giuersatione coelari; Corrigit tamen rigore quia Constitutio illa sit recepta in praefatis partibus tantum quoad notorios percussores Clericorum, non quoad notorios haereticos. Alter. disp. 19. c. 2. excusat Ca-

tholicos propter multitudinem hæreticorum ob necessitatem communicandi, et commercia exercendi, quia, ut dicitur in Iure, necessitas facit licitum quod alias non esset licitum. Verum de hac Extravaganti multa circumferuntur exempla apud S. Antonin. 3. p.e tit. 26. c. 3. Sot. in 4. d. 22. q.e 1. art. 4. Navar. c. 27. n.o 35. Gruttier. lib. 1. quæst. Canonic. c. 1. n.o 1. Sylvest. v. excommunicatio S. q.e 9. Covarr. cap. alma mater p. 1. §. 2. n.o 7. Concordata Galliæ cum Leone X.o, et alios. Aliqui enim sequuntur Conc.m Constant.m, in quo vitari præcipiuntur solum excommunicati nominatim, et notorij percussores &c. licet in Conciliorum volumine registratum non reperiatur. Alij sequuntur Concilium Basileense, in quo confirmatum fuit supradictum Decretum, et additum quod vitandi essent non solum nominatim, sed etiam notorij excommunicati. Sed quia non omnia huius ~~Decreta~~ Concilij Decreta confirmata fuere ab Eug.o 4.o et Nicolao V. sed pauca, et circa causas beneficiales, ideo cum communiori dicendum est, quod non teneamur vitare nisi excommunicatos nominatim. Hinc in partibus ubi publice grassantur hæreses, possumus sine culpa communicare cum hæreticis notorijs, dummodo non sint nominatim denunciati. Ita sotus citatus art. 4. Navar. Victor. de Excommun. n.o 10. Henriq. Lib. 13. cap. 5. n.o 1. Avila p. 2. cap. 6.

dub. 1, Suar. disp. 9. sect. 2. n. 5. Ægid. disp. 13. dub. 2; et ita servatur in praxi, quæ est optima Legum interpres.

4.ª Conclusio citra omnem culpam urgente necessitate possumus communicare cum Infidelibus, et hæreticis etiam nominatim excommunicatis in actibus indifferentibus, et ad vitam Civilem spectantibus.

Prima conclusionis particula deciditur ex dictis quia extra periculum animæ, contemptusque fidei, nulla Lex prohibet commercium cum Infideli, puta Loqui, comedere, Ludere, negociari &c. ergo Licitum est, quia humanum, præcipuè si non sint Judæi, Turcæ, Saraceni, quia isti habent positivam oppositionem cum Christianis, eosque persequuntur dictis, et factis, et ideo de illis est peculiaris prohibitio, quæ intelligenda est, ubi sit periculum, et scandalum iuxta primam Conclus.

Alij autem Infideles, qui vel negativè se habent ad fidem, vel eam adversantur quatenus nolunt paternas traditiones abijcere sub præfata prohibitione non veniunt, quia in odiosis facienda est interpretatio stricti Juris, ut dicit de reg. Jur. in 6. Eo vel maximè cum in istis cesset ratio Legis; quæ videtur fuisse mens Justiniani, dum in Cod. de Episc. et Cler. l. de nobis §. ultimo intendit Judæis, Paganis, hæreticis habere servos Christianos, idque sub pœna capitis, ubi de his omnibus eodem modo Loquitur. Altera pars probatur, quia necessitas

Legem

legem ignorat, et eius positiuum non cognoscit, unde in vulgato illo versiculo adducto à glossa in c. cum desideres de sentent. excommunic. Utile, lex humile res ignorata, necesse. Ponitur necessitas tanquam proximum exceptiuum ab effectu excommunicationis. Unde etiam c. si verè de sent. excommuni. dicit Innoc. III. Si quisquam per terram hæreticorum, aut quorumcumque excommunicatorum transierit necessaria emere, et exigere poterit ab eis etc., sed quia de hac necessitate ad satietatem loquuntur qui de excommunicatione scribunt, sufficit attigisse.

5.° Conclusio. Missionarij Apostolici communicare possunt cum Infidelibus cuiuscumque generis, dum iuxta facultates ipsis à Sacra Congregatione de Propaganda fide concessas ad quas habeatur relatio, sed in sequentibus casibus à Iure concessis.

P.° Possunt colloqui, et comedere cum ipsis 23. q. 1. c. Infideles, ubi dicitur, Infideles non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitemus, et conuiuium, unde etiam Dominus cum Publicanis, et peccatoribus comedit, et bibit, Idem dicit c. ad mensam 11. q. 3.

Dicere c. nullus 21. q. 1. Dicitur Nullus Clericus vel Laicus manducet cum hebreis Azima, et C. omnes ibidem dicitur Omnes Iudæorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quisquam accipiat eo quod cibos discernant.

Resp.° cum glos. hic v. nullus, id non intelligi de missis ad prædicandum eis iuxta

c. quam sit laudabile de Judeis. Adde quod si essent in contemptum, et in scandalum, vel in professionem sectae Judaicae, tunc non liceret, et de alijs Infidelibus non valet Canon.

2.º possunt habitare in eorum Domibus, et familiariter cum illis conuersari.

3.º Vti possunt eorum opera in curatione morborum

4. Possent ipsis seruire ad lucrandum victum et vestitum si necessitas posceret, qua ratione Paulus laborabat manibus suis, ut victum pro se et pauperibus lucraretur.

5. Possunt cum ipsis disputare de fide, et moribus, quia licet vetitum sit Laicis sub poena excommunicationis disputare de fide c. quocumque de hereticis in 6. §. Inhibemus, Id intelligi debet sine necessitate, et de Laicis ignorantibus, ut ibi affirmat glos. et elicitur ex cap. Vides 23. q. 6. si enim Infidelis fidei detraheret, posset Laicus doctus respondere. Missionarij aut extra hunc ordinem sunt, ut pote missi ad disputandum, et docendum

6 Missionarij possunt facere cum Infidelibus quae prohibentur Christiani facere cum Judeis, exceptis notatis in 3.º Conclus. e, quia in ipsis cessat ratio lapsus, et scandali. Fauet Doctrina S. Thomae 2.2. q. 8. ab omnibus recepta, quod fideles in fide firmi prohibendi non sunt conuersari cum Infidelibus, quia ex istorum Conuersatione speratur potius infidelium conuersio, quam fidelium peruersio, et ex vetitis circa Judeos non in-

fer

-ferour illatio circa alios Infideles, quia non est
paritas in utrisque, nisi ubi esset periculum lap-
sus, quia tunc esset peccatum etiam cum alijs
conuersari. V. Iudeus q. 2. n.o 3, Sanchez et alij.
2 Possunt eorum concionibus interesse, non ut
audiant tanquam discipuli, sed ut Magistros
confundant, ipsorumque errores confutent,
præcipuè si in alia occas.e non possint Infide-
-lium Doctrinam præcipere et fundamentaliter
impugnare. Maximè si speretur profectus
remouendi erroneam disciplinam à cordibus au-
-dientium, et coram ipsis impietatis magistros
arguere; Multoties n. nolunt prædicantes
hæretici sua Dogmata publicare Missionarijs
ne cum ipsis in disputationem venire co-
-gantur, et tunc optimum remedium est, Doctrinam
ab ore ipsorum haurire, et coram ijs de testibus
ad exterminandum virus ueritatis antidotum
propinare. Hoc autem cum discretione et pru-
-dentia practicandum est, nimirum necessitate co-
-gente, cum aliunde dogmata falsa nosci non
possint, si speretur fructus in auditorio, si ab-
-sit periculum scandali et tumultus; imprudentes
enim seipsos in pericula sine spe conuen-
-sionis conijcere stultum, et irrationabile
obsequium est, cuiusmodi foret, si quis uel-
-let Turcis prædicare, quorum auditum Mau-
-meticæ falsitatis obstinatione aggrauatum
uerbum Christi penetrare non valet, et

saepius suadet non effundere sermonem, ubi non sit auditus

fr. Sanctorus Melfiensis S. Pœnit.ria Cat.sis Praeses &c.

Die 13 Junij 1625.

In Cong.ne Gnali de prop.da fide.

Ad relationem Illmi D. Cardinalis Millini S. Congro in Causa Japonica intr Regulares Domenicanos, Franciscanos, et Augustinianos ex una, et Pres Soc.tis Jesu ex altera partibus infrascta edit Decreta, vlt.

1252 1. Generales Praedicatorum Ordinum, et Instituti serio moneantur, ne ullo modo permittant eorum Religiosos in Japonia, et alijs Indiarum Orientalium Provincijs intr se contendere, sed omni quapotesunt diligentia eos concordes esse, et uno spiritu, unoque humero Christo Domino, et novis illis Ecclijs inservire curent; quod ut facilius contingat Decretum circa Missionarios ad Indias destinandos editum in Cong.ne die 2.a Maij coram SS.mo habita observare studeant

1253. 2.a Constitutio fel. Rec. Pauli Papae V. die 11. Junij 1600 edita a Mendicantibus, et alijs in eo nominatis diligenter observetur, tam quoad iter, et transitum ex Europa ad Japoniam, ac alia Loca in illa Constitutione expressa, quam quoad Sacramentorum administrationem, et verbi Dei praedicationem de Ordinariorum Licentia inserta Const.ne fel. rec. Clementis VIII. die 12 Xbris 1600. edita, et ab eodem Paulo V. in hac parte con-

-fir

-firmatam, nam per huiusmodi Constitutiones S. Congregatio censuit omnium mendicantium et Patrum Societatis Iesu privilegijs quoad praeta, scilicet Sacramentorum administrationem, et verbi Dei praedicationem esse sufficienter derogatum. Nec tamen praeterea Locorum populi spiritualibus huiusmodi adiumentis ob ministrorum penuriam de facili privientur Episcopi, et Ordinarij Locorum in Licentijs administrandi Sacramenta, et praedicandi concedendis promptissimi sint, ac faciles, easque nonnisi ex causis urgentioribus Religiosis denegent.

1054. 3. Patres Societatis Iesu, sua Oratoria, et Congregationes, et Regulares suas Societates, et Confraternitates Laicorum in Iaponia suspendant, donec aliter per Sacrae Congregationem fuerit definitum

1055. 4.° Circa Dubium an ad tollendas penitus discordiarum, et dissensionum occasiones expediat in Iaponia, et in alijs Indiarum Orientalium Locis dividere Parochias inter Mendicantes, et PP. Societatis Iesu, ita ut singuli ordines solum in sibi assignatis Parochijs sacramenta administrare, et concionari debeant, Illmus D. N. in negativam partem quoad Divisionem Localem, quo vero ad personalem in affirmativam inclinabat; censebat n. Patres Societatis Iesu, et Regulares etiam eodem in Loco degentes in maxima vivere posse concordia, si mutuo consensu certum personarum numerum spiritualiter regendum singuli sibi assumerent, ita ut

alteri eorum alterius messem occupare non liceret.
Patres tamen, quibus et Smus assensit, censuerunt
commonendos esse Nuncium Hispaniarum, et Lusi-
-taniae Collectorem, ut cum Catholico Rege, eiusq;
Ministris de huiusmodi dubio agerent, et inter se trac-
-tus quos habituri erunt, communicarent, ac tan-
-dem de Regis et Ministrorum sententia sacra
Congregatio certiorem facerent.

5. Vtij de Nuncij et Collector cum Rege, ac eius Minis-
n 56 -tris serio agant, communicatis inter se Tractibus
de infrascriptis duobus articulis, videlicet
Quod Rex Catholicus in posterum quoad fieri
poterit, velit ad Ecclesias Cathedrales Indiarum
Orientalium nominare seculares Sacerdotes, nam
Regles, et alij Religiosi Episcopis magis erunt
Obedientes, et causae dissidiorum inter ipsos ma-
-gna ex parte tollentur: quod si hoc ob penuriam
secularium sacerdotum fieri non poterit, saltem
in metropolitanis, et aliquibus alijs insignio-
ribus Ecclesijs sacerdotes pro praeficiantur
Et quod idem Rex patiatur ut Episcopus Manilae
constituatur Iudex appellationum a sententijs,
et grauaminibus Ordinariorum Indiae Orientalis
non obstante quod secundum Diuisiones
illarum Prouinciarum, aliquae sint sub
Corona Castellae, et aliae sub Corona Lusi-
-taniae, cum iuxta sacros Canones non de-
-beant praeiudicare Ecclesiis, quando per eas
melius Ecclesiae regi possunt, ac guber-

-nari

-nari. Nam valde necessarium est ad fidei propa-
-gationem, et ad illorum populorum, ac Religioso-
-rum quietem spiritualem, ut in illis regionibus
Longissimè à Sede Apca distantibus, unus sit
Iudex Ecclicus appellationum qui in vicinio-
-ri, et omnibus illis Ecclijs commodiori degat
Loco.

Id tamen intelligi voluerunt PP. nisi alius Eps
aut duo constitui possint, qui et divisioni secu-
-lari, et Ecclias illas necessitati satisfacere
valeant.

6 Sacra Congregaõ ad tollenda scandala Fidelium
1157. et Infidelium mercaturam quamcumque Regu-
-laribus omnibus, et Patribus Societatis Iesu
sub poenis gravissimis interdicendam esse cen-
-suit, et quoad mercaturam illam Serici, quam
PP. Societatis Iesu dicunt eis esse permissam
ne nimiam faciant iacturam in pecunijs eorum
Collegijs assignatis in Indias Orales trans-
-mittendis, mandavit Nuncio, et Collectori ptis
ut de ea informaõnes assumant, easque Romae
deferri curent.

7. Quoad matrimonia Iaponice in futurum contra-
1158. -hendo, Sacra Congregaõ de Spali mandato
Sti. D. N. concessit, ut non obstante Decreto
Concilij Trid.ni de matrim. iampridem in ea
Insula publicato, matrimonia in pntia duorum
Testium tantum valide contrahi possint, si
tamen in Loco, ubi matrimonium contrahetur,
vel in vicino ad quem sine periculo accedi

possit. Parochus, vel alius sacerdos secularis, sive Regularis non existat ab Epo deputatus, cui Epo Lac: Congo districte praecipiendo mandavit, ut ad maiorem Contrahentium commoditatem in diversis Japoniae Locis sacerdotes seculares, vel Regulares constituat cum facultate speciali assistendi matrimonijs.

Quo vero ad matrimonia hactenus sine Parocho contracta iussit, et ubi fieri poterit iterum secreto coram Parocho contrahatur, ubi vero id fieri nequiverit, dubitatum fuit an Papa dispensare possit, ut contrahentes in illis permaneant quia consensus qui de Iure naturae est, suppleri nequit, sed dubium fuit ad sequentem Congne reiectum.

8. Et postremo ut deinceps S. Cong.o frequentius
159. scire possit quae in Indijs tam Orn.libus quam Occidentalibus circa Religionem agantur, et providere, ut diligentius, et accuratius in propagatione fidei procedatur, praecipiendum esse censuit Nuncio Hispaniarum, ut singulis mensibus certos Religiosos seculares tantum si fieri poterit, sin minus etiam Regulares rerum Indiarum Occidentalium Congregatione habentes coram se congreget, et cum eis iuxta instructionem mittendam de statu Religionis Catholicae in Indis praedictis, ac de medijs eam propagandi serio pagat, et antequam ea quae deliberata et decreta fuerint exequatur, Sacra Congne de omnibus faciat certiorem, et idem pron-

-sus

-sus quoad Indias Orales Collectori Lusitaniae
scribendum esse existimavit
An possit eligi Eps, qui deinde nominet alium
Episcopum ad regendam pmi. Epi. Ecclia
Praedicta nominatio nihil habet contra Iura,
1560 et praxim, et ex alia parte urgens necessitas
et evidens utilitas suadet esse admittendam.
Primum ostenditur, quia si agitur de A. eligendo
pro Ecclesia B, qui deinde nominet alium pro
-se, electio illa non est ex eius natura, ut ne-
-cessario requirat personam electam. Primo qa
haec Iurisdictio non est delegata, sed ordina-
-ria quae transfunditur non tanquam in hanc
vel illam personam, sed tanquam in habentem
Epalem nominationem. Et ita non militant
Iura quae volunt, Epum esse Delegatum sedis
Apcae, et ideo non posse personale administra-
-tionem alij delegare. Aegipt. c. fin. de offic.
Deleg. Delig. c. si pro debilitate, Gerd. c. 15.
cui eodem in 6. Zerol. in prax. 1 pte V. Delegatus
129.: haec inquam Iura non militant; verba
enim debent inservire intentioni, et
secundum eam accommodari L. Insula
ff. de praescript. L. scire oportet ff. aliud
ff. de excusat. Tutor. et alioqui si
propterea, quia talis persona electa est,
non potest alium nominare pro se tanquam
Vicarium, vel administratorem, idem pro-
-batur esset in Vicarijs foraneis, ubi est
consuetudo eos ponendi; cum enim electus

non posset talia Loca adire, vel in eis residere
manerent sine Rectore, quod dicendum non est
per argumentum de absurdo vitando, et minus
sufficiente provisione Legis Quirad. Loc. cs.
Gallin. de verb. signific. lib. 5. c. 23, nam
et Vicarij foranei habent delegatam Juris-
-dictionem, quam eis confert Electus, ut
inter alios bene probat Narbon. de appell.
à Vic. Episc. 1 p. n. 30.

2.° quia quod aliqui dicunt, unum Episcopum non
posse esse Vicarium alterius Episcopi, falsum
est, nec solum ullo Jure prohibitum, verum etiam
iustis de causis permissum c. quoniam 14. de
offic. Ordinar. ubi Archid. Rebuff. et plures
alij apud Throzz. l. 2. q. 5. n. 10., et lib. 9.
q. 44 n. 2., Navar. lib. 1. Cons. de Elect. cons.
10., Azor. 2. p. instit. moral. lib. 3. c. 45.
q. 9., Barbos. in Pastor. 3. p. alleg. 54
n. 103. Immo etiam sine causa urgente
fieri posse ratione Epi Titularis, seu
ut alij loquuntur Nullatensis docet, Menoch
cons. 59. vol. 1., Solorz. lib. 3. de Jur. Indiar.
c. 9., et hoc praesertim praeditur in d.a nomi-
-nate

3.° quia talis nominatus magis iudican-
-dus est administrator Gnalis auctte
Pontificia, adeoque Vicarius Apostoli-
-cus, glos. et DD in c. Ecclesiae Cathedra-
-li de supplen. negl. Praelat. in 6. Tusch.
Litt. S. 192. qui refert Oldras. cons. 2010. n. 3.

Idem

Idem non esse contra praxim patet ex Archar. in c. fin. de offic. Vicar. in 6., ubi exemplum affert.

Et quotidianam esse praxim in Regnis Hispaniarum et Ital. observat Strozz. apud Solorz. Loc. cit. Si autem potest esse Vicarius Eps iam Locum habens alterius Locum habentis, dum Ecclesia illius nullum notabile detrimentum patiatur, ut ex Doctor. Caiet. et aliorum probat Gabr. Vasqz Opusc. de benefic. c. 4. a. 1. n. 2. dub. 2. n. 143., Bonacin. Tract. de onere, et oblig. benefic. ad resid. p. 5. art. 5. n. 10., non videtur ulla ratio, cur à contrario Episcopi, seu Archiepiscopi Titularis non possit esse Vicarius Eps in Loco à Titulari vel erecto, vel Dotato, perinde verò est si Eps dotans eiusdem Loci, aut cuiusvis alterius Nullatensis titulum ferat. Plura similia afferunt dicti Auctores quae non est necesse repetere

Secundum de urgenti necessitate, seu de evidenti utilitate. Patet ex ijs quae in Libello afferuntur. Quibus addi potest, nihil ex hac dotatione redire ad successores, aut haeredes dotantis, quemadmodum solet esse in Iure Patronatus, sed omnia Iura recidere in Ecclesiam Romanam nominationis et Electionis et adeoque plura esse quae favorem Ecclesiae concernant &

1561. An Ritus cuius dd Ecclie, in qua eius Presbiteri cele-
brantes in azimo, Missali Latino in Græcum Translato
non utuntur, sed Liturgijs Græcorum Prtis, et præ-
sertim S. Joann. Chrisost. aliquibus ex Ritu Latino
mutuatis, possit dici Latinus Ritus.

Et negatiuè respr. p.o, quia cum Ritus sint cir-
cumstantiæ actus, de eius substantia dici no
possunt: Azimus verò, et firmentatus sunt de
substantia sacrificij, quia sunt eius materia
ut definiuit Conc.m Flor.m

Nec obstat quod saltem ritus dici debeat illa cir-
cumstantia firmentati, et Azimi, quia idem Conc.m
circa hæc duo præcipuum edidit Dogma, ult.q.d
in utroque conficiatur con. Græcos qui dicebat
et dicunt nunc Græci Schismatici q.d in azimo
non conficitur, pp quam solam rat.e non expedit,
ut Sedes Apca definiat esse Ritum celebrare in
azimo, vel in firmentato ob implicitam in eis Dog-
matis rationem. 2.o Si ritus Latinus, ut dicunt
nonnulli, consistit præcipuè in Azimo, Ritum Ar-
menum Latinum dicere necesse erit: Nam Armeni
celebrant in Azimo, et tn tota Liturgia eorum
ferè est, S. Jo: Chris. et S. Basilij. 3. Habemus
duo clarissima exempla veri ritus Latini in
duobus Schismatibus; nam Armeni Pro-
uinciæ Naziuanens. habent Missale Latinum
in Armenum translatum, eoq. utuntur in missis
celebrandis. Similiter Illyrici à temporib.
Joannis VIII. habent Missale Latinum in

Illy-

Illyricam Linguam translatum, eoque celebrant Missas, et recte ritus illi Latini dicuntur quia solo Idiomate ab eo differunt. Ritus autem prædictæ Ecclesiæ non differt solo Idiomate, sed orationibus, coeremonijs, et Canone, in quo potissimum consistit sacrificium Missæ, diversissimus est à Latino. quare recte concludi posse videtur, quod ritus Græcus est in duplici differentia; alter eorum qui in fermentato celebrant, alter verò eorum, qui in Azimo. Sicut etiam Latinus ritus est in multiplici differentia, ut Ambrosianus, Dominicanus, Morarabus in Hispania, et Idiomate solo differens à Romano, ut Armenos Dominicanorum in Provincia Naxcevans, et Illiricorum in Dalmatia, et alijs Illyrici Provincijs.

De Controversia mota in Orientali India quò ad Brachmanes recipiendos ad baptismum Christi Domini, et Christianæ Religionis Professione, nominatis in Civitate, et Regione Madurensi, quæsita est in Malabarico tractu Mediterraneo Regibus Ethnicis, seu Gentilibus subiecto Censura, et Suffragiis.

Dubium ortum fuit, quia fuit resolutum in Goa per Archiepiscopum et alios viros doctos non posse permitti, et in Synodo Provinciali Goana fuit prohibitus Xpianis

usus horum stemmatum, quia dantur cum aliquibus sacrificijs, et ritibus Gentilitatis suppositionem redolentibus. Et contra uero Inquisitor Gnalis tenet concedendum esse huiusmodi habitum. Primo quia non est signum distinctiuum alicuius sectae, sed signum nobilitatis, quod probat pluribus rationibus, et auctoritatibus doctissimorum virorum, et praesertim quia plebeis huiusmodi habitus denegatur. 2.o quia si non conceditur, praecluditur manifestissime uia ad propagandam fidem, quia nobiles ne videantur affici ignobilitate, nollent unquam huiusmodi habitum dimittere.

Censura Petri Lambardi Archiepiscopi Ardmachani

P.o Notandum est, quod cum in memoratis regione, et tractu Indigenae, prout in alijs passim Regnis, atque Rebus publicis ex sua institutione generati ita distribuantur, ut alij sint nobiles, seu illustres, alij plebei, seu ignobiles, Nobilitatis, seu Nobilium apud illos sunt certi, et definiti ordines fundati: primus in sapientia tum humana, cum Diuina: secundus in potentia, et fortitudine. 3.s in opulentia, et quaestu. Et qui sunt in primo ordine uocantur Brachmanes, Brachmani, et Brachmini, et Bramini: quod nomen iuxta

quos

quosdam Historicos æternos sic possit accipi, quasi dicerentur Abramini, seu Abrahamini, putant enim illos originem suam ducere ab Abraham Patriarcha ex Cetura, quam post mortem Saræ duxit in uxorem, et in illis comprehendi, de quibus dicitur in scriptura sacra, quod Abraham filijs suarum concubinarum largitus est munera, et separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret ad plagam Orientalem, alioquin in ipsa lingua erudita Giurandana dicta, in qua continentur, et traduntur scientiæ Brachmanum habetur radix istius nominis, scilicet Brum idem valens quod in intellectione et scientia, et sunt illi ex officio, fueruntque ab antiquo Professores sapientiæ, et scientiarum omnium, ad quarum intellectionem naturali rationis lumine post peccatum pervenire potest uti ab Auctoribus cum Ethnicis tum Christianis traditur. Quò spectat inter alia testimonia illud S. Hieronymi de Hiarca Brachmano, ubi scribit, quod Apollonius Thyaneus penetratis opulentissimis Indiæ Regnis, et Latissimo Phoeson amne transmisso, pervenit ad Brachmanas, ut Hiarcam in throno sedentem aureo, et de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu audiret docentem. Qui

in secundo ordine nobilitatis sunt, vocantur
Xetrigalores, Regiucalores, seu Rogij, et
sunt inprimis ipsi Reges, deinde et alij qui
a Regibus descendentes Rempublicam
administrant, et qui tractandis armis, seu
ad militiam sunt destinati, quiquidem mi-
-litares viri proprio vocabulo dicuntur Cru-
-treni. Qui sunt in 3.o ordine vocantur Che-
-tigalores, et Vasceres, et sunt Mercatores,
non quivis, sed praecipui, qui et propterea
appellantur Comoti, et Congoni. Plebeiorum
autem multitudo continet omne genus opifi-
-cum mechanicorum, et qui in officijs in-
-ferioribus Reipublicae serviunt, et
vocantur Sindreres; vilissimi autem inter
illos appellantur Pareani, nec permittun-
-tur esse intra moenia Civitatum.

2.o Notandum est, quod ibidem tam nobiles,
quam plebei sic sunt inter se distincti
officijs, ut quod est officium unius stirpis
seu prosapiae hominum sive nobilium, sive
ignobilium non liceat exerceri per alterius
stirpis, seu prosapiae homines, sed omnes
et singuli debeant perpetua successio-
-ne permanere in officio suae cuiusque
stirpis, seu prosapiae. Et quod nobiles
sic debeant se tenere separatos a ple-
-beis, ut nec attactu, nec accessu, nec
colloquio cum ipsis sponte sua conver-
-santur: quod si ex aliqua necessi-
-tate tractent propius cum plebeo quo-

-piam

-piam etiam ex honoratioribus Sindreribus prout accidit tractare ob negotia occurrentia vel aliàs casu aliquo improuiso quempiam ex eis attingant, vel ad eum propiùs accedant, tunc quasi inde maculam aliquam contra-xissent, debent statim post se lauare, ut ab illa mundentur. Cum Pareano autem nunquam debent agere, vel etiam loqui ni-si procul ab eis posito super interpositam personam, idque sub poena excidendi à sua nobilitate. Quare cum ad Brachmanum officium pertineat scientias quas ipsi didicerunt, callent, et profitentur docere. Qui sunt ex aliis ordinibus nobilitatis, siue Regij, siue Mercatores quamuis possint licitè à Brachmanibus eas dis-cere, nullo tamen modo licet ipsis eas-dem scientias alios docere. Plebeis verò adeò non licet huiusmodi scientias, seu artes quascumque liberales, vel ediscere, ut si quispiam Brachman ipsos doceat, vel litteras, seu characteres ipsos, tunc et Brachman qui docuit, eijciendus est non so-lum ab ordine suo, et gradu nobilitatis, sed etiam è tota Ciuitate ad instar vi-lissimi Pareani, et Plebeius, seu Sindre-res discipulus eius expellendus procul est iuxta istorum Indorum Leges, quæ magno cum rigore obseruantur, quia excis-

-timant plebeium callentem Litteras, seu scientias intollerabilis fore superbiae, et perniciosissimum Reipublicae.

3.° Notandum est, quod non tantum in Civili conversatione, sed etiam in rebus ad Religionem, seu superstitionem gentilitiam pertinentibus adhibeatur et servetur ista diversitas, et separatio nobilium a plebeis. Habent quidem hoc commune Gentiles Indi Idolatrae quod agnoscant unum supremum Deum, sed de quo carnaliter nimis, atque impie sentiunt; nam uxorem illi tribuunt, et multos Liberos quos tanquam minores Deos colunt, et negant, ipsum habere providentiam, seu curam huiusmodi, sed curam eius commisisse putant alijs inferioribus Dijs, inter quos reputant praecipuos hos tres, qui ab ipsis appellantur Brama, Visnu, et Maesso, seu alijs aequivalentibus nominibus. Verum Nobiles, et Plebei diversa habent sacrificia, quae offerunt suis Dijs, diversas preces, seu orationes quas fundunt suis Dijs; sunt etiam apud illos diversa templa, fana, seu delubra, ex quibus alia maiora, alia minora, et diversi sacerdotes, qui eo officio in istis fanis, seu templis sacra faciunt et ministrant, alij in maioribus, alij in minoribus; et maiores quidem, seu qui in

ma-

maioribus ministrant templis ortum habe-
-re putantur à Brachmanibus familijs duo-
-bus, sed ita ut sint valde degeneres, alij
ex nuptata virgine, et Brachmano, et illi
vocantur Xanadiugenæ, alij ex Brachmana
virgine, et Ragioviro descendentes, et hi
vocantur Nambini. Minores verò, seu
qui Ministrant in Minoribus templis,
sunt ferè plebei, et vocantur Pandaræ, Ta-
-dæ, et alijs similibus vocibus, sed neutri
sive qui in minoribus, sive qui in maioribus
templis ministrant ex officio ad quod
sunt publica auctoritate destinati, reputantur
inter nobiles

4.° Notandum est quod pro evidentiori distinc-
-tione, et discretione eorum qui sunt nobiles
à plebeis, nobiles Indi ex sua habent ori-
-gine, et institutione signa quædam, seu stem-
-mata externa, quibus non licet plebeis
uti. Quæ quidem signa, seu stemmata
sunt hæc quatuor. Primum et proceipuum
Linea, quæ quidem est funiculus ex tripli-
-ci constans linea circumductus ab humero si-
-nistro, et Ligatus sub Latere dextero, indeque
pendens, ut habet prior informatio, sed pos-
-terior informatio dicit, quod circumducitur ab
humero dextero, et Ligatus sub Latere sinis-
-tro, atque ab eo pendet. Secundum signum vo-
-catur Carumbis, seu Sindæ, idest capillitium

quoddam oblongum in certa capitis parte. 3.um
signum vocatur Sandalum, et est unctio odo-
rifera in fronte adhibita. 4.um signum consis-
tit in diversis Lanatorijs. Quibus signis
cum distinguantur nobiles eis utentes à
plebeis, tres memorati nobilium ordines, sic
inter se per ea distinguuntur, et praesertim per lineam
et corumbij, seu curuminum iuxta informatio-
nes Indicas Romae missas; per lineam qui-
dem quod Lineae Brachmanum sit ex gos-
sipio, Lineae Ragiorum virorum ex genere
quodam Lini, Lineae mercatorum ex materia
simili canapi: ut habet una informatio, sed
aliae informationes dicunt, quod Lineae Ra-
giorum sit ex materia simili canapi,
Lineae mercatorum ex Lana. Est etiam quae-
dam Informatio, quod omnes istae tres, seu
trium ordinum Lineae sunt ex gossipio. Quod
ita verum est, quod ista informatio ab alijs
reipsa non discrepet, quia Lineae Brachma-
num est ex subtiliori gossipio, Lineae Ragiorum
ex minus subtili, qui similitudinem habet
cum Lino, seu Canape, Lineae mercatorum
ex gossipio grossiori, qui similis est canapi
seu Lanae. Per Curumbij verò, seu Curu-
minum ijdem ordines sic distinguuntur, quod
mercatores portent Curumbij in vertice, re-
liquo capito raso. Ragij gestant Corum-
bij oblongum, et Lascum paulo infra vesti-
ces

uersus frontem, in reliquo capite mediocrem reti-
-nentes coesariem, nisi quando lugent; tunc enim
etiam ipsi abradi curant caput, seruato solum
corumbij. At Brachmanes ad significandum
quatuor praecipuas stirpes, seu prosapias
illustres ex quibus ipsi descendunt quatuor
diuersis modis in diuersis capitis partibus
gestant suum Corumbij, reliquo capite raso,
alij in occipite ad dexteram partem, alij in
occipite ad sinistram partem, alij in occipite
ad utramque partem, alij sub uertice uersus
frontem. Nec tantum ad distinguendum, si-
-cut iam declaratum est, seruiunt ista signa,
sed sunt etiam adeo necessaria ad ipsam
nobilitatem constituendam, testificandam
et tuendam, ut filij nobilium cuiuscumque
ex memoratis tribus ordinibus non prius-
quam insignianti linea, reputentur nobiles;
insigniuntur autem ea, cum ad certum aeta-
-tis suae annum perueniunt, usque ad que
non Brachmanes appellantur, sed Iude,
quod idem est atque homines sine lege.
Ac si postquam semel est accepta linea,
idemque indicium est Corumbij, seu curumi-
-no quispiam, vel ob delictum a se commis-
-sum contra Institutum suae stirpis priuetur
stemmate, seu signo eiusdem stirpis, quae pri-
-uatio fit per publicam potestatem, verbi gra.
si ob contractum matrimonium cum plebeia,
aut propter cibos cum plebeio sumptos, tol-

-latis cuppiam lineas, seu radatis ipsis curumbij,
uel alias si ipse sponte sua deponat, lineas
seu Carumbij, aut consentiat ut sibi auferatur,
tunc etiam publica auctoritate deijcitur à nobilitate
suae stirpis, excluditur ab omnibus suis bonis,
contemnitur et deseritur à suis notis, amicis,
cognatis, et ipsis Parentibus, itaut cogatur
uel in exilium se recipere, vel abiectum,
et vile genus vitae in Patriae ducere.

5.° Notandum est quod licet Brachmanes tanto
hactenus tempore relicti fuerint absque
notitia fidei Christianae et verae viae ad vi-
-tam sempiternam, adeo quod plerique ipsorum
passim sint Idolatrae, tamen nonnulli, in-
-tes illos, et olim noti fuerant, et etiamnum
reperiuntur nullum colere Idolum, sed tene-
-re et confiteri unum esse Deum purum, et
supremum Spiritum, mundi creatorem, non
comprehensum in Gentilium fabulis, atque
praeseferunt virtutem amare, vitia odisse,
castitatem perpetuam colere, quam ut seruent
corpus suum ita extenuant abstinentijs, vi-
-gilijs et commentationibus, ut vltra particu-
-laria quaedam ieiunia, quae faciunt omni noui-
-lunio, et plenilunio, nunquam vescantur car-
-ne non solum vaccina, à qua semper abstinet
omnes ibidem Gentiles Indi, sicut Iudei ubique
à porcina, sed nullo alio genere carnium, aut
piscium. Immo nec unquam comedunt pane, aut
bibunt vinum, sed in cibum sumunt polentam

oriza

orizam, fructus, herbas, lac, et pro potu habent aquam calidam. Cuiusmodi Brachmanes erant, de quibus S. Clemens Romanus in recognitionibus ita scribit. Sunt apud Bactras in Regionibus Indorum immensae multitudines Brachmanorum, qui et ipsi ex traditione maiorum moribus, legibusque concordibus neque homicidium neque adulterium committunt, neque simulacra colunt, neque animantia edere in usum habent, nunquam inebriantur, nunquam malitiose aliquid gerunt, sed Deum semper timent. Et S. Hieronymus mentionem faciens de abstinentia, quam, inquit, Indorum Brachmani, et Aegyptiorum Gymnosophistae in polentae, et orizae, et pomorum solo observant cibo.

6.° Notandum est, et adiungendum ex S. Augustino, quod eruditè notavit ille, Civitate Dei, idest Ecclesiam Dei Catholicam observare in recipiendis philosophis ad fidem Xpianam, et his expressit verbis. — Nihil sanè pertinet ad istam civitatem, quo habitu, vel more vivendi, si non est contra Divina praecepta istam fidem qua pervenitur ad Deum quisque sectetur, unde ipsos quoque philosophos, quando Christiani fiunt non habitum, vel consuetudine victus, quae nihil impedit Religionem, sed falsa Dogmata mutare compellit, quibus et subiungi opportunè potest quod de S. Iustino Philosopho, et martire Christiano Eusebius ita scribit. Iustinus Philo-

-sophi habitu, idest retudens habitum philosophi; qualis ipse fuerat ante suam conuersionem ad religionem Christianam tum verbum Dei praedicando, tum scriptis pro fide acriter concertando magna famae celebritate enituit. Quibus praenotatis controuersia de qua agitur posset quidem verbis excitato tam Testimonio S. Augustini mutuatis ad hunc modum proponi.

An signa illa Lineae curumbij, seu Curumini, Sandali, Lanatoriorum, quibus utuntur Brachmanes Indiani in regione Madurensi tractus Malabrici sint contra Diuina praecepta, siue.

An eorum retentio, concessio, seu permissio, et usus impediat Religionem Christianam, necne?

Verum prout exprimitur, et tractatur à partibus de ea controuertentibus est proponenda eiusmodi verbis.

An signa ista ex sua propria, et prima Institutione sint insignia, seu stemmata nobilitatis politicae; an verò protestationes, seu professiones Religionis, qualis est apud Indos Gentiles, hoc est superstitionis, quae falsos Deos et idola colunt, atq. adorant.

Cuius sic propositae controuersiae, qui priorem partem amplectuntur, censent, ista signa nõ esse contra Diuina praecepta, nec impedire quicquam Religionem Xpianam, quod ab Indij memoratae regionis, et Tractus conuersis ad Christum retineantur, seu permittantur, aut concedantur retineri. Qui autem posteriorem

par-

partem tuentes, censent eadem signa omnino esse contra Diuina praecepta, et adeo impedire Religionem Christianam, ut cum ipsa non possint ullo modo consistere, ideoque non esse concedendum, aut permittendum, ut a conuersis ad Christum retineantur.

Et cum utraque pars magnos, et multos habeat assertores, et defensores, occasio prima istius controuersiae inter eos mouendae sumpta fuerat ex quadam ratione, uti uidebatur, noua, quam Pater Robertus de Nobilibus Presbiter Societatis Iesu, et Nobilis Ciuis Romanus adhibuit in conuersando inter Brachmanes, ut posset cum illis liberius agere de fide Xpi suscipienda. Qui quidem Pater excitatus magno zelo quoad imitationem aliorum eiusdem Societatis Religiosorum, quos intellexerat fructuose laborare in praedicando Euangelio Christi apud Indos Orientales, desiderabat etiam ipse similibus laboribus ibidem se impendere. Itaque cum licentia, et approbatione Superiorum suorum profectus Roma sub initium anni Domini 1603., postquam duorum annorum nauigatione peruenit Goam, quae est Ciuitas maritima sita in illa parte Indiarum, quae subiecta est Imperio Lusitanorum, ratus se posse alibi cum maiori fructu conuersionis Gentilium laborare. Inde recedens contulit se ad Australes Indiarum partes, quousque peruenit Cochinum,

quod distat Tot mille Leucis Lusitanis. Et quia Cochi-
-ni intellexerat, quod in Regione Madurensi erant
multi Brachmanes qui reputantur, et honorantur tan-
-quam Sapientes Indorum, et in Civitate Madurensi
suam tenent praecipuam Universitatem omnium scien-
-tiarum, Maduram se recepit, et diligenti studio as-
-secutus peritiam Linguae Guirandanae, in qua Brach-
-manes conscriptas habent suas scientias, et Le-
-ges Indorum, tum quae ad politicum statum, tumque
ad Religionem pertinent, estque apud illos eodem
Loco et usu, quo apud Xpianos Occidentalis Ec-
-clesiae Latina, et apud Orientalis Eccl.ae Christi-
-anos Graeca Lingua coepit se insinuare in no-
-titiam, et consortium illorum praecipuè Brachmanum,
quorum victus, ratio, et austeritas vitae paulo an-
-te est descripta.
Atque ut facilior, et gratior esset ipsius accessus
assumpsit similem cum illis habitum, ita quod et
Lineam sibi imposuerit, in qua curavit fila quaedam
aurea intertexi, ac se professus etiam sit Brach-
-manum, idest Sapientem Italum, et Mundi contemp-
-tonem, quandoquidem et sapientiae operam Ro-
-mae dudum impenderat, et per Religiosae vitae
susceptionem ac professionem secularia blan-
-dimenta, et Lenocinia reiecerat, sed et quamvis
esset tam teneraeconstitutionis corporis, ut
Romae constitutus non posset unius Quadra-
-gesimae ieiunium servare, tamen fretus ausci-
-lio Dei, ad cuius gloriam referebat vitae suae
ra-

rationem, in qua propositum habuit quoscumque
posset ex Brachmanis ad fidem Xpi producere, auste-
-ram illam, de qua dictum est, eorum abstinentiam
in quibus non repugnabat Doctrinæ Euangelicæ
secutus est, et imitatus. Quæ eius accommodatio
et conformitas in habitu, et victu tam grata inter
Brachmanibus illis fuit accepta, ut admisso eo
in faciliori cum ipsis conuersatione quam sunt so-
-liti alijs exhibere, et libros suos quos alias
seruant valde secretos communicabant ei Legen-
-dos. Quibus ille cum magna diligentia, ac breui
temporis spatio perlectis, hoc unum, de quo summo-
-pere lætabatur, in illis reperit traditur, et decla-
-ratur, Lineas, et Curumbis, seu Syndi, de quibus dic-
-tum est, esse insignia, et stemmata nobilitatis
generis, et familiæ splendorem designantia,
non autem signa religionem ullam, seu superstitionem
-tione protestantia, seu profitentia, ita ut per
illa nobiles familiæ, et viri memoratorum trium
nobilitatis ordinum Brachmanes Regij viri,
et præcipui mercatores potissimum distinguantur,
et secernantur à communi vulgo populi, seu
plebis. Nec solum in iam dictis libris istud
reperit, sed etiam deprehendit, istum ipsum esse sen-
-sum, et sententiam doctiorum Brachmanum, qui
eosdem libros assidue legunt, atque voluunt, eamque
suam esse sententiam, sic et ipsi profitentur,
ac contestantur, ut ex sua certa scientia censeant
non posse id ipsum nisi ex imperitia, et ignorantia

ab alijs negari, eo quod eosdem Libros nunquam Legerunt.
Hinc ergo animatus idem Pr. Robertus ad congrediendum
cum Brachmanis de rebus religiosis, et fidei, quando
animaduertit. id quod praecipuè absterrebat Brach-
manes Madurenses à fide Xpi suscipienda in
hoc situm esse, quia persuasum habebant ex ijs
quae alibi erant in usu, et nominatim in Ciuitate
Goa, et eius ditione in recipiendis Indis ad fidem
Xpi et Baptismum, et quae etiam tenebantur, et doce-
bantur ab alijs Praedicatoribus Euangelij, quod
ad hoc ut Xpni fierent, necessarium foret depone-
re, et deserere praememorata sua insignia, seu
signa tanquam quae essent superstitiosa. Ideo cum
non vellent ipsi renunciare nobilitati suarum stir-
pium, neque possent per Leges publicas eiusdem no-
bilitatis stemmata, quae sunt praememorata signa
deponere, seu deserere sine grauissimis iactu-
ris, et damnis, prout antea est etiam commemoratum,
quandiu consistebant in ista persuasione, quod
non liceret ipsis cum christiana religione reti-
nere ista signa, tandiu retinebantur fieri Chris-
tiani. Hoc igitur impedimentum, ut pro suo zelo amo-
ueret Pr. Robertus congressurus cum Brachmanis,
ante omnia protestatus est, non esse sibi propositum
aliquid innouare, seu immutare, quoad politiam
seu Ciuile Statum Indiarum, eiusque Leges, sed tantum
intendere fidem, et Religionem Christianam, quae
necessaria est ad salutem sempiternam consequendam
sincerè illis cum quibus uersaretur praedicare, et

commu-

et communicare, quam si susciperent pro ipsum, liceret eis simul retinere suae nobilitatis politicae signa, quae et inquantum sunt eius stemmata, seu insignia, quomodo et ea in usu retinuerunt quicumque deinceps ab ipso baptizati Christo Domino sua dederunt nomina.

Ut autem in eo quod sic aggressurus idem Pr. Robertus tutius, securius, et fructuosius progrederetur, de tota re consuluit suos superiores, et litteras dedit ad Franciscum Roscium Archiepum Cranganorense, intra cuius Iurisdictionis districtum est Civitas Madurensis, quo et ipse ante assumptionem suam ad Epatum erat è Societate Iesu, et hic quoque Archiepus, licet ipse diuturni temporis habitatione, et experientia esset admodum versatus in linguis, libris, et legibus Indorum, tamen qua Synodale Concilium, quod dudum Goae celebratum, illas, de quibus agr, lineas, et capillitia in Ditione Lusitanis subiecta censuit prohibenda, tanquam signa protestativa falsae religionis pro suas porro lras de re sibi proposita consuluit Archiepum Goanum Primatem Indiarum, qui tunc erat Alexius Menesius: post translatus ad Archiepum Bracharensem in Lusitania, et constitutus Lusitaniae Pro Rex, et par de eadem re consuluit Inquisitorem haereticae pravitatis in Civitate Goana: Atque ab Inquisitore quidem accepit hoc responsum, nihil habere se quod contra Madurensium Neophytorum usum, et Institutum decerneret. Archiepus vero Primas collaudato studio memorati Patris in salute animarum procuranda, adiecit insuper. Malle, ut Pr. Robertus plures imi-

-catores quam cauillatores haberet: et ego ipse libentius plures lineas susciperem, ut vel unum tantum Brach-
-manem ad Christi Ecclesiam aggregem.

Qua Primatis resolutione per Archiepum Cranganoren-
-sem sibi communicata Pr Robertus Alacrior multo red-
-ditus ad progrediendum in suo pio instituto conuer-
-sandi cum Brachmanis, eosque conuertendi ad fidem
et religionem Xpnam deposuit quidem lineam ex
consilio superioris sui Prouincialis. Id quod conuersa-
-tionem eius cum Brachmanis non impediebat: quan-
-doquidem inter ipsos Brachmanes qui fiunt Reli-
-giosi, samanes ipsi vocant, de quibus adhuc in-
-feriis in testimonium contemptus Mundi, et secula-
-ris omnis nobilitatis, dignitatis, et honoris deponunt
impune in isto casu suas lineas, et Curumbij. In
reliquo uero habitu, atque victu d. Pr accommodans
se, et conformans Brachmanis, praedicando illis,
conferendo cum illis, et instruendo illos complures
ex ipsis produxit in dies ad fidem, et baptismum
Christi suscipiendum, ac Christianam Religio-
-nem profitendam.

In quo religioso opere dum adeo fructuose occupa-
-retur, peruenit ad aures eius quidam rumor de opi-
-nionibus diuersis inter sui ordinis Religiosos
quo ad usum dictarum linearum, seu filorum permittendi
Conuersis ad Christianam Religionem, et paulo
post superuenit praeceptum a recentiore quodam
superiore eiusdem ordinis, ne ultra progrederetur,
nec quemquam porro cum ijs de lineis, seu filis ad
Baptismum admitteret, quousque earum permissio
an liceret necne, paulo diligentius examinare-
-tur; quae res, quia ualde contristabat Madu-

-ren-

renses, non solum neophytos omnes, sed etiam alios plures qui Christianæ Religionis institutum suscipere proptabant: Idcirco Archiepus Cranganorensis ratus merito de re ista consulendam sedem Apostolicam, scripsit ad Sanctum Officium Inquisitionis Vnalis eplam una, et pariter cum ea misit scripturam quandam, in quibus conabatur evidenter monstrare, et probare prædicta signa non esse religionis alicuius protestativa, sed dignitatis, et gentilitiæ nobilitatis stemmata, et ornamenta quæ licet ab Ethnicis cum superstitiosis cæremonijs, ritibus, et orationibus, in laudem, et cultum Idolorum, seu falsorum Deorum assumerentur, tamen quia remotis istis superstitionibus a Conversis ad Christianam Religionem adhiberentur, seu retinerentur, sanctificata per aquæ Benedictæ Lustrationem, Sacrosanctæ crucis Christi Domini consignationem, et Divinarum precum sacros ritus ab eodem Archiepiscopo institutos. Idcirco, ut sic ea assumantur, et retineantur omnino licitum esse permittere, et concedere ne forte id negando obstruatur ostium, quod magno Dei beneficio apertum erat ad Præcipuos Indiarum in Ovile Xpi Dni inducendos.

Quibus epla, et sera receptis Romæ die 2. Xmbris 1614. Paulus V. 1616. die 4 Januarij misit Breve quoddam Apostolicum ad Archiepiscopos Goanum Indiarum Orntium Primatem, qui tunc erat, et etiamnum est Christophorus de Saa Vlissiponensis Religiosus Hieronymanus Cranganorensem, et Primum Inquisitorem hæreticæ pravitatis in ijs de Indijs, in quo

Breui eis mandauit, ut simul congregati unà cum alijs
uiris doctis, et præsertim Theologis quos euocandos iu=
-dicarent, diligenter discuterent, An Ritus quidam
Brachmanum, videlicet Lineæ cuiusdam, et capillitij
Longioris in medio capite gestatio, sandalique, et
cineris odoriferi in fronte usus, et Lanatoria quædam
sint signa protestatiua falsæ Idolorum sectæ, an
solum nobilitatis quæ remotis coeremonijs quibus
-dam gentilitijs cum quibus adhibentur, reseruari pos-
-sint ab ijs qui baptizantur, et totum processum
desuper formatum ad Sedem Apostolicam transmit-
-terent. Interim autem diligenter aduerterent, ut
quantum Licitè fieri posset facilitati illarum gen-
-tium Conuersionis consuleretur. Ac deinde intel-
-lecto quod Archiepiscopus Cranganorensis certis esse
causis præpeditus ad Ciuitatem Goanam præmis-
-sorum causa se conferre non posset in alio Bre-
-ui misso anno 1615. die 1. Ianuarij decreuit, et
mandauit, quod Archiepiscopus Cranganorensis ad ef-
-fectum prædictum ad eandem Ciuitatem Goanam
se conferre minimè teneretur, sed audito super riti-
-bus prætij d. P. Roberto uotum suum in scriptis ad
Archiepiscopum Goanum, et Inquisitores transmitteret, qui
Lecto, et considerato Archiepiscopi Cranganorensis
uoto huiusmodi, necnon Roberti prædicti et aliorum Societatis Iesu
presbiterorum, ac Ciuitatis Goanæ Inquisitore
sententijs de ritibus huiusmodi auditis, totius negotij
plenam informationem conficerent, ad eundemque
Papam, et Sedem Apostolicam simul transmitterent.
Vnde cum ad satisfaciendum S. D. N. Papæ Voluntati
et mandato tam Archiepiscopus Cranganorensis, quam

Pr

Pr Robertus profecti simul essent Goam. Archiepus anno 1619. 10 febr. scripsit ad S. Sanct. epistolam, in qua conquestus qd Archiepus Goanus ex erga Societatem Iesu, tum erga ipsum non bene affectus in commisso negotio, omnia tumultuarie, nec servata forma Lrarum S. Sanctis egerit, subiungit, dicens: Tota Societas in his partibus constituta Pris Roberti auditis rationibus, in hac, inquit, mea se esse fatetur sententia, Lineam, scilt, capillitium, sandalum, Lotionesque consuetas corporis Brachmanibus Regijs viris, et Mercatoribus nobilitatis esse stemmata, et ad politicum pertinere ornamentum, atque adeo Ethnicorum Imperio subiectis; neque enim ij, inquit qui in Lusitania Ditione commorantur, huiusmodi stemmata concedenda esse contendimus, absque superstitiosis ritibus permittenda existant. Et infra habet qd Ioannes Ferdinandus de Almeyda Inquisitor, vir doctissimus Iuris utriusque, et Theologus huic sententiae adscripsit, tametsi antequam P. Robertum audiret, illam acerrime oppugnaret. Scripsit quoque inde ad eundem PP. Paulum ipse Pr Robertus Lras, in quibus exposita ratione qua ipse usus est agendo cum Brachmanibus Madurensibus pro eorum ad fidem Xpi Conversione conqueritur quam inordinate procedebat Archiepiscopus Goanus in dicta, et inter alia quod noluerit consentire, ut evocarentur Brachmanes aliquot exuditi callentes sermonem Guirandanum, cum quibus posset ipse ex eorum Libris conferre, et ostendere illis ipsis testibus, quae de memoratis insignibus in ijsdem Libris traduntur

Insuper Inquisitor scripsit ad S. Sanctes Litteras

quibus certiorem reddidit, quam tumultuaria dis-
cussione causa commissa agitabatur in Comitijs
Joanis per Archiepiscopum Joanum, et sibi adhae-
rentes, atque de se profertur, quod cum antea etiam
anno sup.re lineae usum egregie oppugnaverit. Nunc
autem, inquit, re bene cognita, et simul ex ijs quae
audivi a P. Roberto, teste, si virtutem spectes
locupletissimo, sin autem harum rerum eruditione
non solum oculato, sed etiam facile omnium eruditissimo.
In eam deveni sententiam, ut mihi firmissime per-
suaserim nihil divinius excogitari potuisse ad
totius Orientis conversionem, quam Institutum
illud quod in Madurensi Missione servatur. Atque
utinam, addit, adversarij hanc veritatem argu-
mentis potius quam importunis declamationibus
discutere maluissent; idemque iudicium suum hac
de re seorsim sic expressit. Sapiens est, ubi
nova sese offerunt rationum pondera in re prae-
sertim morali, quae ad relationem, ut aiunt, de
facto pertinent, manum vertere atque in melius
pristinam commutare sententiam. Ed. semper
Linearum et Curumini stemmata, eorumque semper
extiti oppugnator acerrimus, quippe quae falsae
religionis specimen praeseferre videbantur.
At vero ubi diligenter, et accurate perlegi quae
pro Madurensi regione viri eruditissimi scrip-
sere, necnon mutuo librarum consilio expendi
qui referebant Archiepiscopus Cranganorensis
et Pr. Robertus Testes, si virtute spectes, lo-
cupletissimi, si Orientalium rerum, et Ethnicorum
morum experientiam, omni exceptione maiores.
In eam deveni sententiam, Lineae usum, et Curumini gesta

-tio-

-tionem non solum licitè permittendam Madurensi-
-bus Neophytis, sed etiam non posse sine gra-
-ui impendio Christianae Religionis ijsdem
denegari. Ex qua concessione nullum pu-
-to incommodum Goanae Urbem inuasurum.
Neque me in hanc sententiam ullus inor-
-dinatus pepulit affectus, sed conscientiae
stimulus adegit, Ethnicae Conuersionis amor
et studium incitauit, obsequium compulit ue-
-ritatis, à qua velatum quidem culmum aberra-
-re nefas existimo.
Aliam praeterea scripsit epistolam Archiepus Cranga-
-norensis eodem anno ad DD. Cardinales Inquisitio-
-nis Romam, in qua etiam conqueritur quod veniens
Romam reperit Primatem non tam Diplomatis Pon-
-tificij cum ipso, et cum primo Inquisitore Commissa-
-rium, sed Iudicem, immo et Aduersarium. Et quod
idem Primas sententiam suam quam una cum qui-
-busdam suis Clericis, et Monachis superiore anno
post notitiam Diplomatis Pontificij decreuit cō-
-tra sententiam eiusdem Ep. Archiepi Cranga-
-norensis, et P. Roberti; atque eodem Archiepisco-
-po inscio misit ad Ssmum Dnum et nunc in Comi-
-tijs istis Goanis inordinatis uocibus protulit;
sequentibus enim Clericis, et Monachis eisdem
in ista sua sententia approbanda, et vix da-
-to alijs tempore ad dicendum quae vellent: quae
quidem sententia est: Quod fila Brachma-
-norum, et Longior capillatura, necnon et san-
-dali usus, quotidianaeque Lotiones signa
sunt non quidem nobilitatis, sed potius protes-
-tatiua gentilitiae religionis nullo modo Neo-

-phytis Madurensibus etiam citra caeremonias debere concedi
Oppositam aut sentiam, nimirum quod ista signa sint insi-
-gnia, seu stemmata nobilitatis, et non Religionis, seu
superstitionis gentilium sic docet atque probat idem
Archiepus Cranganorensis in duobus eruditis tractati-
bus, quod et publico instro Goae confecto eodem anno
1619. medio iuramento testificatus est quae in ijsdem
tractatibus tradidit de istis signis, et stemmatibus
esse vera, eiusdemque sententiae veritatem confirma-
-runt suis testimonijs Viraguerolum Rex Cochini, Di-
dacus Valens Epus Iaponen, Io: Ferdinandus de
Almeyda Inquisitor, et 24 PP. Professi Soc.tis Iesu
tametsi nonulli ex illis alij in Lusitania, alij Goae
contriam sntiam tenuerint, et docuerint prius
quam hac de re plenorem acceperant informatio-
-nem et instructionem. Atque unus ex ipsis Ia-
cobus Phoenicius Capuanus habet haec verba = Sa-
-tis longa experientia comperi 36. annorum quos in
Conversione Indorum in hac Malabarica regione
consumpsi, quorum quindecim Calecutij commoratus,
et in Regia Samorini conversatus, qui est totius
Malabaricae regionis Imperator, adventantes ad
eum quotidie Brachmanes alios nobiles Indos
ego saepissime conveniens, et cum eis de Xpiana
Religione verba faciens, eorumque os multoties
apertissimis rationibus obstruens, nunquam potui
unum, vel alterum ex ipsis ad Xpi gregem per-
-ducere. Quindimmo Virquidam Samorini Regis
Astrologus iudiciarius, meis rationibus convic-
-tus favus est, sectam suam esse falsam, et a
tota ratione abhorrentem, nostramque veram
et sanctam, et, ut eius utar verbis, e caelo delapsa,

se

se tamen minimè suam posse abijcere, nostramque initiari absque iactura bonorum omnium, honoris, et Dignitatis, et hoc nonnisi ob nostrum cum omnibus commune viuendi genus, quod illi ignobile, abiectum, et maximè execrandum putant. Non enim illij unquam curæ fuit quem Deum colas, vel an sis Atheus, sed quo habitu incedas, an gestes Lineas, quo cibo, potuque utaris, an corpus abluas, ac denique an cum ignobilis stirpis hominibus commixtus viuas. Itaque modum ullum pro Nobilium Indorum ad Christi fidei conuersionem à P. Roberto excogitatum, et auctoritate illarum gentium Ordinarij, qui quidem est Archiepus Cranganorensis ab omnibus quibus scatebat superstitionibus expurgatum non solum non reijciendum, sed ultra amplexandum, et à S. Sede Apca approbandum censeo. Eandemque sniam Inquisitor Gnalis Lusitaniæ confirmauit.

Pro alia uero sententia quæ est Archiepi Goani extat epla scripta nominibus eiusdem Primatis, et Primi Inquisitoris Goani Francisci Burgos de Seusa, et ab ipsis subscripta Goæ 1620. ad S. Sanct., et scripsit ipse Goanus Archiepus proliscum Tractatum, in quo affirmat Epum Dehinensem Fr. Sebastianum de Sto Petro in eadem secum esse sentiam: scripserunt etiam pro eadem sentia Licentiatus Ioannes Belgado Fugueira Tractatum proliscum, et tres Ordines Religiosorum Diuersorum qui præter Clericos Societatis Iesu commorantes Goæ tres diuersos tractatus: Franciscani Tractatum unum subscriptum à duobus Religiosis

Ordinis S. Francisci, Dominicani Tractatum alterum subscriptum à tribus Religiosis, Augustiani tractatum 3.um etiam à tribus ex ipsis subscriptum. Qui omnes in istis suis tractatibus in hoc conveniunt, commemorata signa esse protestativa falsae Religionis, et superstitionis, qua colunt Idola, et falsi Dei ab Indis Gentilibus, et proinde non esse permittenda Brachmanibus recipientibus fidem, et professionem Xpianae Religionis non solum in maritimis Indiarum partibus subiectis Imperio Lusitanorum, sed nec in mediterraneis Locis, et si subsint Regibus Gentilibus.

Et censent quod Brachmanes sunt sacerdotes Indorum Gentilium, et quod Linea est eorum sacrum ornamentum, quo et non alio superaddito in sacris faciendis utuntur. Id quod inquit Archiepus Goanus, et ex ipso oculorum visu nobis de vicinis Idolorum famis constat. Nam Brachmanibus solum licet sacrificia offerre, matrimonijs assistere, Lineam, et caetera Indorum sacramenta conferre, Linguam sacram Guiraudanam edocere. Idolis servire, et cibos ministrare, et alia sacerdotalia munia obire. Addunt aliqui ex ijsdem Tractatibus hanc quoque rationem, propter quam non debent Brachmanes retentis memoratis signis admitti ad baptismum, et Christianae Religionem profitendam. Quia sicut qui portant eiusmodi signa, dum sunt adhuc Gentiles nolunt conversari cum inferiore populo neque in Civilibus, neque in sacris rebus, sic etiam cum sunt facti Christiani retinentes eadem signa nolunt communicare cum alijs etiamsi sint Christiani, qui

ea

ea non habent. Unde necesse est, ut Christiani Brach-
manes, et populares Christiani habeant diversa
templa, in quibus sacra pagant, et diversos sa-
cerdotes qui sacra ministrent: quod cum ita obser-
vatur, ut neque Brachmani Christiani adeant Tem-
pla Christianorum popularium, nec Brachmanum
Sacerdos Christianus conversetur cum Christiano
Sacerdote plebeiorum: Id videtur praeseferre spem
quandam schismatis inter Christianos, idest se-
parationem in Divinis.

Sic proposita, et declarata controversia cum sententijs
de ea discrepantibus, quae breviter ipsas repe-
tendo sunt haec duae.

Prior quidem illa, quae affirmat praedicta signa ex sua
institutione esse insignia, stemmata, et ornamenta
nobilitatis, ac proinde licere ea retinere, et conce-
di, aut permitti, ut retineantur ab illis, qui ex genti-
litate convertuntur ad Christianam Religionem
sic ut ab eisdem signis separentur quaecumque ex
errore gentilitio habebant adumeta superstitio-
nem continentia, sive in falsorum Deorum invoca-
tionibus, sive in orationibus, sive in alijs qui-
buscumque ritibus, seu Coeremonijs.

Posterior sententia est, quae negat eadem signa
esse insignia, stemmata, seu ornamenta politicae
nobilitatis, sed ex sua Institutione esse pro-
testativa superstitiosae Religionis, et falsi
Idolorum Cultus, ideoque non posse retineri, nec
permitti ut retineantur ab illis qui volunt fieri
Christiani

Censura quae de eadem controversia, et sententijs
fieri possit atque debeat, haec videtur, priorem sen-

-tentiam praeferendam esse posteriori, adeoque prio-
rem sniam esse suscipienda, reiecta posteriori,
quoniam prior sententia habet certiora argumenta
et testimonia tam ex libris, quam ab hominibus,
quibus probari possit quod in ipsa affirmatur esse
licitum, quam habet posterior sententia id ipsum
non licere. Atque etiam pro priorem sententiam con-
-sulitur, idque licita ratione facilitati conversio-
-nis istarum gentium; iuxta quod Paulus V. in suis litteris
Apostolicis monet, et mandat consulendum. Id quod
non fit pro sententiam posteriorem.
Hoc argumentis aut, et testimonijs, quae adduci pos-
-sunt ad probandam priorem sententiam. Primum
sit ex ipsa forma verborum quae proescribitur in libris
secretioribus Brachmanum adhibenda a Mnro
Brachmano, quando discipulo lineam imponit,
prout testantur illi qui istos libros viderunt, et lege-
-runt Quippe quae forma haec est. Ego te hoc lineae
stemmate clarifico, seu illustrem facio: quae eadem
forma adhibetur quando Regio viro imponitur linea
atque in ijsdem libris etiam legitur, quod hoc stemma
lineae Brachmanibus, Regijs viris, et mercatori-
-bus propriam uniuscuiusque nativitatem declarat
2.° Cum Orientales Indi spectando politicum eorum
statum distribuantur, uti praemissum est, in no-
-biles, et plebeios, quamvis utrisque sit commune
eandem profiteri Religione superstitiosa, et eadem
falsos Deos colere, tamen non possunt plebeij
usurpare signa illa iam antea explicata, sed
solis nobilibus licet eis uti: propterea quod sunt
insignia, seu stemmata suarum stirpium, et nobili-
-tatis earum.

3.°

3.° Cum præter signa illa nobilibus propria sint apud Indos istos alia quædam signa peculiariter instituta in cultum, et honorem suorum Deorum, velut in honorem Bramę, quem tanquam Terræ Dominante colunt, unctio quædam confecta ex oriza, et alijs terræ nascentibus, et in honorem Visnu, quem velut aquæ Præsidentem adorant, unctio ex quodam gypso aqua madefacto, et in cultum Maesso, quem tanquam Deum Ignis honorant, pulvis, seu cinis ex quodam fimo combusto remanens.

Notum est quod prout conveniunt nobiles, et plebeij in colendis, et honorandis eiusmodi Dijs, sic et sunt utrisque communia signa ista superstitiosa instituta in honorem Deorum quos colunt. At non sunt communia plebeijs signa illa, quæ dicta sunt esse propria nobilibus, quia non Religionis, seu superstitionis, sed nobilitatis sunt insignia, et stemmata.

4.° Cum apud Indos sit stricta admodum observatio iuxta Leges ipsorum in retinendis signis nobilitatis ab unoquoque in suo ordine, et quæ sunt ordini suo propria. Quoad Religionem autem tanta Libertas, seu Licentia, ut ex ea sint apud ipsos, et quidem impunè tam inter nobiles, quam inter plebeios complura diversa sectarum genera, ita quod ex omnibus suis Dijs, aliqui istum, vel illum reiectis cæteris colunt, sectarij isti prout diversos colunt Deos, sic et diversa habent signa ex illis quæ Deorum cultui sunt appropriata. Unusquisque sive nobilis, sive ignobilis signum proprium Deo, quem ipse colit, neglectis et contemptis signis aliorum Deorum, etiamsi

sint quos aliâ coluit, sed qui ex sectarijs tam diuersis sunt nobiles sicut conueniunt in ordine, et gradu nobilitatis, sic et conueniunt in eisdem signis suae nobilitatis retinendis cum diuersitate in Religione.

5.° Cum ex licentia ista sint apud Indos multi Atheij quos Butthares uocant etiam ex nobilibus, et quidem ex ipsis Brachmanis, qui nullum agnoscunt Deum sed e medio tollunt omnem Deorum Religionem, cultum, sacerdotium, sacrificium, atque ipsas leges respuunt, quae de his apud Ethnicos statuunt, et seruantur, ita quod adeoque in nullo conueniunt cum Brachmanibus Ethnicis nisi in politica stirpe, et tractatione Philosophiae, aliarumque naturalium scientiarum, itaque isti non utuntur quidem unquam signis proprijs cultui Deorum apud Ethnicos omnis ordinis etiam Brachmanes Regios viros, et mercatores, verum gestant Lineam, et Caruminum tanquam propria stemmata nobilitatis, et stirpis communis ipsis cum alijs Nobilibus Ethnicis Cultoribus Idolorum.

6 Cum apud Indos sit honoratior quaedam secta virorum quos ipsi uocant Nhanos, et Gnanoros, quod idem sonat ac spiritualium virorum, ex quibus nonnulli sunt Brachmanes qui profitentur scientiam quam uocant Vedantam, et habetur finis totius scientiae, et de quibus antea commemoratum est, quod nullum colunt Idolum, legesque omnes Gentilium de falsorum Deorum cultu docent esse fictitium inuentum. Ipsi autem agnoscunt unum solum esse Deum naturali lumine notum, qui cum sit spiritus, et non corporeus,

in

in spiritu tantum est adorandus, atque ex naturali rationis lumine bona opera, moralesque virtutes amplectendas, et vitia atque peccata fugienda docent. Isti igr spirituales Brachmani repudiant quidem signa, omnia propria cultui Idolorum, sed lineam et Curumbis retinent tanquam insignia nobilitatis ipsis cum alijs communis.

7.° Cum sint apud Indos alij quasi apud nos religiosi viri, qui, prout antea etiam notatum est, Saniasses appellantur, quod proinde est ac perfecte abnegantes: Isti quia profitentur se abnegare Mundum, omnesque eius pompas, honores, et divitias, et perpetuam velle servare castitatem, ut sic liberius, et attentius vacent veneratione Idolorum, quae pro Dijs habent, atque colunt, retinent quidem propterea signa propria isti cultui, sed deponunt lineam, et Curuminum, quod in isto casu ipsis licet, quia non religionis, sed nobilitatis secularis sunt signa, cui profitentur ipsi se renunciasse.

8. Cum apud Indos stemmata, seu intersignia lineae et Curumbis, quamvis ex communi ordinate Legum sint propria nobilium stirpium viris, tamen subinde velut ex privilegio, seu gratia quadam speciali conferantur aliquibus aliarum stirpium viris ad ipsos honorandum ob aliquam insignem eorum virtutem, veluti equitibus quibusdam egregijs, sectatoribus strenuis, et opificibus aliquot in sua arte excellentibus, Architectis, Aurificibus, argentarijs, fabris, ferrarijs, lignarijs, et figulis. Qui

hac de causa donantur, et ornantur istis insigni-
bus, sic valent ipsis ad civilem honorem, ita ut pos-
sint cum nobilibus civiliter conversari, et nul-
lum tribuant privilegium, Ius, aut gradum in
religionis negocio, neque enim ob stemmata is-
ta nobilium sic accepta possunt cum nobili-
bus, seu nobilium sacrificia pagere, seu cele-
brare, sed quoad sacrificia, et sacra omnia
remanent eiusdem conditionis cum alijs plebeijs

9. Cum Brachmanes, et alij nobiles Indiani
qui retinendo lineam, et curuminum fiunt Chris-
tiani, vel facti Christiani eis insigniuntur
aperte profiteantur se ea retinere, et gestare
non ex ulla, seu cum ulla intentione super-
stitionis aliàs eis adiunctae continuandae,
sed tanquam stemmata suae nobilitatis politicae
à qua sciunt, se per leges Civiles regionis cum
magna iactura, damno, et ignominia deijcien-
dos, si eius stemmata vel abijciant ipsi, vel
auferri sibi patiantur. Quod haec eorum pro-
fessio sit syncera, hinc debet merito persua-
deri, quia quaecumque superstitionem ullam
continentia, cum eisdem signis sub genti-
litate adiungebantur in orationibus, invo-
cationibus, adorationibus, aut ritibus, seu
caeremonijs quibuscumque pertinentibus ad
cultum Idolorum, seu falsorum Deorum, illa
prorsus omittuntur ab eis, et circa eos, qui
convertuntur ad fidem Christi, et quando conver-
tuntur abijciunt omnia alia signa, de quibus
notum est, quod ex sua Institutione pertinent

atq

atque referuntur ad cultum Idolorum, et una cum fide Christi, et baptismo accipiunt libenter, et gestant devotè signa protestativa fidei Christianæ et Catholicæ, velut imagines Xpi crucifixi, cereos benedictos, quos vocamus Agnus Dei, et Sanctorum verè Dei reliquias. Nec deinceps unquam interveniunt sacrificijs, seu cæremonijs superstitiosis Ethnicorum sive Brachmanum, sive aliorum quorumcumque. Denique protestantur palam se non esse amplius cultores falsorum Deorum, sed pro gratiam unius veri Dei esse Christianos.

10.° Quod signa, de quibus agitur, sint insignia, seu stemmata nobilitatis, et non religionis ex sua Institutione testantur, et iuridicè interrogati deponunt sub Iuramento alij Brachmani, qui docti sunt, licèt adhuc Ethnici è Civitate, et regione Madurensi, norunt etiam, et agnoscunt tam ipsi, quam alij ibidem Ethnici, quod signa ista gestantur à Brachmanis Xpianis, non tanquam protestativa religionis Gentilis, aut Deorum Gentilium, seu Ethnicorum, quæ sciunt istos suos Deos, et Leges eos colendi à Brachmanis Christianis omnino respui tametsi ista signa suæ nobilitatis, et stirpis gestent. Idipsum testantur similiter et alij, qui leges, mores, ritus, et Instituta Madurensis regionis proprius, et certius norunt, quales præter testes antea allegatos fuerunt fideles quidam,

et gravissimi viri, qui prout scripsit Inquisitor generalis Regni Lusitaniæ, et Indiarum Orientalium ex Indijs appulsi Vlyssiponem quod iam dictum est de istis signis confirmarunt. Quibus accedit, quod supra omnia valet, sicut dicit Censura Inquisitionis Lusitaniæ, testimonium D. Hieronymi de Atheuedo, qui Pro Rex in India fuit, et Regnum de Ceilan expugnavit, in quo multis annis Dux extitit Generalis, siquidem et ille affirmavit tanquam rem sibi notissimam dictas Lineas esse nobilitatis signum.

44.° Accedunt ad hoc confirmandum facta et exempla duorum celebrium Archiepiscoporum Goanæ Urbis, et Provinciæ, unus est Gaspar primus Episcopus istius Ecclesiæ qui Tanoris Regem, postquam opera quorundam Doctorum, et timentium Deum virorum conversus esset ad Christianam Religionem gestantem signa Lineæ, et Curumini baptizatum venientem ad se cum istis signis sacro Chrismate urescit. Qui quidem Rex, cum postea volens se conformare Lusitanis non tantum in Religione, sed etiam in politica uviendi ratione contra mores politicos gentis suæ, et stirpis eadem signa deposuerat inde Proceribus Regni sui despectui habitus et populo exosus redditus, ut eos sibi reconciliaret defecit denuo à religione Christi, in qua posset permanere si ea signa retinuisset. Alter Archiepiscopus Alexius Menesius, cuius iudicium

de

de istis signis est antea iudicatum. Hic enim Archi-
-episcopus Samorini Regis Calecutij, nepotem ex
sorore similia signa gestantem baptizatum paulo
ante Calecutij, cum ijsdem signis Goę in conspectu
totius Vrbis sacro Chrismate confirmauit. Quae
quidem non fecissent tam docti, et Religiosi
Epi, nisi et ipsi, et alij cum ipsis doctissimi
viri iudicassent, signa ista esse nobilitatis
insignia, stemmata, et ornamenta.

12. Quod usus eorundem signorum relinquendus sit
Brachmanibus, et alijs Nobilibus Madurensi-
-bus in India conuersis ad fide Christi, con-
-firmari potest ex simili praxi, qua Patres Soc.
Iesu apud Chinas Euangelium Christi praedicantes
quosdam Mandarinos qui sunt nobilissimi inter
Chinenses, sua praedicatione productos ad fide
Christianam baptizauit, ita quod non egerunt cum
illis, ut proliscam caesariem, aquilinos ungues,
uestiumque, et pileorum peculiarem ipsis usum
deponerent, propterea quod intelligerent, huiusmodi
apud Chinenses non esse ullius superstitionis,
sed multae dignitatis ornamenta.

Immo Pr Riccius, qui primus è Societate Iesu
in Chinam penetrauit, expertus se, dum in consueto
sibi habitu simplici presbiteri incederet, non
potuisse fructum apud Chinenses facere, assump-
-to illorum habitu, coepit liberius inter ipsos con-
-uersari, ita ut et ipsi illum, et ipse illos fami-
-liarius frequentaret, indeque coepit occasionem
praedicandi Euangelium Christi cum secuto inde
fructu.

13. ~~fructu~~ valet ad ipsum proprius confirmandum, quod cum in ipsarum Indiarum parte quadam sint antiquissimi Christiani, qui dicuntur S. Thomae nobiliores inter illos, utuntur ipsis lineis quibus Brachmanes, nec propterea tamen Ethnici Brachmanes reputant eos sequaces suorum de relig. dogmatum, neque ulli omnino putant eos portare ista tanquam signa religionis, nec ulli Xpni scandelizantur, inde quod idem antiqui Christiani portent eiusmodi signa communia ipsis cum Ethnicis.

14. Allegari merito potest iudicium Inquisitoris Glis, et Censura ipsius Inquisitionis missa: quippe quibus iudicio, et censura haec eadem prior sententia tanquam simpliciter vera, ac tuta sic approbatur, et confirmatur ut sentiant, ac concludant. Quod quia signa ista de quibus agitur, sunt ex sua institutione insignia nobilitatis, eiusque in sapientia, et scientia fundate loquendo de signis Brachmanum, tametsi ex errore gentilitio illorum usui sit admixtus superstitiosus aliquis modus, vel finis quo referuntur ad cultum Idolorum. Idcirco separando ab illis superstitiosum omnes modum, et finem, merito sunt permittenda Brachmanibus, et aliis nobilibus Indis ad fidem Christianam conversis ob finem quem habent ex sua Institutione, qui est ad testificandum suam nobilitatem, quandoquidem et sunt iustae causae propter quas ita conceduntur, nimirum ut facilius convertantur eiusmodi Indiani, et ut vitentur iacturae, et damna, quae deponendo eadem signa, incurrerent, et possunt sine scandalo sic concedi, seu permitti, quando declaratur,

atque

atque innotescit, qua de causa, et quomodo adhiben-
tur.

Cum etiam illi qui tuentur posteriorem sententiam ne-
gantem eiusmodi signa permittenda Brachmanibus
aut alijs nobilibus Indis qui ad Christum
conuertuntur, nequidem in Madurensi Regno,
aut alijs regionibus, etiamsi sint subiectae
Regibus Ethnicis, quia censent ea ex sua In-
stitutione esse superstitiosa, et ipsi varia adducant
argumenta, et testimonia ad probandam eandem
sententiam: De his merito iudicat Censura In-
quisitionis Vlyssiponensis non esse solida, aut
authentica, id quod declarant assertores prioris
sententiae, quia nituntur relationibus hominum
qui non sunt versati in libris secretioribus
Brachmanum doctiorum, aut in Legibus, et Ri-
tibus Mandurensis Mediterraneae regionis;
sunt enim vel Lusitani non multum ultra mari-
timas ditiones Indiarum progressi, sed remanen-
tes Goae, et in eius Districtu, atque vicinis ter-
ritorijs, Canarinis, seu alijs non multum inde
remotis, nec aliud scire poterant de legibus et
ritibus Indorum, quam quae in istis viderunt, et di-
dicerunt ditionibus, vel qui ibidem commoran-
tes vocantur Brachmanes, maxime si Lineas
portant; sunt autem Mercatores Cornoti, vel
Congoni non callentes Linguam Guirandanam
aut doctrinam verorum Brachmanum, vel si ali-
qui de Brachmanum stirpe quapiam eo veni-
ant ex mediterraneis regionibus et Madurensi
sunt plerique indocti; itaut quae referunt sive
de libris, et quasi ex libris, sive de scientijs,

legibus, et Institutis Brachmanum ex auditu tantum hauserint, et adiungi par. pot. qd sunt fere fabulosa quale est qd ex relat. huiusmodi hominum allegant defensores huius posterioris sntiae, de inuentione, et prima institut. lineae tanqm uxor Bramae eam neuisset, et ipse Brama prius eam tradidisset Brachmanis a se sic denominatis. Id qd manifestum est non minus esse fabulosum, quam quod Poetae Graeci, et Latini finxerunt, et scripserunt, Bacchum esse Deum, seu Inuentorem Vini, et Cererem esse Deam frugum. Nec certiorem quam istam habuerunt notitiam de his rebus, uel ipse Christophorus Archiepus Goanus, uel Sebastianus Epus Cochinensis ob distantiam suam a Madurensi Ciuitate, et qui pro eiusdem Archiepi sntia scripserunt, siue Religiosi commorantes Goae tantum in relationibus auditis se praecipue fundant.

Ex argumentis autem pro eadem hac posteriori sententia a defensoribus eius adductis, quae consideratione aliquam merentur, unum est illud quod proferunt dicentes, Brachmanes esse Sacerdotes Indorum Idolatrarum, et eorum sacrum, et religiosum ornatum esse lineam, id quod prolixius aliis prosequitur ipse Archiepus Goanus in suo Tractatu affirmans illos quos Botos, et Guros vocant, et sunt inquit, Brachmanes, inter omnes Gentiles omnes doctissimi et nobilissimi caeterorum Brachmanum, et totius Gentilitatis esse Patres, Sacerdotes, et Magistros, et dicit, illos non esse quidem fani ministros, sed maiores multo auctoritatis, Legis Praedicatores, Doctores, et Magistros, et ppter suum sacerdotium in tanta ueneratione omnibus esse, ut apud reliquos Genti-

es

-les multo maiori sint honori, quam apud nos sunt veri
De sacerdotes, adeo quod et ipsi Reges eos tanquam
superiores suos suscipiant, et reuereantur. Itaque
quidem tradit iste Archiepus tanquam ex illis quas
habere potuit relationibus de sacerdotibus, et
sacerdotio Indorum Gentilium, idque ut probet, et
persuadeat, lineam ex institutione sua esse
signum sacerdotij Gentilitij, et consequenter ho-
-noris, atque dignitatis non politicae, sed quae debe-
-tur huiusmodi sacerdotibus, et quia sacerdotium istud
est superstitiosum, ideo lineam esse superstitio-
-sum signum: Sed prioris sententiae assertores ne-
-gant, Brachmanes esse sacerdotes, loquendo de
sacerdotibus ex officio, quales sunt illi soli qui
auctoritate publica ad hoc destinati sunt, ut in pu-
-blicis templis non in suum tantum, sed in publi-
-cum aliorum bonum sacra faciunt, quales cum
sint apud omnes Ethnicorum gentes, quilibet apud eos
quando vult pro sua causa sacrificat. Notantur
par ijdem prioris sententiae assertores, quod cum Brach-
-manis apud Indos proprium sit, et gentile officium
docendi sententias, et disciplinas omnes tam Di-
-uinas quam humanas, et quae de religione, et sa-
-crificijs tractant: Ideo licet ipsi non sint (in-
-quiunt) sacerdotes, tamen ad ipsos pertinet docere alios
sacrificandi modum, ritum, et ordine, et in sacri-
-ficando eos dirigere, ut absque errore sacrum
fiat: Id quod non tam sacerdotis, quam Doctoris
munus est. Addunt praeterea quod cum Brachma-
-nes habeant quaedam sacrificia distincta quidem
a plebeijs, sed communia sibi cum Regijs viris
et mercatoribus quae possunt ~~isti~~ singuli ex

ex tribus istis nobilium ordinibus pro se offerre, quando Brachman aliquis sacrificium facit, tunc nullus interest Regius vir, Mercator, aut alius quispiam nisi sexdecim alij Brachmani, quasi directores, seu Magistri caeremoniarum, qui etiam intersunt similiter dirigentes, quando Regius vir, seu mercator sacrificat; qui autem sunt sacerdotes apud Indos sicut et apud Chinenses sunt inferioris conditionis homines, nec portant lineas, quia non reputantur inter nobiles, et sunt illi de quibus antea dictum est, quod ministrant in Templis maioribus, et minoribus, et vocantur apud Madurenses illi qui in maioribus Templis ministrant Nambini, alij qui in minoribus Pandarae, apud Canarinos autem vocantur Boti: qui cum sint inferioris conditionis quam sint mercatores nobiles, qui ibi portant lineam, et ob id tametsi abusive vocantur Brachmanes, atque ex hoc titulo eisdem Botis in Templis praesident, eosque dirigunt. Hinc innotescit, quod non fuit vera relatio, qua prolatum ad Archiepiscopum Goanum quod Boti sunt Brachmanes et quidem primi atque principales. Innotescit etiam quod linea non sit sacrum, aut proprium ornamentum sacrificantium; quandoquidem Boti, licet non portent lineam, quia non reputantur nobiles, tamen sacrificant, et Brachmanis uti foris sic et in Templis portant, quoniam apud Gentiles istos Indos non est peculiaris aliquis habitus designatus, illis qui sacrificant aut praesident sacrificantibus tantum quoad hoc ordinatur, ut nemo cum laceo, aut immundo

habi=

habitu sacrificet, sed qui vult sacrificare, debet
habere suum habitum, seu consuetum vestimentum
integrum, et mundum. Quod autem Brachmanes
non sint Indorum Gentilium Sacerdotes cum Censu-
ra allegata Inquisitionis Ulyssiponensis appro-
bans priorem sententiam argumento eiusmodi
probet: si Brachmanes essent Sacerdotes, agen-
dum sibi erat cum plebeijs, ut videre est in omni
gentilitate, in qua per Lumen naturale semper
Sacerdotes inter Deum, et populum quem doce-
bant, et instruebant, mediatores extiterunt. At
Brachmanes utpote nobiles per Leges Indorum
non possunt familiariter agere cum plebeijs, pro-
ut antea est notatum. Quoniam ad id respon-
deri posset quod apud Indos istos sicut nobi-
les sunt distincti, et separati à plebeijs, sic
et possent nobiles habere sacerdotes distinc-
tos, et diversos à sacerdotibus plebeiorum,
qui sacerdotes nobilium cum ipsis quidem,
sed non cum plebeijs familiariter agerent, quo-
modo agunt Liberè Brachmanes cum omni
ordine et gradu nobilium non solum cum alijs
Brachmanibus, sed etiam cum Regijs viris, et Mer-
catoribus. Ideo mallem hic adiungere, quod
Licet Brachmanes essent sacerdotes, tamen
quando fiunt Christiani, posset permitti, seu
concedi ipsis usus Lineæ, quia tunc de sa-
cerdotio illorum aliquid tale cogitandum esset
quale fuit in sacerdotio Gentium colentium
unum verum Deum tempore Legis Naturæ, ni-
mirum ut sic apud Gentes illas cultores veri

Dei sacerdotium fuerat annexum primogenituræ, ita quod prout testatur S. Hieronymus in Quæstionibus Hebraicis ex traditione Iudeorum à Noe usque ad Moysen omnes primogeniti erant sacerdotes, sic apud Gentiles istos Indos sacerdotium ipsorum præcipuum, et principale sit annexum sapientiæ, seu Nobilitati, quæ fundata est in sapientia et scientia, cuius professores apud illos sunt soli Brachmani. Et sicut instituto à Deo per Moysen alio sacerdotio quod restrictum erat ad Tribum Levi, primogeniti aliarum Tribuum, desierunt quidem esse sacerdotes, sed retinuerunt nobilitate, et dignitate omnem civilem ratione suæ primogenituræ sibi competentem, prout patet de illis Principibus Israel, et capitibus familiarium, qui quando complevit Moyses Tabernaculum Domini, et altare in eo dedicavit, describuntur in Libro numerorum munera coram Dño ante illud altare obtulisse, sic et Brachmani si sint aliqui, et qui sunt apud Gentiles Indos constituti in sacerdotio seu alio ministerio religionis, quando fiunt Christiani debent quidem renunciare huiusmodi ministerio, seu sacerdotio, sed sicut retinent nobilitatem suam politicam in sapientia sicut dictum est fundata, sic et possunt retinere signa, quæ sunt istius nobilitatis insignia, seu stemmata

Ad aliud argumentum quod adiunctum est ad probandum, non debere Brachmanes retentis istis signis admitti ad baptismum, propterea quæ

quandiu ea retinent manent separati a Xpiani
plebeijs etiam in Diuinis quod uidetur praeseferre
in Religione schisma. Solutio adhiberi potest
separationem istam non esse in Religione, si-
cut fuit sub gentilitate, cum utrique et Brach-
manes, et plebeij Christiani idem prorsus habe-
ant sacrificium, eadem sacramenta, orationes,
et omnia sacra, neque etiam est ex religionis
causa ista separatio, prout et Brachmanes
ipsi profitentur, et norunt plebeij Christia-
-ni, sed est ex alia causa, eaque Ciuili, prop-
-terquam debet tolerari quousque Indorum
Reges per Dei gratiam facti ipsi Xpiani ui-
-derint subiectos sibi populos beneficio Chris-
-tianae Religionis ita mansuefactos, et
edoctos se ex animo praebere obtemperantes, et
fideles suis superioribus, ut non sit futurum
opus tamen illos in eiusmodi seruitute, qua
separantur, et arcentur ab omni conuersatione
cum nobilibus. Quomodo, et in principio nas-
-centis Ecclesiae Christianae, ut Iudei, et Gentes
facilius ad unam, eandemque religionem Chris-
-tianam perducerentur sunt quaedam tolerata, quae
habebant locum quousque sacramentum illud,
quod sicut tradit Apostolus Paulus scribens ad
Ephes. alijs generationibus non est agnitum
filijs hominum, sicuti nunc, inquit, reuelatum
est SS. Apostolis eius Christi, et prophetis in spiritu,
gentes esse coheredes, et concorporales, et compar-

ticipes passionis eius in Christo Iesu per Euangelium sufficienter esset promulgatum, atque propalatum. Praeter ista duo argumenta, quae plusculum difficultatis habere videbantur, monet Archiepus, quod Pr. Robertus, qui ad Lineam, quam sicut praenotatum est, assumpsit intertextam filis aureis crucem quandam auream paruam appendit, cum vellet ut et Brachmani simile crucem suis Lineis appenderent, nunquam hoc potuit illis persuadere, quod argumento esse putat Archiepus, ipsos, licet praeseferrent, uelle fieri Christianos, vel suo modo essent facti Christiani, non habere in eo quod deberent honore crucem Christi, quod est symbolum Christianae Religionis, sed ei praeferre symbola suae pristinae superstitionis. Verum si quid in argumento isto monetur cum rei quae in ipso narratur circumstantiis, prout re vera accidit, plenius innotesceret, tunc posset argumentum retorqueri ad probandum, signa Brachmanum, de quibus agitur, esse stemmata nobilitatis politicae, et non religionis symbola; nam quod noluerunt Brachmanes ad suas Lineas appendere Crucem Christi, haec causa est quia scientes illa esse signa non religionis, sed nobilitatis, quam non aufert illis professio Christianae Religionis, quales portabant Lineas, dum adhuc gentiles essent, tales portare uolunt facti Christiani. Coeterogquin quod et quantum Brachmani Christiani honorent Crucem Christi, noverunt illi, qui uiderunt ipsos portare ad collum cum magna deuotione, et uenerat. Cruce Christi, cereos sacros quos uocamus Agnos Dei et reliquias sanctorum si quas, et quasque possunt obtinere.

Monet

Mouet etiam idem Archiepus, qd cum pro libertate Religionis
cuiusqq profitendae in Indijs quae sunt subiectae Regijs
Ethnicis etiam in Madurensi Regione licitum sit qui-
busuis qui volunt amplecti religionem Christianam,
itaut qui Christiani fiunt, non propterea opprimantur, aut
uilipendantur, inde appareat consequi, nulla
subesse necessitate, aut iustam causam, propter
quam Brachmanes qui fiunt Christiani retineant
lineas, aut alia gentilitatis suae signa. Et
uerum quidem est, quod in illis regionibus tanta sit
libertas Xpnorum, ut non tantum Christiani aliunde
aduentitantes, iniunie illic agant, et libere con-
uersentur cum cuiusuis ordinis ibidem hominibus
sed quod etiam ipsi indigenae, qui Christiani fi-
unt, aut volunt fieri, non propterea puniantur
a publica potestate, tametsi ab amicis, et cogna-
tis qui inde offenduntur, fortasse despiciantur et
uitentur ob desertam patriam Religionem; itaque
nec Brachmani qui fiunt Christiani, retentis li-
neis puniuntur, aut ob id deteriis tractantur, sed
si deponant lineas, tunc despiciuntur, et puniuntur
pt praedictum est, non quia fiunt Christiani, sed
quia deponunt signa necessaria ad testificanda
suam nobilitatem. Inde ex illis quae mouentur
in isto argumento, consequens potius est, quam
oppositum, quod Brachmani qui fiunt Christiani,
debeant lineas, et alia nobilitatis suae signa
retinere, idque ex iustis, et necessarijs causis
partis ob lucrum emergens, inde religioni pro
faciliorem conuersionem eorundem Brachmanum
tam ex libertate concessa publice, quam ex pro-
pria ipsorum uoluntate, quando uident se suscipien-
do Christianam Religionem, nulla subire

iacturam suae nobilitatis, cuius signa retinent, partim ob damnum cessans quod ijdem Brachmani incurrerent deponendo ista signa, tam perdendo suam nobilitatem, quam incurrendo poenas a publica potestate.

Superest adhuc argumentum quod praecipui est momenti pro hac sententia posteriori, et sumitur ex iudicio, et decreto quodam Concilij Provincialis Goani non unius tm, sed 4r. diversorum Conciliorum in quibus videtur iudicari, et decerni, idemque censendum est de alijs illis signis, quae dicta sunt insignia nobilitatis esse signa protestativa falsae religionis. Ideoque supplicant PP. Regi Catholico, ut Lege Lata prohibeat huiusmodi signa, atque iudicium istud, et Decretum Inquisitio Goana sic est amplexa, et secuta quod in casu quo quispiam in Ditione Goana Christianus factus reassumeret Lineam, aut ullum aliud ex istis signis, ob id procedebat contra ipsum, tanquam contra haereticum, ex quo iudicio decreto, et secuta inde executione quod desumitur argumentum, si ego cum aliquibus dicerem respondere Patres istorum Conciliorum ita iudicasse, et decrevisse ex ignorantia, seu neglecta, aut non accepta sufficiente informatione de instructione et significatione istorum signorum, quia non viderem mihi tunc satis reverenter loqui; Idcirco, ut cum maiore reverentia respondeam, ipsum Iudicium et decretum Conciliorum in medium afferam, ut clarius, et certius videatur, quam conveniens sit responsio, quae ad argumentum istud dabitur.

Primum ergo Concilium, quod Goae celebratum

anno

anno 1563. Præsidente D. Gasparo primo Archiepo Goano, considerans, iudensque grauissimas offensas, quibus Infideles in hac, inquit, Prouincia suos ritus, et coeremonias exercendo Deum offendunt à Regia Celsitud.e, qui tunc erat Rex Lusitaniæ petiuit, ut per publica edicta iubeat omne Idolatriam ab hoc statu exterminari et præsertim prohibeat, ne Infideles in collo Lineam, nec in fronte, uel in pectore Sandalum deferant; siquidem æquissimum et iustissimum est, inquit, ut in Regis Catholici Dominio nullus signo aliquo protestatiuo Dæmonem possit, ut Deum adorare.

2.m Concilium quod ibidem celebratum anno 1575. præsidente eodem D. Gasparo, qui cum antea Archiepatum renunciasset post mortem sui successoris ad eundem Archiepatum Goanum reactum est, similiter petijt à Regia Celsitud.e, ut Lege caueat ne ullus Brachman Lineam deferat, sicut iam in primo Concilio supplicatum fuit.

3.m Concilium quod ibidem celebratum anno 1605. ita iudicat: Cum Linea quam Brachmanes, et hanc partim alij Gentiles iuxta carnem ab humero dextero ad sinistrum latus appensum deferunt, iuxta informationem quæ ab illis ipsis postquam ad fidem sunt conuersi, habetur, sit signum falsæ religionis protestatiuum, quæ quidem in se plures cæremonias gentilitias continet, et quamqui deferunt tenentur ad certas orationes, supstitiosas, quæ his coerimonijs Deus maxime offenditur. Iam in duobus anteactis Concilijs à Regia Celsitud.e supplicatum est, ut illis huius usus Lineæ in eius Dnio prohiberetur. Et quia hoc adhuc prohibitum à Rege non est; Ideo hoc

3.m Concilium instanter à Regia Maiestate petit, ut Lege lata Brachmanibus, et coeteris Infidelibus qui Lineam soleant deferre eius usum in ipsius Dominio prohibeat.

5.m Concilium (nam in 4.o non est hac de re actum) celebratum anno 1606. ita censet, et sentiam profert: Cum in alijs Concilijs huius Prouinciae à Maiestate Catholica supplicatum fuerit, ut Vassallis Gentilibus Lineae usum in hoc eius statu prohiberet, quia est Idolatriae insigne, et pluribus gentilitijs coeremonijs confertur, et magno Neophytorum scandalo ab ipsis portato petit iterum hoc Concilium, ut Lege caueat ne Gentiles in hoc statu Lineam deferant sub poenis, quibus Regi prohibere uisum fuit.

Haec sunt quae in Concilijs istis proponuntur, iudicantur, seu statuuntur, et petuntur, et ex quibus urget Archiepus Goanus, ut nec Manduraeque nec alibi concedatur, seu permittatur Neophitis, aut Conuersis ad Christianam Religionem Brachmanis, siue alijs usus Lineae, aut aliorum signorum de quibus agitur. Verum si attentius considerentur quae continentur in Concilijs quomodocumque uocentur, siue Decreta, siue Statuta, siue iudicia, siue Censurae, siue sententiae, siue propositiones, adiunctis petitionibus, apparebit euidenter ex illis id non sequi, quod urget Archiepus, quandoquidem Concilia expresse loquuntur de Brachmanibus Goanis, id est de illis, qui sic uocantur Goae, et non sunt proprie Brachmanes, sed Mercatores qui commorantur in ditione subiecta Catholicis Hispaniae, et Lusitaniae Regibus, et

qui

qui cum sint indocti ita ut non habeant notitiam
quae traditur in libris verorum Brachmanum
de prima institutione lineae, et alior. istorum
signor. iuxta quam sunt stemmata nobilitatis
politiae non aliqs dederunt, aut dare potuerunt
informationes quam solum ex persuasione, et
notitia quam habebant de adiunctis superstitio-
nibus cum eisdem signis, iuxta quas sunt protes-
tativa falsae Religionis, et cultus Idolorum
seu falsorum Deorum. Quae persuasio quia
omnium passim et Indor. commorantium in
Goana ditione cum Gentilium, tum Conversor.
Idcirco meritò petierunt Concilia à Catholicis
Regibus, ut omnibus in eadem ditione quae ipsis
est subiecta etiam Brachmanis, aliisq. Infidelibus
usum eorumdem signor. idque sub poenis quas
vellent proliberent, et iuxta quod in Conciliis de-
claratum erat de usu istor. signor. Inquisitio
iustè contra illos processit tam quam haereticos
qui aliquando facti Christiani lineas, quales tunc
ex iam d.a persuasione abiecerunt, denuò re-
sumpserunt

Verum eis non repugnat quin usus eorumdem
signorum iuxta primam eorum institutionem
ex qua sunt insignia nobilitatis politicae possit

ac

ac debeat conuersis ad Christianam Relig.ne
in Regionibus quæ subiectæ sunt Regibus Ethnicis
permitti, et concedi, separando ab huiusmodi signis
omnia quæ superaddita seu adiuncta fuerunt
ex superstitione Ethnica.
Quomodo quod permittuntur, et concedentur quando
datur sufficiens cadere instructio, seu notitia
per hanc obviatur satis omni scandalo, quod
quispiam imaginetur ex ista permissione seu
concessione posse uspiam accipi. Qua notitia
data seu accepta in ditione quacumque
Catholicis Regibus subiecta, si tunc ex ea notitia
quispiam, qui aliquando fuit Christianus re=
sumat quas abiecit Lineas, non potest quidem
amplius contra illum tamquam hæreticum
procedi, sed quia Catholici Reges possunt habere
legitimas causas etiam politicas prohibendi
omnibus in ditione sibi subiecta usum linearum et
aliorum huiusmodi signorum, si quis contra eorundem
Regum prohibitionem easdem Lineas aut alia
signa portet sive sit Christianus seu conversus
sive adhuc Gentilis meretur castigari pœnis
per eiusmodi prohibitiones ordinatis.
Ex quibus omnibus concludendo quidnam per
Sanctam

Sanctam Sedem Aplicam ordinari possit atque
debeat de eiusmodi Signis Subiungam iam
meum de hoc votum et suffragium quatuor
his propositionibus breviter comprehensum
suffragium et votum de eadem controversia
vide 5.a

Responsiones ad Dubitationes circa Conuersionem Chinensium, quae propositae fuerunt anno 1645. et superius descriptae sunt cum resolutionibus Sac. Cong.nis incipiunt quaesita Missionariorum Chinae.

749. Ad 1.m Quaesitum.

Respondetur Chinas Christianos teneri ad obseruantiam Juris positiui in eo saltem modo quo ibi Summus Pontifex disponit. 1.o quia non obstante debili Indianorum natura, pusillanimitate, et inconstantia, et quod nouiter sint conuersi, Sanctitas Domini Nri, eos in quibusdam expositiuis obligat, in alijs dispensat. Igitur licet in Christianis Chinae eaedem Causae reperiantur non eximuntur a tali obligatione obseruantiae siquidem huiusmodi Causae Indianos à tali obseruantia positiui, non liberant absolutè sed secundum quid, igitur de Chinis idem erit dicendum 2.o quia praeceptum Sanctificandi diem Dominicam praeceptum Confessionis et Communionis de Jure Diuino quatenus praecisiuè eorum substantia consideratur.

De Jure Pulico quoad determinationem executionis hinc et nunc. Sed sic est quod tenentur illa obseruare quoad substantiam hanc autem adimplere non possunt sine executione 3.o tenentur ad obseruanda praecepta

Confessionis

Confessionis, et Communionis, ad praeceptum vero
Sanctificandi festos dies certo tempore hoc autem ab
Ecclesia determinatur cui Deus qui talium prae=
ceptorum legislator existit, quoad substantiam
commisit determinationem temporis ad exequu=
tionem necessarij, ergo omnis Christianus ad
observantiam talium praeceptorum tenetur eo
modo et tempore quo ab Ecclesia determinatur
et ad eorum observantiam tenentur etiam Chinae
eo saltem modo quo Indiani tenentur. Unde tene=
buntur Chinae ad dierum festorum sanctificatio=
nem illis diebus a Paulo 3.o statutis in Bulla
pro dubitatione p.mo citata, nihil enim conve=
nientius est pro executione praecepti sanctificandi
dies festos quam rem sacram audire, et SS.mo illi
sacrificio interesse. Igitur ad hoc tenebuntur diebus
a Summo Pontifice deputatis, praeterquam quod
praecepta Confessionis, et Communionis, quatenus
ab Ecclesia non determinaretur, in quo observanda
erant ex vi tamen Divini praecepti pro aliquo
tempore obligant, et hoc non solum esset in mortis
articulo sed etiam aliquoties in vita secundum ar=
bitrium prudentis viri, et hoc ita foret si ad longum
tempus Confessio, et Communio non differentur ad
longum vero tempus differri diceretur, si sine
Confessione et Communione a nuovo legmo im=
pedimento

quinque vel annis Domines permanerent ut tenent Henriq. lib. 4. c. 3. n. 4 litt. N. cum Soto, Lessio, et alijs. Suar. disp. 35. sect. 3. n.º 9. et alijs quos citat et sequitur Bonac. tom. 1. de pœnit. Sacram. disp. 5. q.ª 5. sect. 2. punct. 4. n.º 17. quod attinet ad præceptum Confessionis. Quod vero attinet ad Communionis præceptum tenet D. Thom. q.ª 80 art. 11. Sot. dist. 12. art. 12. Suar. disp. 69. sect. 3 Henriq. Reginal, et alij plurimi quos citat et sequitur Bonac. tom. 1. disp. 4. q.ª 7. punct. 1. n.º 8.

Ratio est quia præceptum Confessionis, et Communionis ex vi sua habet, quod ad longum tempus non differantur, et quod attinet ad Pœnitentiam patet quia hoc Sacramentum fuit institutum ad salutem animæ ut infirmitates eius spirituales sanarentur. hoc autem medicamentum non requiritur in mortis articulo sed etiam in vita ita Reginal. lib. 6. n.º 28 Suar. disp. 35. sect. 3. et alij relati a Bonac. tom. 1. disp. 5. q.ª 5. sect. 2. punct. 4. n.º 17. quo vero ad Communionem attinet, patet ex eadem institutione SS.mi Sacramenti cum enim institutum fuerit per modum Cibi ad sustentationem animæ sustio vero non sit solum necessaria in articulo mortis sed et in vita recte sequitur quod non solum in articulo

mortis

mortis obligat sed aliquoties in vita, quam Eccl.ia non determinasset, quod semel in anno sumeretur Ita D. Thom. et alij sup.a cit. n.o 3. Igitur Chinae tenentur ad observantiam positivi saltem eo modo, quo Paulus 5. Indiano Christianos obligare intendit, multae congruentes rones adduci poterant nam solam decalogi obligationem noviter baptizato imponere absque alia obligat.ne veluti Gentili cuidam quibus=nam medijs uti debet ad observandum Decalogum? et quomodo constabit quod ipsum observat, vel quenam signa ostendit ~~quod~~ Christianus sit

Ad 1.m Dubitat.ne

Respondetur quod iusta interveniente causa possunt
750 ministri virtute privilegior. suor. ~~a~~ ad exam=plor. in favorem novar. conversionum concessior. praecipue Adriani 6.i Leonis 10. et Pauli 3.ij non uti pro nunc sale et sputo in sacramento Baptismi, ac adultis mulieribus in eodem Baptismo oleum sanctum non ponere, et similiter easdem non ungere in extrema unctione ob propositas rones et incon=venientia et q.a Eccl.ae non sunt de necessitate sa=lutis quod autem non adultis foeminis, et aetatis tenerae sal et sputum non ministretur in Baptismo non apparet causa ~~vel~~ vel inconveniens conside=rat.ne dignum in eo conveniens valde est ut fae=minis non adultis ministretur considerantes enim

adultae

adultæ quod pro ipsis sicut pro parvis ministratur non ministrentur illa ob tales causas, et inconvenientia, ipsæ mariti earum, fratres ac consanguinei earumdem ex se ipsis disponentur, et postulabant, quod etiam pro adultis fœminis similiter ministretur cum illis omnibus quæ pro non adultis ministrantur cum tantæ considerationis sint. si autem viderint quod pro solis masculis illa ministrantur, et nulli fœminæ æstimabunt illa cæremonialia esse pro solis masculis, et nullo modo pro fœminis, et sic difficultates ~~nun~~ numquam vinci poterunt, quod non eveniet si saltem non adultis fœminis illa ministrentur eo enim ipso adultæ occasionem arripient appetendi, quod ipsis etiam illa similiter ministrentur difficultatesq. omnes complanabunt et vincent.

Ad 3.m Dubitationem.

Respondetur nullo modo licitum esse, nec tolerabile, nisi ad maiora damna, et peccata evitanda fieret vel permitteretur, quod lucrum aliquod ex præcise mutuo reportetur. Ratio est quia usura omni Jure tam divino, quam positivo, et naturali prohibetur Jure divino Luc. 6. Benefacite, mutuum date, et nihil inde sperantes Psalm. 14 Quo pecuniam suam non dedit ad usuram Positivo Jure, quia ita definitum fuit in Conc.o Viennen.

Viennen sub Clem.e V. Jure autem naturali quia
qui accipit aliquid supra sortem principalem in mutuo
dicitur plus accipere, quam res valeat, plus autem
quam res valeat accipere. Juri naturali repugnat
et Usura communiter ab omnibus P.P. deffinitur
Lucrum immediate proveniens ex ~~Lucro~~ mutuo,
igitur aliquid tamquam pretium accipere ex iustitia
debitum ex mutuo manifesta Usura est, igitur di=
vino Jure prohibitum positivo, et naturali, igitur
malum, et illicitum, dicitur autem proveniens im=
mediate ex mutuo, seu ex vi pacti mutuationis.
quia si aliquid amicitiae titulo, et grati animi sig=
nificat.ne et ex mera liberalitate donantis, ac volun=
tate donatur ei à quo mutua pecunia fuit accepta
Usura non est tale quid supra principalem pecu=
niam accipere quia non recipitur tamquam pre=
tium ex mutuo sed potius ex amicitia, et volunta=
ria liberalitate donantis. Usura igitur adeo est illicita
ut in illa dispensari minime possit. Et si unquam
permitti possit ad maiora scandala, et peccata vitanda
sicut etiam domus meretricum permittitur ~~qui~~
Qui tamen mutuum dat, potest supra sortem
aliquid accipere ratione Lucri cessantis, et damni
emergentis, et etiam propter periculum admittendi
principale, vel expensas in recuperat.ne faciendas
et sollicitat.nis d.ae recuperat.nis. Laborem quae

quidem

quidem sunt pretio astimabilia. Hoc autem ita
resolutum verum est, quantumvis postea de-
facto nec periculum, damnumve ullum, aut
labor intervenisset, illud enim non accipit propter
actuale damnum, sed propter periculum ad quod
se exponit. Quantum vero hac de causa accipi
possit prudentis viri arbitrio relinquitur, et iuxta
laborem ac periculum recuperationis, et expensis eiusdem
quod in Rina ad decem procentum astimari
poterit ad minus. ita quamplurimi quos citat et
sequitur Bonac. disp. 3. q. 3. punct. 2. per tot. et
punct. 5. num. 2. de contract.

Ad 4.m Dubitationem.

Respondetur quod in eo casu, quod Usurarius usuras
velit deponere et Baptismum suscipiat, ad male
accepti restitutionem teneretur. sive reservata illa
parte, quam alias iusto titulo poterat accipere
ratione periculi cui se exposuit propter mutuum
amittendi principale, vel non recuperandi illud
vel quod accepta pignora damnificaretur etiam
remota negligentia. Quod si Usurarius est in
bona fide usque tunc et praesumitur quodquamvis
ex illa ammoneatur non restituet, relinquatur
in illa bona fide et baptizetur, et in libendo
ne amplius deinceps usuris occupetur aut tractet.
quod si Judex ipsum ad usuras utendum compellat

duobus

duobus modis se habere poterit, P.s ut mutuum
det non accepto pignore, commodumq. aliquod
ratione periculi recipiat, et etiam ratione Lucri ces=
santis, quod habere poterat si cum illa pecunia
alteri iustae negationi attenderet, et etiam ratione
damni emergentis ex fructibus quos poterat extrahere
et colligere si cum illa pecunia terras emeret
ad culturam si Judex ipsum non compelleret ad
pecuniam illam expositam habendam, et in re=
publica illam petentibus mutuandam. 2.s modus
est quodsi mutuum det accepto pignore, illam
solam pecuniam tribuat, quantum pignus ac=
ceptum valuerit, et aliquid minus propter pe=
riculum cui se exponit, si Dominus pignoris ad
illud recuperandum non redierit, ut saepe accidit,
interim vero pignus illud temporis iniuria dam=
nificetur, ~~et~~ ipse pretium, pro quo fuit oppig=
noratum non ~~ea~~ inveniat pro illo quod asseritur
in casu, quo pignus damnum et diminutionem
illam non patiatur mutuantis culpa (aut quia
eo usus fuit) quod etiam ~~ilti~~ ut supradictum est
iuste accipiat, ex labore inveniendi Emptorem,
et qui prod.o pignore tantum solvat, quantum valet.
Et hoc modo tales baptizari poterunt. Pro p.t istius
dubitationis parte videatur Bonac. et pro illo circa
bonam fidem tom. 1. de contract. ~~disp~~ disp. 3.
q.e 2. punct. 15. n.o 9. ~~ad~~

Ad

Ad 5.m Dubitationem

Respondetur et satisfit eodem modo, quo in superioribus ad 4.m dubitationem responsum est, pro qua etiam responsione videatur Bonac. supra citat. n.o 13.

Ad 6.m Dubitationem

Respondetur quod si ex eo quod Christiani pro illis administrandis Idolatrijs, et festivitatibus anni novi eorum celebrandis cum illa parte, quae ipsis ex distributione gen.li contingit, non contribuant praesumitur aliquod grave damnum Christianis eventurum vel tumultus fiat ipsos persequantur vel Tuliam eorumdem solvant, aut alia quacumq. causa quamvis adeo sibi sint superiores graves non sint, arbitrio prudentis viri considerandae et aestimandae recte poterunt et absq. peccati periculo qui ipsis ex distributione gen.li contigit contribuere, et non tamen cum ea intentione ut non pro Idolatrijs contribuant, sed ut manducent, et bibant ad aliasq. res indifferentes exercendas. Ratio est quia ista contributionis actio est indifferens, et quatenus ego scirem, quod ex illa eruitur adiutorium pro expensis in oblationibus Idolor. consumendis iusta tamen interveniente causa ut dictum est, possum cum illa parte quae ex distributione mihi solvenda contigit contribuere absq. eo quod dicatur quod in illis Idolor. sacrificijs cooperer vel in aliquo interveniam cum Idolatris

in

in suis superstitionibus et ritibus sicut similiter licitum
est vendere agnum in Infideli iusta interveniente
causa quamvis scirem sacrificandum fore Idolis
in sacrificio quia qui facit aliquid ex se indiffe=
rens iusta interveniente causa non peccat quia non
censetur cooperari, seu velle peccato alterius si tamen
Christiani iusta et sufficienti causa non data partem
illam quae ipsis indistributis ne contigit tribuerent
ad effectum expensarum pro praedictis sacrificijs scientes
quod vi exhibitione honorum Idolis praestandorum
expendenda est mortaliter peccarent, sicut peccat ille
qui absque iusta ~~causa~~ causa ~~ang~~ agnum Infideli
vendit quem credit illo abusurum, et Idolis sa=
crificaturum committitque peccatum sacrilegij
quia sine sufficienti causa opus quoddam indiffe=
rens facit, sciendo quod alius eo male usurus est
hoc enim est ~~cor~~ cum peccante cooperari, et peccatum
eius velle indirecte. ita Valent. Less. Sanch. et
alij quos citat, et sequitur Bonac. tomo. 1. de
peccatis disp. 1 q. 4. punct. 1. n. 17. § ex quo patet
sequitur igitur ex hoc quod ministri non poterunt
rem aliquam tribuere ex illis quae ex praedictis dis=
tributionibus petuntur pro rebus illis quae ab In=
fidelibus in praefato Paschatis die anni novi
in Idolorum honorem fieri solent absque gravi peccato,
non video enim quod in ministris aliqua causa

interveniat

interueniat, quae ipsos a peccato excusat, si in
aliquo contribuant, nec quod ex non contributione
aliquod eis inconueniens aduenire possit nec etiam
minimum detrimentum peruenire, nam cum Mi=
nister unus tantum sit in una Ciuitate vicinos
centum, mille, uel quinquaginta, siue mille ha=
benti parum ad ipsos qui tanti sunt, referet
minime curabant quod ille solus non contribuat
quod in Christianis non militat, praecipue in paruis
Populis commorantibus, etiamsi aliqui solum sint
Christiani, ex quo iudico quod Minister ille qui
ad contribuendum in illis distributibus interuenerit
cum aliquo sciens ad quem effectum illud postuletur
grauissime peccaret quantumuis intentionem
non habeat cooperandi cum Infidelibus in eorum ri=
tibus superstitionibus, eo quia absq. iusta causa
et sufficienti fundamento opus facit in differens, quo
alios abusuros esse credit ad peccatum quod uidetur
non habere locum in hoc casu paruitatem materiae
q. ~~quae~~ quantumuis minimum pro istis distri=
butibus conferat semper tamen Infidelibus dicendi
occasionem tribuit, et quod Gentiles dicant bona esse
et minime reprobanda eorum Idola, eorumdemq.
ritus cum Christianos ~~ritibus~~ ritibus compati
uel quod illis saltem non opponuntur si quidem
ipse Christianos Minister cum sua Eleemosina

pro

pro emendis rebus ad sacrificia Idolor. spectantibus concurrit et si autem minimum sit in quo contribuunt talis est ut Gentiles ullam formem concepturi, et ut in sua persistant Infidelitate firmiores existimantes in illa sicut Christiani in lege sua viam, qua salventur haberet unde Apost. 1. ad Corinth. Si is quis frater nominatur est fornicator, aut avarus aut Idolis serviens, cum ijsdem nec sumere cibum lira loco cum huiusmodi nec cibum sumere ut sic vere non fundantur et emendentur p. 1. ad Corinth. §. 11.

Ad 1.m Dubitationem.

Ut maiori cum claritate huic dubitationi respondeatur et ex illa caeteris cum ipsa connexione habentibus aliqua sunt supponenda fundamenta, et veritatis quaedam indubitatae ~~quae~~ praemittenda.

Supponendum igitur 1.o cum D. Thom. 2. c. q. 81. art. 1.o quod Religio dicitur a Religando ea quae sunt divini cultus, et importat proprie ordinem ad Deum, vel sicut ipse ~~sanc~~ S. Doctor. art. 3. dicit ad Religionem pertinet exhibere reverentiam uni Deo secundum unam rationem inquantum scilicet est primum principium Creationis et gubernationis rerum.

2.o Supponendum quod actus Religionis duplici modo dicuntur, alij eliciti, alij ~~imp~~ imperati dicuntur. v.g. dare elemosinam, visitare infirmos condonare inimicis, et isti imperati dicuntur, quos movet

Religionis virtus et imperat Misericordiae virtutibus
ut illa exequantur Misericordiae pietatis, et Charitatis
opera et Ei immediate tendunt in primum et per prox-
imum in Deum ad at vero actus illiciti immediate
eruantur et exeunt, ac perducuntur in anima
a virtute Religionis, et sunt multi scilicet colere,
servire, adorare sacrificare offerre fovere et orare
per istos autem actus virtus Religionis ordinat
hominem in Deum tamquam in suum finem
Deo reverentiam ostendendo, et exhibendo honorem
debitum veluti eius obiecto unde statuit quod Re-
ligio immediate respicit debitum Deo cultum
et famulatum exhibere tamquam obiecto conno-
tando ex parte hominis subiectionem qui quidem
homo tenetur Deo tamquam suo ultimo fini et
principio debitum ostendere, et exhibere cultum
ac reverentiam.

3º Supponendum cum D. Thom. 2. 2. q. 89. et
q. 88. quod per diversos actus Deo ostenditur
cultus et reverentia debita sub diversa tamen ratione
formali nam actus sine per actum adorationis ost-
enditur Deo summa reverentia de cognoscendo
summam excellentiam in eo et hac subiectione
recognoscendo ipsum esse a quo in essendo, et con-
servando dependet. Per actum vero oblationis

et

et sacrificij Deo summus exhibetur, et ostenditur honor subijciendo se illi, et omnia quae habet vel habere potest in recognitionem summi dominij super omnem creaturam. Per actum vero orationis petitionis, sive deprecationis Deo exhibetur, et ostenditur summus cultus, et reverentia ex qua homo illi subijcitur tamquam summo bono quo necessitatur ut potè ab eo, a quo debet omne bonum et remedium in suis necessitatibus; in omnibus autem istis actibus generica est ratio cultus, et omnes tendunt in hoc, quod Deo tribuatur debitus cultus, et cultus iste summam Dei respicit excellentiam ex parte vero hominis in omnibus istis actibus reperitur summa servitus, quae subiectionem illam respicit, qua Deo homo servire debet et ipsum honorare.

4°. Supponendum cum D. Thom. 22. q. 81 art. 4. quod honor ille qui alicui reddi debet ob aliquam excellentiam, quam habet, et debetur; unde ubi maior excellentia datur, eo maior debetur honor, cum igitur in Deo summa sit excellentia utpotè quae omnem aliam excellentiam infinitè excedit haec autem cum hoc excessu minimè communicetur, aut donetur, purae creaturae, ita Deo soli debetur

summus

Summus honor et Cultus, ac reverentia, quae nulli puræ Creaturæ debeatur, nec communicari possit

5.° Supponendum cum D. Thom. 2.2. q. 84. art. 1 ad. 1. et art. 2. et cum Bonac. tom. 2. disp. 9. q. 2. punct. 1. n.° 4. quod oratio dicitur duobus modis, interna scilicet, et externa. Externa sit per aliquem exteriorem actum, quo testamur alterius excellentiam, et nostram subjectionem v. g. per genuflexionem, capitis denudationem & itaq. adorare alium, est recognoscere eum tamquam superiorem illique submitti.

6.° Supponendum quod quamvis aliqua sint externa signa summæ reverentiæ, quam aliquibus excellentiis Creaturarum sive excellentibus Creaturis exhibemus, qualis est adoratio Duliæ, quæ Sanctis exhibetur, et quantum ad exteriorem modum eadem genuflexione, qua Deum adoramus adoratione Latriæ, eadem Deum adoramus Sanctos adoratione Duliæ imo etiam quantum ad prostrationes exteriores quamvis ostendi, et exhiberi possint aliquibus Creaturis excellentibus, et non solum Deo, sicut de facto Nathan Davidi tribuit, et ipsum adoravit

multiq.

vassalli suis Regibus, et Principibus tribuerunt aliquid tamen est quod soli Deo debetur scilt sacrificium. Ita D. Thom. c. c. q. 84 art. 1. ad 1. Unde S. August. 10. de Civit. Dei, et ait multa de cultu Divino usurpata sunt quae honoribus differuntur humanis. Sive humilitate nimia sive adulatione pestifera ista tamen quod quibus ea deferuntur homines haberentur, qui dicuntur colendi, et venerandi si autem multum eis additur et adorandi, quis vero sacrificandum censuit nisi ei quem Deum, aut scivit, aut putavit aut finxit.

7. Supponendum cum D. Thom. c. c. q. 85. art. 3. quod sacrificium proprie dicitur, ~~quando~~ quando circa Deo res oblatas aliquid fit, sicut quod animalia occidebantur, et comburebantur, quod panis frangitur, et benedicitur, et hoc ipsum nomen sonat, nam sacrificium dicitur ex hoc quod homo aliquid sacrum faciat. Oblatio autem directe dicitur, quando Deo aliquid offertur etiamsi nihil circa ipsum fiat, sicut dicuntur offerre denarij, vel panes in Altari circa quos nihil fit.

8. Supponendum sacrificium duplex esse ex D. Th. c. c. q. 85. art. 2. internum scilicet et externum. Internum est cum quo anima Deo in

in sacrificium offertur tamquam suae Creationis principio et tamquam suae Beatitudinis fini sacrificium exterius est quod representat, et significat sacrificium istud interius et spirituale animae, cum quo ipsa Deo offertur secundum illud Psal. sacrificium Deo spiritus contribulatus. Nam actus Religionis exterioris ordinantur, et diriguntur ad internos, ex fide vero solus Deus est author, et Creator animarum nostrarum, et sicut soli Deo sacrificium spirituale et internum offerre debemus, ita etiam soli ipsi sacrificia externa debentur. Hoc etiam in omni Republica servari videmus, quod summum Rectorem eius aliquo singulari signo honorant quod cuiumque alteri deferri crimen est et laesae Maiestatis.

Supponendum ult.o quod Idolatria est peccatum quo honor seu Cultus Dei ~~tribu~~ tribuitur Creaturae. Ita communiter Doctores cum D. Thom. 2. 2. q. 94. art. 1. ad Idolatriam vero duo concurrunt actus unus internus, externus alter, internus ille est cum quo ille qui vultum tribuit, talem de Creatura opinionem habet, cui vultum tribuit soli Deo conveniens, sive expresse, sive tacite talem habeat opinionem, ~~qua~~ quam habet

ille

ille qui Idolatriae falsitatem cognoscens nihil-
ominus tamen facere vult id quod caeteri faciunt
Idolatrae. 2.us est actus exterior ordinatus ad
ostendendum illum interiorem, qualis est ado-
ratio, sacrificium, genuflexiones, prostrationes
vogationes &c quibus suppositis.

Ad Dubitationem Respondetur quod Mandarini,
sive Gubernatores Chinarum Christiani qui
coram illud Idolum Chinum, Chinam aut coram
quibuscumque talia sacrificia fecerit, prostra-
tiones, genuflexiones, et adorationes, quamvis
solum externe illas faciat absque malo animo
interiori, ibique collocetur Crux mortaliter peccant
et gravissime neque hoc facere possunt quamvis
eis proponeretur poena mortis. patet exod. 22
20. Qui immolat Dijs, occidetur ~~praet~~ praeter Dno
soli ubi interlinealis gloss. qui immolat spiritua-
liter vel corporaliter, et lyra ibi qui immolat Dijs
id est Idolis, quae reputantur Dijs ab Idolatris et
per immolationem hic prohibitam poena mortis
intelligitur prohibita oblatio, libatio, thurificatio
et alia quae fiebant in Templo ipsi Deo directe
si autem Judaeus scoparet Templum Idoli, vel ornaret,
vel similia alia faceret, non esset puniendus morte
vel alia poena.

Probatur etiam ex D. Thom. 2. 2. q. art. 2.
quia sicut ait D. August. 10. de Civitat. Dei exte-
riora sacrificia ita sunt signa exterior. sicut
verba sonantia signa sunt rerum, sicut igitur
cum oramus, vel recitamus ad illum voces externas
dirigimus, cui in corde offerimus res quas per illas
significamus ita similiter sacrificia, et oblationes
faciendo, non alteri exterius, visibileq. sacrificium
offerre debemus, nisi ei, cui oblationem, et sacrifi-
cium nostris in cordibus facere debemus unde
D. Thom. hoc loco ait aliquos haereticos hunc habuisse
errorem, et hunc errorem, inquit, sequuti sunt quidam
haeretici asserentes non esse periculosum si quis
persecutionis tempore deprehensus, exterius Idola
colat, dum tamen fidem in mente servet, sed
hoc apparet manifeste falsum, unde gravissime
peccant mandarini illi, illud faciendo quod in
7.a dubitat.ne proponitur, imo perniciosius est si
ibi SS.mam Christi Crucem collocet, et quod simul
cum candelis vel alia re comburatur, si quidem
videtur ex hoc quod etiam ipsa Christi Crux Dia-
bolo offerebatur, in exteriori enim de facto sic
fit quamvis desit animus in intentione q.
quamvis interiorem non committant Idolatriam
ab

ab exteriori tamen non liberantur q.ª etiam est in=
trinsece mala et peccaminosa si quidem in exteriori
Creaturæ Honorem soli Deo debitum tribuit, Ita Sanct.
lib. 2. c. 37. n.º 21. Less. Suar. et alij quos citat, et se=
quitur Bonac. tom. 2 disp.ª 3. q.ª 5. punct. 1. Sed dices
quantum persona aliqua maior est, et excellentior
eo maiori ei debetur Honor, atqui Angeli, et Sancti
multo maioris sunt excellentiæ, quam Princeps
quicumque terrenus. Ergò si istis subditi coram
illis prostrati, prætiosiora dona et oblationes
præsentant, quam non sit animal quoddam
Candelæ et similia, quæ in sacrificio offerri censuerit
ergò istis alijs, quam Creaturis sacrificari poterit
ergò non debetur soli Deo Resp.r cum D. Thom. 2. 2
q.ª 85. art. 2. ad 2. quod in sacrificijs oblatione ponde=
ratur nec attenditur pretio animalis occisi nec cœlori
aut quantitati rei oblatæ sed significationis, et hæc est
quod hoc fiat in Honorem summi Imperatoris, et Gu=
Gubernatoris universi vid. D. August. 10. de Civit. Dei
sic dicentem Demones non cadaverinis nidoribus
sed divinis Honoribus gaudent
Præterea dici poterit templa et Altaria ædifi=
cantur ut in illis sacrificia fiant et offerantur, at
qui ex istis etiam aliqua dicantur Angelis et Sanctis
ergò illis etiam sacrificia in illis offerri poterunt
Respond.r cum D. Thoma ubi supra ad 3. quod
ut

ut D. August. inquit id. de Civit. Dei non construimus martyribus templa sacerdotalia, quoniam non ipsi sed Deus eorum nobis est Deus. Unde sacerdos non dicit offero tibi sacrificium Petre vel Paule sed Deo de illorum victoriis gratias agimus, et nos ad imitationem eorum exhortamur. Ut enim dicit q. 81. art. 4. ad 3. Devotio quam erga sanctos habemus vivos, vel mortuos, non terminatur in illis, sed transit in Deum et ad illum dirigitur quatenus ipsum veneramur in sanctis suis et sic responsum est caeteris dubitationibus huic concernentibus.

Ad 8.m Dubitationem.

His suppositis ut cum maiori distinctione et claritate procedatur respond. quod tales oblationes adorationes et sacrificia, quae eorum magno sum faciunt peccaminosa sunt, idolatrica et illicita, ut ex supposito in praecedenti 7.a dubitatione constat, prohibitaque ut alia tam in interiori, quam exteriori ut etiam ex probationibus, in responsione supraposita inculcatis, et ratio est quia in illis omnibus tribuitur cuidam homini Philosopho gentili cultus, et honor soli Deo debitus nam in prostrationibus illi factis eidem fit adoratio in qua ipsi summa exhibetur reverentia facta

eidem

eidem subiectione in signum recognitionis maximæ
sapientiæ quam habuit, et à quo dependere ostendunt
saltem tamquam ab homine SS.mo qui ipsis impetrare
potest sapientiam, ingenij claritatem, et quod ad
Magistratus perueniant honores, et dignitates in sacri-
ficio uero eidem oblato, quia cuidam Gentili tribu-
unt, quod soli Deo debetur, ut ex superiori debita-
tionis septimæ responsione constat, easdem, namq.
supplicationes faciunt, et in eo superioritatem
bonorum, et potestatis recognoscunt à quo ne-
cessitatum suarum remedium impetrare exis-
timant, et quamuis hoc ita sit, ut in eo diui-
nitatem non ponant, tantæ tamen sanctitatis
esse putant, ut apud Altissimum multum ualere
dicant, et omnes illæ supplicationes et sacrificia
saltem mediatè ad Demonium diriguntur, quem
ipsi ex ui illarum oblationum, et actionum uenerantur
et honorant in illo gentili damnato, non solum ipsum
uenerantes honore illo, quem sanctis exhibemus
sicut enim istæ ad Dominum diriguntur, quem
in suis sanctis ueneramur, sed etiam ut sug.o ostensum
est, honore soli Deo debito
Vnde nullo modo poterunt nec mandarini Christiani
nec Christiani à mandarinis uocati infideles
adire nec assistere talibus sacrificijs magistri
Gentilium Kuno ru, uel qui de nouo in scientia
aliqua

aliqua graduantur hoc enim erit ei summi Pastoris
honorem tribuere quod soli Deo debetur, nam certum
est quod Infideles honorem illum ei attribuunt
in Sapientia uti superiori, et qui in ea ab alio non
dependet hoc autem quidquid sequatur inconve=
nientiae etsi gravissime ut. g. exilij mortis ministros
vel quamvis nullus ex hoc baptizari vellet quod autem
ea quae cum praed. Chinarum Magis Kum cu.
hodie agitur clara et evidens Idolatria sit, praeter
supradicta probatur evidenter ex Lactantio in gloss
ordinaria super illud Sapientiae 14. 12. Initium enim
fornicationis est exquisitio Idolorum, et adinventio
illorum, corruptio vitae est ubi sic ait. Propter
hominum stultitiam, et pravitatem, qui agreste
vitam sine ullo Rectore vivebant, homines
ipsum Regem totamque gentem summis lau=
dibus extulerunt, et ut etiam Deos appellarent
vel pro insigni virtute convalescente, vel adu=
latione, vel pro beneficijs, deinde id est post
mortem Reges amicis suis magnum desiderium
relinquerunt, ideo homines simulacra eorum fix=
erunt, quorum contemplatione aliquod habeerent
solatium progressique longius per amorem, me=
moriam defunctorum colere coeperunt, ut bene=
meritis gratiam referrent, et successores eorum
ad bene imperandum allicerent. Unde Cicero sus=
cepit

cepit ante vitam hominum consuetudo communis
ut beneficijs excellentes viros fama, et voluntate
colerent. Nimi Romani Caesaris suos consecra-
verunt, et Mauri suos Reges, sic paulatim
caperunt Religiones dum primi qui eos noverant
eo ritu liberos suos, et nepotes, deinde omnes
posteros imbuerunt, et hi tamen summi Reges
ob celebritatem nominis in Provincijs omnibus
concelebrantur. Privati vero singuli Populi Gentis
aut Urbis suae conditores, vel viros fortitudine
insignes, vel faeminas castitate mirabiles summa
veneratione coluerunt, sic per Populos et regiones
varie sacra suscepta sunt, dum homines gratiosae
in suos Principes cupiunt.
Non autem in Chinae Regno ad unguem reperitur
in honoribus Magistro illi Kum eu exhibitis, quem
ob beneficia doctrinae, et documentorum politicae
quae illis reliquit, tantis honoribus, templis, Alta-
ribus, et sacrificijs colunt, et venerantur, ut ita
homines ad impetrandam ab eo ingenij claritatem
et sapientiam impellant, ita ut quem hominem coge-
noscunt ut Deum adorent, et quia ipsum litteris
et virtute insignem existimant, summa illum
reverentia venerantur. Unde Christiani quia deos
praedos actus adeunt, et assistunt vel ministrant

uel actus tales, quamuis exterius, exercent
grauissimè peccant, et multò magis si Crucem
Christi ibi collocent, hoc enim est Arcam Dei
iuxta Dagon collocare nec ipsos excusat metus
aut pœna mortis.

Ad 9.m Dubitationem

Respond.r quod consequenter ad superius d.a ad 7.m
et 8.m Dubitationem licitum non est nec tole=
rabile quod Christiani si ipsis offerant, aut tri=
buant, aliquid recipiant ex residuis sacrificior.
Magistro d.o Num.ci oblatis. Ratio est quia actio
recipiendi illa iam iuxta populi commune accipitur
ex se, ut indicatiua uenerationis, et æstimationis
illarum rerum, ex eo quia ex rebus in sacrificijs
Magro eorum oblatis supersunt, et tamquam
sacræ Reliquiæ uenerantur cum in sacrificio
illius fuerint repertæ, à quo sperant adiuuari
ut sapientiam et litterarum suarum cognitionem
accipiant, et sic in eo aliquam recognoscunt supe=
rioritatem. Vnde Christianus qui prædas portiunculas
acceperit, quamuis in corde suo longè à
similibus deliramentis reperiatur, eandem Genti=
lium superstitionem de facto se profiteri demonstrat
ostenditque cultum quem cum alij d.o Magro tribuit,
et qui soli Deo debetur, et consequenter peccat

Confirmatur

Confirmatur hoc ex illo exodi 34. Ne in eos
pactum cum hominibus illarum Regionum
ne cum fornicati fuerint cum Diis suis, et ado-
raverint simulacra eorum vocet te quispiam
et comedas de Immolatis. Unde Lyra vocet te
quispiam &c ~~Apost. in Corinth. 5. 11. si is qui frater~~
in veneratione Idoli, et sic trahat te ad Idolatriam &c
Apost. in Corinth. 5. 11. si is qui frater nominatur
est fornicator, aut avarus, aut Idolis serviens &c
cum eiusmodi nec sumere cibum &c Lyra nec cibum
sumere, et sic vere confundantur, et emendentur
ex quo clare patet quod Christianus debet fugere
à moribus, et ritibus Gentilium, nec in suis
Gentilitatibus, et superstitionibus cum illis communicare
et hoc duabus de causis P.a ne ipsum ad Idolatriam
inducant aut ad Idolorum venerationem moneant
2.a ut Gentiles videntes quod Christiani à commu-
nicat.ne eorum in suis ritibus, et superstitionibus
fugiunt, operiantur confusione, et pudore, et aper-
tis oculis convertantur. Si autem viderint quod Chris-
tiani eadem exerceant, quae ipsi in sua infide-
litate, et superstitionibus magis confirmabuntur,
videntes quod Christiani quos virtus reputant, et
prudentes eadem quae ipsi faciunt exercent nec
facere recusant, unde eodem modo in pnti
casu philosophandum est

Ad

Ad X. Dubitationem.

Respond. nullo modo Christianis licitum esse illa sacrificia proavis, ac progenitoribus suis etiam exteriustantum facere, quia oblationes illæ ac sacrificia, in quibus ab universa Regni intentione supplicantur progenitoribus, eodem modo supplicatur ac cæteris Regni Jolis fieri solent, et et supplicari ijsdem verbis, unde huiusmodi sacrificia, et oblationes, actiones sunt tales quæ iam ex vi suæ institutionis et exercendi modo protestativæ sunt infidelitatis si quidem in illis et cum illis divinitatem in talibus defunctis progenitoribus præstantur, ac in eisdem potestatem agnoscunt, ut eos ab adversitatibus liberent conferantque salutem, viam, et divitias, et alia quæ ab ipsis in præfatis sacrificiis ad hoc directis supplicant, unde Christiani etiamsi fictitiè tantum se habeant, et in exteriori si ad talia sacrificia facienda adeant gravissimè peccant. Ratio est quia in primis rationes pro resolutione septimæ dubitationis adductæ hoc minimè fieri posse probant.

1º quia ut Doctores communiter dicunt cum quibus Bonac. tom. 1 disp. 3. q. 2. punct. 3. n.º 19. peccat is qui signis vel factis protestativis falsæ sectæ seu contrariam fidei

Sectam

Sectam significantibus, etiamsi hoc non fiat animo negandae fidei, aut protestandi falsam sectam sed animo celandi propriam. Ratio est quia hoc est intrinsece malum, et contra praeceptum negativum de fide non neganda. Sicut enim praeceptum affirmativum fidei obligat non solum ad internum assensum, verum etiam ad externam fidei professionem, ita praeceptum negativum non solum obligat ad non negandam fidem interius verum etiam exterius per signa vel facta indicantia sectam fidei nostrae contrariam. Ita Valent. c. c. disp. 1. q. 3. pun. c. dub. 4. vers. nihilominus contraria sent. Sanch. in oper. moral. lib. c. c. 4. n.o 14 Barth. c. c. q. 3. art. c. Sylv. n.o fides q. 5. Angel. n.o Infidelitas n.o 9. Armib. eiusdem opinionis sunt, et alij apud Valent. tom. 3. disp. 1. q. 3. pun. c. post 4.m dubium pag. 536. et seq. Bonac. d.o n.o 19. et c. 6. vers. 3.o quia.

Signa protestantia falsam sectam et religionem ex Bonac. tom. c. disp. 3. q. c. punc. 3. n.o 19. vers.

Dices in alijs materijs, et n.o c. 6. vers. praemissi c.o signa ex se protestativa falsae Religionis sunt adoratio Idoli, vel adoratio ad Idolum, et haec signa protestantia seu indicantia contrariam fidem semper significant aliquid falsum, quale

signum

signum videtur genuflexio ante Idolum
nisi forte obsequij gratia fiat, sicut facit
Servus eum brachijs, vel eandem Domini ado-
rantis Idolum substentat. simulque cum eo
genuflectit, ut obsequium Domino praestet
Evoi enim genuflexio non est actio Religiosa
erga Idolum sed est obsequium erga Dominum
suum, sicut se habuit Naaman erga Regem
Syriae 4. Reg. 5. Sacrificia ergo genuflexiones
protestationes oblationes &c et supplicationes
quas Chinae exercent coram Idolum Chinae Eorum
coram Kim cu magistrum eorum, et coram
progenitoribus suis mortuis, et coram tabellis
quae ipsos in eorumdem memoriam deducit ad
eorum venerationem, ut pro benefitijs eis gratias
agant et alia de novo ab ijsdem impetranda
existimantes praedictum magistrum eorum
et progenitores defunctos potestatem habent,
ut eorum vitam ad plures annos extendant,
filios conferant divitias, et scientias, et sani-
tatem, atque ut eos ab omni malo liberent
et defendant existentes etiam eorumdem de-
functorum animas illud advenire ut fumum,
sine evaporationem ex calido egredientem
cibo

cibo manducent, putantes item quod quaedam
formae monetarum Hispaniae quae reales
dicuntur ex papiro factae quas in sacrificio com=
bustas illisque defunctis offerunt omnes si illi
in inferno sunt, in argenteas monetas conver=
tuntur, quibus praedi. defuncti cibos emunt ad
manducandum, ijsdemque pecuniis ad cruci=
mentis et poenis, quas ipsis Demones infligunt
redimuntur Igitur huiusmodi actiones sacri=
ficiorum genuflexionum, quas Gentiles illius
Regni in reenerationem suorum defunctorum
exercent, vel in illos alio quocumque modo
demoni dicto dirigunt, sunt ex se, et ex vi in=
stitutionis earum et totius Regni intentione
protestative tantarum superstitionum in=
fidelitatis et errorum, quod secta Idoli fm
quod est in toto illo Regno unale Idolum, docet
contrariae sunt fidei Christianae et consequenter
gravissime peccant Christiani qui ad illas
faciendas concurrunt quamvis fictitiae et
exterius tantum illas exerceant, et sine animo
et intentione assentiendi tali Sectae.
Quod autem praefati defuncti, quibus sacrificant
evidenter Idola sint et de quibus loquitur Spi=
ritus

Sanctus constat ex verbis Sap. 14 Acerbo enim inquit. Luctu dolens Pater sibi rapti filij fecit imaginem, et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, num tamquam Deum colere cœpit, et constituit inter servos suos sacra, et sacrificia, deinde interveniente tempore, convalescente antiqua consuetudine, hic error tamquam Lex custoditus est et tyrannorum imperio colebantur figmenta. Ex hoc autem eodemque mto ac Lege et consuetudine Regum Chinæ ibi hodie quæd. modo magnum eorum defunctosq. progenitores colunt et hoc autem est quod B. Paul. 2. Cor. 6. 14 ait nos fugere debere, nolite iugum ducere cum Infidelibus quæ enim participatio Justiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras. quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum fideli? ubi Lyra ad illa verba, aut quæ societas luci ad tenebras? sic idest, veritatis fidei quæ lucet in mentibus fidelium ad tenebras, idest errores in mentibus Infidelium existentes

Ad XI. Dubitationem:

Quamvis ex superioribus sufficienter satisfactum

factum sit huic dubitationi attamen respond.
dicendo quod quantumcumque velint Chris=
tiani intentionem suam qualificare eam ab
~~omni~~ erroribus et superstitionibus Gentilium puri=
ficando, Crucem in Altari ponendo vel non
ponendo cum Infidelibus se commiscendo vel
non sicut in pntis dubitationis propositione
supponitur, nullo tamen modo licitum est vel tole=
rabile quod Christiani oblationes illas peragant,
quamvis ex sola quadam parva oriza cocta
constent, quas pro genitoribus suis offerunt de=
functis, licet hoc fiat ex sola serviendi eis in=
tentione, non minus ac si vivi extitissent.
Ratio est q.a iam quamdam faciunt, ~~utrum~~
utuntur Ceremonia, et actione quae iam
ex communi generali totius Regni intentione
et institutione est indicativa falsae sectae
nrae sacrae fidei et Religioni Contrariae
Si autem dicatur quod in tali similiter actione
Catholica fides non negatur, non frangitur
praeceptum negativum fidei non denegandae q.a
ibi deest animus, et intentio denegandi illam,
respond.r cum Bonac. tom. 2 disp.e 3. q.e 2 punc.
3. n.o 26. vers. dices hic quod in tali casu negare
fidem

fidem facto et opere externo et violari praecep=
tum fidei negativum, sicut quamvis desit ani=
mus non negandae fidei sicut enim praeceptum
affirmativum non solum obligat ad credendum
et assentiendum interius in corde sed etiam
exterius fidem profitendo, ita praeceptum
negativum non solum obligat ad non denegan=
dam interius fidem sed etiam exterius signis sci=
licet quae falsam fidem, seu sectam significent
ita Doctores citati a Bonac. ubi supra.
ad hoc autem alludit illud Exodi. 34. 11. cave
ne umquam cum habitatoribus terrae illius
iungas amicitias quae tibi sunt in ruinam
ubi Lyra. quae divina est sententia debebat in=
terfici, ne inducerent Populum Israel ad
Idolatriam, si contraherent cum eis amicitiam.
ubi Dominus sub praecipit, quod numquam
cum habitatoribus terrae illius se intromittant,
hoc est cum eorum ritibus amicitijs, ac mo=
ribus ex quibus ruinam, et casum faciant et hoc
idem Christiani Regni Chinae facere debent
etiam in rebus quae ritus mali iniquorumque
morum non sunt sed indifferentis in quibus
non se debent cum Gentilibus nimiè communi=
care ne in errorem Diaboli et idolatrandi
occasionem

occasionem inducantur et simul cum illis Idolatræ fiant.

Ad 12. Dubitationem

Respond. ex supradi. quod non solum permitti non debet, nec tolerari, sed abominabile esse quod Christiani tales tabellas habeant in eodem Altari simul cum Dei sanctorumve imaginibus satis collocatas, unde moneri debent quod nec in tali loco nec in quocumque alio illas habeant, neque illis utantur, sed eas ex se abijciant cum revera Idola sint in quibus Demon absconditus habitat Ratio est quia huiusmodi tabellæ extructæ sunt, et inventæ in memoriam, representationem, et honorem defunctorum suorum cum nominibus specialibus huius, illiusve defuncti in ijsdem scriptis et coram prædi. tabellis, ex communi Regni intentione sacrificia offeruntur, prostrationes fiunt, oblationes præsentantur et preces funduntur Altari ad hoc candelis, floribus, alijsque similibus ornato et præparato, ut supradm. manet. dicunt vero quod tabellæ illæ animarum defunctorum suorum sedilia sunt in quibus consident, ut adorantes fragantiam sentiant, et vaporem ex caliditate ciborum ibi oblatorum exhalatum suscipiant Igitur

tabellæ

Tabellæ istæ sive ibi, sive in quocumque alio po=
nantur loco semper sunt manifestæ signa falsæ
sectæ, qualis est, quæ in Regno illo generaliter se=
quitur ab Idolo Fur edocta ex vi suæ ipsius in=
stitutionis, ergò permissibile non est quod Christiani
tales habeant Tabellas, nec illis utantur, sed quod
totaliter esse illas abijciant sicut cætera Idola abij=
cienda et detestanda sunt

Ad 13.m Dubitationem

Respond. ex ijsdem rationibus et doctrina supertradita
quod permissibile non est, nec ullo modo concedendum
quod Christiani, et multo minus eorum Ministri ad planctus
vel ad defunctorum Gentilium condolenda funera vadant
nec quod Candelas odoresve, et similia eisdem
deferant, si simul etiam genuflecti, prosternique
debent, et cum gentilibus commixti coram imagine
Defuncti, aut coram Tabella, quæ ipsum repre=
sentat, et super Altari omni ornatu Candelarum
odorumque præparato collocatam habent ratio
est quia ex communi gentilitatis illius Regni in=
tentione, ei sacrificant, et offerunt Candelas, odores
papyracias monetas ad effectum iam supradictum
dubitationis X.a responsione Et quod defuncti
illius anima in eodem illo Altari præsens adest
Quamvis autem ex generali infidelitatis illius

Regni

Regni intentione sacrificia ista ad mortuum illum Gentilem non dirigatur, per tunc quando recenter mortuus est ad eius fauorem supplicandum uel adiutorium sicut postea decurso, elapsoque tempore diriguntur tamen intentionem habent honorandi, iuuandique defuncti illius animam, quam ibi esse intelligunt, igitur Ceremonia ista ex uisue institutionis protestatiua est superstitionis ac falsae sectae. Igitur mala, et illicita, et consequenter ea uti non poterunt Xpni absque grauissimi peccati praeiudicio, ex eo quia non politica Ceremoniae est sed religiosa, ut potè quae defunctum illum Gentilem respicit sub tali consideratam excellentia et superioritate super omnes mortales, et adeo dignum prodabilis ueneretur, ut ille qui heri cum uiueret coram Mandarinis prostrabatur hodie post mortem ab eisdem Mandarinis ante imaginem suam prostratis ueneratur, eique candelas offerunt, et odores uersusque, et cantica in eius laudem componunt et scripta deferunt, et si heri coram Patribus suis Magistris, et Senioribus sedere ausi non erant hodie eos Patres Magistri seniores coram ipsis capitibus ad terram usque demissis prostrantur.

Quod autem haec omnia Idolatriae sint constantes illo sapient. 14. 12. ubi sic, Initium enim fornicationis

est Inquisitio Idolum, et adinocentio illorum corruptio
vitae est, ubi Lyra, haec inquit consequenter po=
nitur initium, prima vero causa fornicationis
Idolorum fuit affectus inordinatus hominum ad
propinquos suos defunctos, quibus fecerunt ima=
ginem ad suam consolationem, ut sic in aspectu
imaginum Defunctorum consolarentur unde
de Nino Rege Assiriorum scribitur quod mortuo
Belo Patre suo imaginem suam fecit, cui tantam
reverentiam exhibuit, ut suis delinquentibus
propter refugium ad imaginem Patris parceret
Propter quod homines illi imagini impendere
coeperunt favae suis charis defunctis imagines
quibus similem reverentiam exhibebant et sicut
Ninus ad sui consolationem fecit Idolum Patri
suo ita Patres aliqui Primogenitis suis ante eos
morientibus fecerunt Idola ex eadem causa.
Hoc autem est quod in Regno Chinae cum gen=
tilium fieri Defunctis qui ubi primum moriuntur
statim imagines eorum faciunt ipsos repre=
sentantes, vel ad ~~minus~~ minus tabulam
unam de qua supra dictum est dubium, et ubi nomen
Defuncti inscribitur, ad quam prostrationes, et
sacrificia sua dirigunt
Quod vero honor ille sic exhibitus cum ad Defuncti
planctum

planctum itur, uel ad condolendum mæstis propin-
quis defunctorum, idolatria sit confirmatur ex D.
Thom. super Epist. 1. ad Thessal. 1. c. sic dicente
ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum
habuerimus, ad nos, et quomodo conuersi estis ad Deum
a simulachris, seruire Deo uiuo, et uero, uti D.
Th. seruire Deo uiuo et uero scilicet seruitute
Latriæ non Creaturæ, sed Deo contra quod Rom.
1. seruierunt Creaturæ potius quam Creatori
et dicit uiuo, ut excludat Idolatriæ cultum, q.
Idolatræ quosdam mortuos colebant, quorum
animas dixerunt Deificatas, sicut Romulum et
Herculem.
Et consequenter ad propositum ait D. Th. c. c. q. 94
art. 1. ad 4. quod ex communi consuetudine qua
Creaturas quascumq. colebant gentiles sub quibus-
dam imaginibus impositum est hoc nomen Idola-
tria ad significandum quemcumque cultum
Creaturæ etiamsi sine imaginibus fieret, Ita
uero sed habet in nro casu iste cultus defunctor.
aliquando enim Gentiles Chinæ imaginem
quamdam defuncti in Altari habere consue-
uerunt, sepius uero tabellis illis utuntur tan-
tummodo modo suprad. dub. 1. c. et hæ sunt
quæ in Altaribus Templor. quæ Progeni-
toribus

toribus dicarunt collocatae reperiuntur absq. ulla imagine, sed solis Defunctorum nominibus suprascriptis in unaquaq. ex illis: in Templo vero eorum Magistri Kum cui solum habent tabellam latiorem tamen et longiorem caeteris aliorum defunctorum tabellis colere depictam his que litteris aureis suprascriptam sedes, sive Thronum SS.mae animae Kum cui loquitur igitur Deus Exodi 20. 5. contra istas tam interiores quam exteriores Idolatrias dicens non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quae est in caelo desuper et non adorabis ea, neq. coles ubi D. Th: 2. 2. q. 94. art. 2. D. sed contra non adorabis ea scilt exterius, neque coles scilt interius ut gloss. exponit, et loquitur de sculptilibus et imaginibus, ergo peccatum est exteriorem cultum Idolis exhibere.

Ad 14. Dubitationem

Respond. ex communi doctrina quod quando iam scio et experientia compertum habeo quod hoc vel illud mihi peccandi causa proxima est quamvis res illa alias licita sit ex se illam vitare teneri, qua de causa fidelis quicumque infideli consorte maritatus est tenetur ipsum relinquere si videat quod cum eo absque Creatoris Iniuria cohabitare non velit et quod in proximo demittendi fidem periculo potius est, nam

qui

qui amat periculum peribit in illo Eccl. 3. 27.
ergo si ex eo quod eis concedatur sive permittatur
quod pro genitoribus suis parum Orizae coctae prae=
sentent, et offerant in amoris tantummodo sig=
num non minus ac si vim extitissent eisdem ad
sustentationem tribuerent, sequitur tanquam ~~eis~~
eis actione a deo Idolatria proxima quod ad
sacrificia solemnia in suis templis facienda impel=
lantur, et simul ea cum Infidelibus mixti peragant
clare patet debere Christianos a simili actione
tamquam ab occone proxima idolatrandi, se ab=
stinere, illamque evitare similiterque ministri
tenentur ad prohibendum illi talem actum, quamvis
sit modo et intentione, qua in dubitatione proponitur
Ad hoc facit illud Exod. 3. 4. 11. Cave ne unquam cum
habitatoribus terrae illius iungas amicitias quae tibi
sint in ruinam, ligat hoc loco, ne inducerent Populum
Israel ad Idolatriam, si contraherent cum eis ami=
citiam Praeterea dico quod Christiani cum offerunt
Orizam illam coctam pro genitoribus suis defunctis vel
hoc facere debent in publico, vel in secreto, si in
secreto tollitur quaestio, nam ipsi actum illum re=
linquent, et nullo modo eo utentur si in publico,
et propter tumultus populi gentilium iam dabitur
prima Idolatrandi occasio, necessario enim actum
illum exercebant cum gentibus commixti in eorundem

Infidelium Templis, cum eodem ornatu apparatu et Ceremonijs, ac ipsi Gentiles quod fugiatur admonet Apost. 2. ad Cor. 6. 14. sicut supradictum est in responsione ad Xm dubitat. n. 6. et in Exod. 34. 14. ne in eas pactum cum hominibus illarum Regionum, ne cum fornicati fuerint cum Dijs suis, et adoraverint simulachra eorum, vocet te quispiam, et comodas de immolatis, Lyra hoc loco vocet te quispiam in veneratione Idoli et sic trahat te ad Idolatriam

Ad 15. Dubitationem.

Responsio patet ex dictis si enim praedicta sacrificia expressae et formales Idolatriae sunt et Catherumeni hoc ignorant, neque illa sub generali Idolorum et Idolatriae nomine comprehendi existimant, et adeo longe distant, ut Magistrum suum, eiusque ac defunctorum suorum sacrificia sub illo nomine comprehendant, ut potius scandalizentur, si eis dicitur quod sacrificare eis non debent, quia statim inferunt non esse bonam Christianorum fidem, quod Patres honorari prohibet, et sic nec amplexandam. Unde dico quod istis debet exponi in particulari, et nominatim quomodo, et quando Parentibus subveniendum est, quando et quomodo sustentandi sunt venerandi, et honorandi ipsisque obediendum, quod si

si hac proposita doctrina, ac notitia baptizari
uelint, bene est quod si nolint, et ex hoc tumultuent
ipsis imputetur, et non baptizentur dati sed etiam
quibuscumque inconuenientibus
Quamuis ergò ex supradictis satis huic dubitationi
responsum sit. istis quindecim difficultatibus
tamen pro maiori confirmatione, et firmitate
huius doctrinae, ponam hic ea quae D. Th.
2. 2. q. 94. art. 1. tradit cum agit, utrum idolatria
sit superstitionis species?
Et responsionem eius inculcabo ad litteram
sicut ipse Doctor proponit modo sequenti.
Respondeo dicendum quod ad superstitionem
pertinet excedere debitum modum diuini cultus
quod quidem praecipue fit, quando diuinus
cultus exhibetur, cui non debet exhiberi soli
summo Deo scilicet increato et adeo cuicumque
creaturae diuinus cultus exhibetur superstitio-
sum est huoi autem diuinus cultus sicut creaturae
inuisibili exhibebatur, per aliqua sensibilia signa
puta sacrificia, ludos, et alia huoi ita etiam
exhibebatur creaturae concurso rappresentante
per aliquam sensibilem formam seu figuram
quae idolum dicitur diuersimodè tamen cultus

diuinus Idolis exhibebatur, quidam enim per quamdam nefariam artem imagines quasdem construebant quae uirtute Demonum aliquos effectus certos habebant, unde putabant in ipsis imaginibus esse aliquid diuinitatis, et per consequens quod diuinus cultus eis debebatur et haec fuit opinio Hermetij Trismagistri ut August. refert 7. de Ciuitat. Dei.

Alij uero non exhibebant cultum diuinitatis ipsis imaginibus, sed Creaturis, quarum erant imagines, et utrumque errorem tangit Apost. ad Rom. 1. 23. nam quantum ad primum dicit mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem Imaginis incorruptibilis hominis, et uolucrum, et quadrupedum, et serpentum. quantum autem ad 2.m subdit ad Rom. 1. 25. coluerunt et seruierunt potius Creaturis. quam Creatori. Hor. tamen fuit triplex opinio

1.a opinio.

Quidam enim existimabant quosdam homines Deos fuisse quos per eorum imagines colebant sicut Jouem Mercurium et huiusmodi

2.a opinio

2.a Opinio.

Quidam vero existimabant totum mundum esse unum Deum non propter corporalem substantiam sed propter animam. quam Deum credebant dicentes Deum nihil aliud esse, quam animam motu, et ratione nondum gubernantem sicut homo dicitur sapiens propter animam non propter corpus. Unde putabant toti mundo, et omnibus partibus eius esse cultum divinitatis exhibendum. Caelo. Aeri, Aquae, et omnibus huiusmodi partibus, et ad haec referebant nomina, et imagines suorum Deorum sicut narrat August. 7. de Civit. Dei.

3.a Opinio.

Alii vero scilicet Platonici posuerunt unum esse summum Deum causam omnium post quem ponebant esse substantias quasdam spirituales a summo Deo creatas quas Deos nominabant participatione scilicet Divinitatis. Nos autem Angelos eos dicimus. post quos ponebant animas caelestium corporum et sub his Demones. quos dicebant esse aera quaedam animalia, et sub his ponebant animas hominum quas per virtutis meritum ad Deorum, vel Demonum societatem astrumi credebant, et his omnibus cultum divinitatis exhibebant ut Augus. 10. de Civit. Dei.

Omnia

Omnia autem haec ad superstitionem Idolatriae pertinebant unde dicit August. in 2. de doctr. Christ. Superstitiosa est quidquid institutum ab hominibus est ad facienda et colenda Idola, vel pertinens ad colendam sicut Deum Creaturam partemve ullam Creaturae.

Dictas tres opiniones Gentilicas dico ex tribus istis Gentilium opinionibus duae posteriores coincidunt cum ea sine eadem est cum illa quam Chinae Regnum generaliter habet in sua infidelitate, et quantum sentiunt illi omnes, qui instructi sunt in rebus Idoli communis, et universalis totius Regni, quod vocatur fur, quia ex una parte dicunt, quod antequam daretur Caelum, et Terra, vel aliud visibile, dabatur quaedam substantia perfectissima clarissima et omnipotens, ex qua omnia emanarunt Caelum, Terra, homines &c et quod haec substantia quam vocant fuori fur, ita omnia creavit ut ipsa in omnibus creaturis quasi divideretur, et per omnes se transfunderet, quod hodie Deus nullam animam de novo creat, sed ~~quod~~ quod eadem Dei substantia quam vocant fur est in corpore istius hominis, illius &c ut eos animet et absq. dubio hinc oritur quod Chinae venerentur, et adorent, oblationesq. faciant Caelo-

terrae quae

terraque quae sunt principaliores mundi partes.
offerendo eis ex orizam coctam ipsam per aera spar-
gentes versus Caelum, et versus terram, et quod aliqui
diuites eorum in ingressibus uiarum ciuitatis lan-
ternas quasdam accensas in summitate quarum-
dam hastarum collocatas, ut Caelum sicut dicunt
illuminent, in montibus etiam, et itineribus solent
frequenter quendam erigere lapidem in medio
duorum aliorum. super quas ueluti protecto eum
collocant, ut modum domus referant, et ibi coram
lapide illo in medio posito absque alicuius imaginis
figurae uestigio quorundam papyrorum aureatorum
quos Idolis offerunt suis, oblationes faciant, de-
precantur, supplicant, preces fundunt. Unde
qui inter eos perfectiores sunt Idolum suorum cul-
tores, nullomodo manducant rem aliquam quae
uitam habeat aut habuerit sensitiuam, nec eam
possunt occidere, nec ea quae uirtutem habeant
ut ex se generent, uel producant rem aliquam
sensitiuam ut ouia, quod autem ex simili ab-
stinentia colligere uolunt est quod dicant ipso sita
a peccatis purgari quae animam macula ingro-
terant, quam quidem animam uocant et dicunt
esse substantiam clarissimam quae in hoc corpore
residet

residet, in illo, et alio, et ubi primum mortuus
fuerit ille qui sic ab illis se abstinet talis substantiae
clarissimae, parsque in ipso est ipsumque ani=
mat inventetur fur, hoc est ad primam suam an=
tiquam ac naturalem claritatem redeat quam
ipsa ex se habet sicut candela, quae in quadam lin=
terna veluti abscondita est fumoque denigrata
ad suam antiquam redit claritatem, et quodsi
quando homo moritur peccatis foedatus statim
ad infernum tendit, ibique ab illis purificatur
transactis vero tribus annis ad pristinam redit
claritatem et hoc est fieri fur.
Ex altera parte nonnulli canum constituunt Deum
quem dicunt esse substantiam istam clarissi=
mam, et post ipsum Angelos, vel spiritus caeles=
tes, post caelestes autem spiritus quosdam dicunt
esse spiritus Aereos, qui vel in montibus degunt
quos vocant Sien, qui nec comedunt nec bibunt
dicunt praeterea alios dari spiritus quos Demones
vocant Mocici qui etiam non comedunt nec bi=
bunt, qui etiam cum mulieribus incubi sunt Ex
quo cum Platonicis duo ponunt genera Demoniorum
actiorum quaedam Demonia Montium quae nec
comedunt nec bibunt, alia vocantur animalia

et

et sunt secundi generis Dæmonia, postea vero Do=
minum Dominos numerant et recensent, et eos
dicunt quod iuxta eorum merita post mortem vel
ad Dei Societatem, vel ad Dæmoniorum consor=
tium asportantur, ut cum his tribus annis de=
tenti à peccatorum sordibus purificentur ut postea
in Cælum deducantur Ex quo provenit quod Hei
Chinæ quos Hei fures sodomitas ac per reliqua
peccatorum genera vagasse experti sunt, et ipsos post
mortem adorent ac venerentur in sacrificijs, quia
iuxta eorum sectam ipsos post mortem iam fur
inventari credunt, hoc est iam in Deos conversos esse
existimant, sive ad primam illam claritatem
et excellentiam reversos esse aut saltem in Dei Soci=
etatem tribus illis transactis in Inferno purifica=
tionis temporibus, sive annis adscriptos esse, Et
fortassis ex hac causa quamvis in Domibus suis
in primis illis tribus annis post mortem numeratis
ipsis defunctis oblationes faciunt ut supradiximus
ab eis tamen nihil supplicant aut postulant
et Tabella illa in qua eorum nomina esse
inscripta diximus in domibus suis habent, transactis
vero illis tribus annis eam in Templo collocant

defunctorum

suorum progenitoribus dicato, et tunc ab eis fa=
uorem et auxilium in rebus suis postulant quia
tribus illis transactis annis iam Deificatos putant.
Ex quo patet quod tam ipsorum Magister Kum. cu
quam defuncti progenitores Idola sunt non minus
ac cætera Regni illius Idola, et sacrificia ipsis
facta, vetas esse Idolatrias, et consequenter Chris=
tianos, qui ipsas exercuerint superstitiones et sacri=
ficia quamuis exterius tantum, et fictitiè in
illis se habeant grauissimè nihilominus peccare
nam ut testatur B. August. à B. Th. citatus
super. c. 5. ad Galat 5., nunquam fuit aliqua
Religio sine aliquo visibili signo, ad quod obli=
garentur, qui in ipsa religione viuerent sicut in
Religione Christiana signum visibile est Bap=
tisma, ad quod omnes Christiani tenentur, quo ad
cultum Chinæ igitur Idoli fur sectatores in
præcipuum sectæ eorum signum habent quod
Idolis suis et defunctis immolent monetas pa=
pyraceas cremantes prædictasque tabellas modo
in superioribus d.o habere si igitur Christiani loco
visibili signo sectæ eorundem Infidelium
protestatiuo utantur, ipsam quamuis exterius pro=
testantur

testantur et quod in eorumdem secta uiuant tanquam furistarum Idolatrarum nequissimi Cultores.

Obiectio contra huiusque dicta in od. Sacrificia Gentilium.

D. Lucas in actib. Apostolor. 1. 16. n.° 3. dicit, et Ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris Judeae fidelis, Patre Gentili, et quod D. Paulus ipsum circumciderit, ut eum in uarias mundi partes secum ad praedicandum deferret, ipsum uero propter Judeos in illis partibus commorantes circumcidisse ibi, et assumens circumcidit eum propter Judeos, idest ne scandalizaret eos, ducendo secum hominem incircumcisum de Matre Judea natum D. Th. eodem loco in Epist. ad Galat. 5. sic ait super illud. quoniam si circumcidamini Christus uobis nihil proderit art. 16. circumcidit Timot. ergo fecit quod Christus nihil eis prodesset, ergo decepiterem et respondit dicendo quod secundum Hieronymum Paulus non circumcidit Timotheum quasi legem seruare intenderit sed simulauit se circumcidere faciendo opus circumcisionis nam secundum ipsum Apostol. simulatorie seruabant legalia aduitandum scandalum fidelium ex Judeis. faciebant autem

autem actus legalium non tamen cum intentione
seruandi legalia, et sic non exibant à fide unde
non decepit Timoteum.
Confirmatur hoc ex Rabano citat. à glos. ordinar.
super hunc locum, ibi circumcidit eum propter Iu=
deos ubi sic ait, ne Jesum persequerentur, uel
Timoteum, uel ne offensi à fide alleuarentur
Ergo exercere pronunc a Christianis chinae
prostrationes illae deferre ad mortuorum domos
Candelas, odores eisdem sacrificare et offerre parum
cibi, acsi ipsis uiuentibus offerretur, uel ante
Idolum Chinum Loan Cruce in Altari posita
ubi Idolum est, et illi uti Tabellis in omnibus
his exterius tantum, et fictitie se habendo ad euitan=
dum scandalum et Regni tumultum, et ne Iudi=
ces aduersus Christianos extollantur, et contra Mi=
nistros, et ne Christiani retrocedant licitum et to=
lerabile erit pronunc saltem absque eo quod
in hoc aliquid contra fidem catholicam fieri dicatur
sicut similiter se habuit Apostolus cum discipulo
suo Timoteo, et Apostoli secundum B. Hieronymum
obseruando legis Mosaycae res stimulatiue, et ex=
terius iam sub lege gratiae constituti, ne Iudeos
scandalizarent usque dum eos paulatim conuer=
terent.
Vt huic obiectioni Respondeatur supponendum 1°
cum D. August. à B. Th. cit° super Epist. Pauli
ad

ad Sal. 5. quod circa legalium observantiam triplex tempus distinguitur scilicet tempus ante passionem, ante gratiam divulgatam, post ergo gratiam divulgatam servare legalia est peccatum mortale etiam ipsis Judeis. At in tempore medio scilicet ante gratiam divulgatam poterant quidem absque peccato etiam illi, qui ex Judeis conversi fuerant legalia servare dum tamen in eis spem non ponerent, conversis vero ex Gentibus licebat ea servare.

2.° Supponendum sive animadvertendum est id quod ex 1.a superiori suppositione colligitur scilicet quod tempus et quando sufficienter gratiam, et Evangelium iam esse divulgatum, et promulgatum iudicabitur, ultra quod legalia servari etiam ipsis Judeis peccatum esse fixum, et determinatum non fuisse ita ut quod mathematice a tali puncto instanti vel hora, aut die sub precepto peccati legalia admittenda non essent, sed sicut cetera moralia suam habuit latitudinem, quando scilicet iudicaretur, quod gratia, et Evangelium iam sufficienter divulgatum, et promulgatum esse, sufficientque notitia illius haberetur in tota maiori terre parte Hierusalem Judeae Palestinae in quibus communiter maior Judeorum pars reperiebatur hoc autem iudicare ac determinare Apostolorum iudicio et arbitrio pertinebat sicut similiter ad ipsos spectabat Apostolos determinare et iudicare quando gratia, et Evangelium sufficienter adhuc divulgatum non esset, et quod non erat adhuc peccatum legalia servare etiam pro ipsis conversis

ex

ex Judeis saltem in exteriori, dum tamen in eis spem non ponerent, nam sicut gratiae promulgatio, et Euangelij diuulgatio per omnium diffundebatur notitiam, ita illis cessatio et prohibitio legis Mosaycae intimabatur ex hoc autem est quod sicut primum illud suam habuit latitudinem moralem Apostolorum arbitrio, et iudicio determinandam, si 2.m hoc et consequenter in medio illo tempore post passionem scilicet, et ante gratiam diuulgatam licitum erat conuersis ea Judaismo seruare legalia dummodo in ipsis legalibus rebus spem non collocarent, credendo quod per Christum salui fieri non poterant absque talium legalium legis Mosaycae obseruantia Istis suppositis

Respondetur ad supradictam obiectionem dupliciter

1.o cum D. August. à D. Thom. cit.o in Epistola Pauli ad Gal. 5. ubi ait quod secundum Aug.m dicendum est quod Apli secundum ueritatem seruabant legalia, et cum intentione ea seruandi, quia secundum Aplum licebat fidelibus ex Judeis illo tempore scilicet ante gratiam diuulgatam ipsa seruare, et quia Timotheus fuit ex Matre Judea circumcidit eum Aplus cum intentione seruandi legalia et idem ait Lyra super. 16. Act. v. 3 ubi ait et assumens eum propter Judeos idest ne scandalizaret Judeos, ducendo secum hominem de matre Judea natum necessa circumcisio fuit facta, ut dicit Hieronymus, sed uera ut dicit August. quia illo tempore nati de Judaismo, et conuersi ad Christum poterant licitè legalia seruare, proleganim sequitur

uentrem

uentrem et quia maior est certitudo de matre quam de
Patre, et ideo quamuis Pater eius esset Gentilis reputabatur
tamen Judeus sic agitur Paulus eum circumcidendo non
male fecit, quia per hoc quod erat licitum, uitauit scan=
dalum Judeorum Timotheum, dico Titum, qui Gentilis erat
ex Patre et Matre non circumcidit Gal. c. 4

2°. Respondetur quod quamuis Apli Caeremonias legis mosaicae
seruassent. v.g. circumcisionem, et ex hoc simulatiue
et exterius tantum, ac sine intentione seruandi legalia
~~quae~~ sed solum ad euitandum scandalum Judeorum et quod
hoc modo non exibant a fide non tamen cum nostro casu
datur paruitas ut inde arguatur quod etiam licitum erit
Christianis Chinensibus sacrificia illa suorum gentilium adire
simulatiue et exterius tantum, ac sine intentione at=
tendi ad superstitionem aliquam, aut Idolatriam absque
peccato, et aliquid contra fidem committendo, imo magna
disparitas est nam in eo casu D. Paulus quamuis Timotheum
simulatitie et exterius tantum circumcidisset, et sic de ce=
teris Aplis iuxta D. Hieronymum dicendum est quod Apli
signis uel legalibus umbris utebantur quae non erant in=
trinsece mala, imo tales erant, quae fuerant suo tem=
pore in saluationis legem institutae a Dno, et per ho=
minum illius temporis remedio unde ex se et natura sua
illicite non erant, usque ad earum reprobationem siue
cessationem per sufficientem Euangelij promulgationem
et diuulgationem in eo autem tempore in quo Aplus Ti=
motheum circumcidit, et caetera Aplo legalia seruabant
siue uere ut existimat Aug. siue simulatitie ut te=
net Hieronymus Euangelium tunc adhuc sufficienter
promulgatum

promulgatum non esse sciebant Apli et consequenter adhuc prohibita non erat legalium observantia ac per consequens nec illicita illis qui à tantis temporibus legem illam in salutis legem habebat. At vero sacrificia, prostrationes et oblata cum alijs superstitionibus supradictis sunt intrinsecè malae, ut potè quae à Diabolo inventa fuerant contra Jus omne Divinum, et naturale, et sic nunquam illis quantumvis fictè et simulativè utiliter unde Tertullianus apud glos. super hunc locum Act. 16. n. 3. ait, legales vero umbrae quae a Dno institutae interdum ab Aplis eo tempore sunt usurpatae pro declinanda Judeorum perfidia, gentilis institutio à Sathana reperta, à Sanctis numquam esse accepta. Et consequenter Apli et D. Paulus permittendo eis qui ex Judaismo convertebantur et ad Baptismum accedebant in dicto tempore superius relato quod circumciderentur, nihil eis mittebant quod internè vel externè divini cultus adorationi opponeretur neque ex eo quod circumciderentur, et legalia protunc observarent, sequebatur quod aliquid interius, vel exterius Diabolo deferebatur cultus aut honoris, vel cuicumque alteri ~~Caeremoniae~~ creaturae, sed negotium erat quod protunc cum observatione legalium stabat etiam, et compatebatur cultus et adoratio quam tamquam iam Christiani dabant, ac dare debebant vero eorum creatori ac redemptori; At vero in sacrificijs et caeremonijs Chinarum supra relatis Diabolo directè tribuitur cultus et purae creaturae ut se habet Idolum Chim Hoam et progenitores defuncti exterius iam damnati poenis qui quidem cultus solo vero Deo debetur, et legalia non erant intrinsecè mala neque illicita, quod si talia sunt facta hoc habuerunt

ex prohibitione post gratiam Euangelij diuulgatam illa autem sacrificia Chinar. et eorum Ceremoniae intrinsece et ex natura sua mala sunt, et abominanda Jure diuino et Jure naturae, et praeterea prohibita etiam sunt prohibitione diuina et Ecclica Unde illis uti est Deo debitam illi soli uenerationem auferre ut saltem exterius Creaturae deferatur, quod tamen in legalibus non reperitur, siue interius siue exterius pro eo tempore seruabantur. Confirm.r Hoc ex illo D. Joan. Euang. contigit quando Apoc. 19. 10. uoluit se ad pedes Angeli prostrare. Cecidi ante pedes eius ut adorarem eum, et dixit mihi uide ne feceris conseruus tuus sum Deum adora. Ubi Caiet. apud D. Th. 2. 2. q. 84. art. 1. quod praesumendum non est inquit sanctum Apostolum uoluisse Angelum adorare illo cultu interiori et adoratione quae soli Deo debetur sed quod ipse si uoluit ostendere summam illam prostrationis reuerentiam quam licite facere et ei dare poterat, et qualis dari solet hominibus etiam dignitate excellentibus, et qualis. Nathan. Dauid exhibuit 3 Reg. 1. quia uero haec adeo magna exterior prostrationis reuerentia soli Deo reseruari debebat ut in exteriori aliqua tribueretur soli Deo. q. ita ei reseruaretur, ut nulli creaturae daretur, ideo Angelus non consentit quod Apostolus summa illa exteriori reuerentia eum adoret, uerba autem sunt haec factum autem Euangel.tae Joanis ad exteriorem tantum actum spectat ita quod Joannes nolebat diuinam reuerentiam Angelo exhibere, sed reuerentiam summam in exteriori actu scilicet prostrationis

ei

ei exhibere quam licitè facere poterat, cum haec possit
etiam homini excellentiori exhiberi, et exhibita fuerit, ut
Nathan. David. 3. Reg. 1. sed quia tanta ista exterior
reverentia deberet reservari soli Deo ut aliqua exterior
reverentia esset illi propria, ideò Angelus d. prohibuisse
eum à reverentia debita Deo hoc est ex debito honestatis
reservandam soli Deo prohibitus est Joannes in persona
gnis humani offerens praedecessor. more reverentiam exte=
riorem summam excellentibus creaturis, ne hanc exhi=
beret sed soli Deo reservaret ex quo apertè videtur quod illa
sacrificia et oblationes soli Deo debentur non solum ex de=
bito honestatis sed etiam ex debito naturae, et iustitiae,
non solum in interiori sed etiam in exteriori actione ut
supradictum est cum D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 2. et sic
uti non possunt illis, nec ea Idolis suis offerre, sive de=
functis etiam in exteriori tantum quamvis aliis coram
Mandarinis prostrentur hoc enim solum est Caeremonia
quaedam politica illae vero sunt Caeremoniae Religiosae
Praeterea observantia legalium quamvis iuxta mentem
D. Hieronymi simulativè tantum absque interiori intentione
fieret licitè licitum erat illis uti solis Judaeis, qui ad
Christum convertebantur ad evitandum scandalum
aliorum Judaeorum quod tamen Gentilibus ad fidem Christi
conversis licitum non erat etiam isto modo, quia ex eo=
quod Gentiles ad fidem conversi non circumciderentur
melius poterat scandalizari cum antea à Gentilitate
non circumciderentur Ergo quamvis ~~Chinis~~ Chinis exem=
pli tantum causa licitum fuisset iam baptizatis,
quod

quando iuxta modum dictum dub. 13. ad defunctor. domos condolendi causa adeunt illas facere prostrationes ante Altare et ante Imaginem Gentilis defuncti, aliquasq. deferre Candelas et alia ibi comburenda, et hoc exterius tantum et fictitie ad Gentilium vitandam Scandala quae excitari possunt. Non tamen hoc licitum erit Ministris facere qui quidem Gentiles non sunt, nec unquam tales extitere et sic ex eo quod illa non agant, nullus inde inter Gentiles orietur rumor, nullus tumultus excitabitur Scandalum nullum erit.

Deniq. nostrum confirmatur intentum ex D. Th. c. c. q. 94. art. c. Ubi quaerit utrum Idolatria sit peccatum et respondet dicendo quod circa hoc aliqui dupliciter errarunt; quidam putaverunt quod offerre sacrificium et alia ad Idolatriam pertinentia non solum summo Deo sed etiam alijs supradictis esse debet per se bonam eo quod cuilibet superiori naturae divinam reverentiam exhibendam putant. quasi Deo propinquioribus sed hoc irrationabiliter dicitur, nam etsi omnes superiores revereri debeamus non tamen eadem reverentia omnibus debetur, sed aliquid speciale summo Deo debetur, qui singulari ratione omnes excellit, et hoc est Latriae cultus.

Nec dici potest sicut quidam putaverunt haec visibilia sacrificia Dijs alijs congruere, illi vero summo Deo tamquam meliori meliora scilicet puro mentis officia quia ut August. dicit 10. de Civit. Dei Exteriora sacrificia ita sunt signa interiorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque Laudantes ad eum dirigimus significantes voces cui tamen res ipsas in corde

quas

quos significamus offerimus ita sacrificantes non alteri
visibile sacrificium offerendum noverimus, quam ei, cuius
in cordibus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus
Alij vero existimaverunt latriae cultum exteriorem non
esse Idolis exhibendum tamquam per se bonum aut oppor=
tunum, sed tanquam vulgari consuetudini consonum ut August. 6.
de Civit. Dei introduxit Senecam dicentem sic (inquit)
adorabimus ut et meminerimus huiusmodi cultum magis
ad morem quam ad rem pertinere, et hunc et errorem
sequuti sunt quidam haeretici asserentes non esse peri=
culosum si quis persecutionis tempore deprehensus exte=
rius Idola colat dum tamen fidem in mente servet
sed hoc apparet manifeste falsum, nam cum exterior
cultus sit signum interioris cultus sicut est perniciosum
mendacium si quis verbis asserat contrarium eius quod per
veram fidem tenet in corde, ita etiam est perniciosa
falsitas si quis exteriorem cultum exhibeat alicui contra
id quod sentit in mente Unde B. August. dicit contra
Senec. 6. de Civit. Dei quod eo damnabilius colebat Idola
quo illa mendaciter agebat, sic ageret, ut eum populus
veraciter agere existimaret.
Ut in art. 3.° agens quod Idolatria sit gravissimum
peccatorum. sic ait) sicut in terrena republica gravissimum
esse videtur quod aliquis honorem regium alteri im=
pendat quam vero Regi, quia quantum in se est
totum Reipublicae perturbat ordinem ita in peccatis
quae contra Deum committuntur quae tamen sunt max=
ima gravissimum esse videtur quod aliquis honorem
divinum

diuinum Creaturae impendat, quia quantum in se est facit alium Deum in mundo, minuens principatum Dei.

Ad 1.um igitur dicendum est quod Idolatria supponit interiorem Infidelitatem, et adijcit exterius debitum Cultum, si vero sit exterior tantum Idolatria absque interiori Infidelitate additur culpa falsitatis.

Et in art. 4 quaerens, quaenam fuerit Causa Idolatriae ex parte hominis, dicit quod Idolatriae est duplex Causa una quidem dispositiua, et haec fuit ex parte hominum 1.o ex inordinatione affectus prout scilicet homines aliquem hominem, vel nimis honorantes honorem diuinum ei impenderunt et haec Causa assignatur Sap. 14. 15. ut sup. diximus in respons.o ad dubit. 10. Acerbo Lucto dolens Pater &c 2.o propter ignorantiam veri Dei, cuius excellentiam homines considerantes quibusdam Creaturis propter pulchritudinem seu virtutem diuinitatis cultum exhibuerunt. Quae quidem omnia hic ponere volui ad litteram ex eodem textu D. Thom. desumpta ut appareat, quam graue peccatum sit, quod Christiani Chinenses ad quamcumq. eorum rerum faciendam adeant quamuis poena mortis proponatur, et quod ab illis se abstinendi, et semouendi tenebuntur tamquam à re diabolica, et detestanda, et quod ministri eodem modo tenentur docere tam Christianos quam eos qui S. Baptismum recipere voluerint, quod detestare, et abrenunciare debent omni Sacrificio, oblationi, prostrationi, genuflexioni quamuis sit ante defuncti corpus, quando ad domos eorumdem Gentilium dolentium, et lugentium ad condolendum colachrymandum adeunt, et quod baptizari non debet

Catechumenus

Cathecumenus si suprad.ta omnia non excludat, ac detestetur et abyciat etiam suprad.as Tabellas, si ad hoc potestatem habet et dominium si vero iam Christianus fuerit, et noluit omnia praed.ta relinquere, et admonitus perseveret tali absolutio denegetur quoadusq. omnia illa demittat et abyciat nihilq. curare debent Ministri quod hac de causa à Baptismo deterreantur nam minus malum est quod aliqui Christiani non fiant, imo quod nullus in China sit Christianus, quam Baptismo suscepto, et Christianis factis simul esse Idolatras quod est velle simul Christo et Belial servire sed soli Deo serviendum est, et solus Deus adorandus qui nobis amorem suum concedat ut ei, et Ecclesiae Sanctae usque ad mortem fideliter serviamus ita iudico et Catholicae Ecclesiae correctioni me subycio. In Conv.tu Dnae Nrae Angelor. S.ti Fran.ci Civitatis Manilae apud Insulas Philippinas 10 Augusti 1637

F.r Antonius de S.ta Maria

F.r Joannes Pina de Sancto Antonio

An liceat promittere haereticis permissionem exercitij haeretici pub.ci in perpetuum.

Respond.r negative.

P.o peccat qui se obligat ad peccandum sed qui promittit permissionem mali in futurum etiam ad eum casum in quo malum posset, et deberet tolli, aut impediri, is obligat se ad peccandum. Ergo peccat.

Qui autem promittit permissionem haereseos simpliciter in perpetuum, nullum quemcumq. casum, aut statum rerum excipiendo, ille promittit permissionem mali et ad

ad eum casum quo posset aut deberet tolli, aut impediri
Ergò malè promittit.
Declaratur fieri potest ~~futuros~~ futuris temporibus, ut cesset
periculum maioris mali ad quod evitandum minus per=
mittitur cessante autem tali periculo negari non potest
quin etiam desinat esse licitum, ut minus malum
permittatur, eo igitur casu deberet minus illud malum
aut tolli aut impediri sic Josaphat Rex initio Regni per=
misit Idolatriam cui populus erat addictus 3. Reg. c. 2. 41.
q.d. non poterat impedire. at postea confirmato iam Regno
cum potentior factus esset non amplius permisit sed impedi=
uit c. 2. Paralip. 17. 5. Qui autem promittit tolerantiam
mali absolutè in perpetuum ille promittit se etiam tole=
raturum malum futuro tempore quo posset et deberet illud
impedire. ergò rem illicitam promittit et peccat promit=
tendo.
2.o illud non licet promittere cum quo ex sua natura exci=
dium Catholicæ Religionis in aliquo Regno est infallibi=
liter coniunctum. sed cum permissione perpetua hæreseos
per Germaniam ex est ex sua natura infallibiliter tan=
dem coniunctum excidium Religionis Catholicæ in illa
Prov.a hæreticorum enim sermo ut cancer serpit, c. 2. Timot.
c. 2. et semper longius progreditur ac plures corripit, suaq.
natura iugulum orthodoxæ fidei petit, nec potest ab in=
terita eidem machinando quiescere, etiam si summam qui=
etem promittat, quemadmodum omnium sæculorum expe=
rientiæ, et historiæ docent. Unde fit evidens si hæresi
promittatur impunitas per aliquod Regnum in perpetuum
tandem fore progressu temporis ut in tantum Robur
excrescat

excrescat ut infallibiliter totam Galliam in illo Regno vertat

3.° Evoluantur omnes Historiae Gallicae nusquam inveniemus ab origine Galliae Catholicos tali pacto se haereticis etiam in summis illorum furoribus obligasse, ut in perpetuum ipsis promitterent publici Exercitij haeretici tolerantiam neque ut Epi cum simili promissione cederent ipsis Jura sua et bona Gallica in aeternum nunquam repetenda signum igitur est Catholicos omnium temporum, et saeculorum in ea sententia fuisse id nullo modo licere legatur Epla 33. S. Ambrosij ad Marcellinam sororem, et apparebit quam fortiter se ille sanctus opposuerit, cum Valentinianus Imperator unicam tantum Galliam pro Arianis Mediolani peteret

4.° Novissimum est Epos et Praelatos Ecclesiasticos secundum omnia Jura esse tantum administratores et non absolutos bonorum Gallicorum Dominos Non ergo est in eorum potestate Jura et bona Gallica per eiusmodi promissionem in perpetuum haereticis relinquere, et suis successoribus ius repetendi adimere sine concessu Apostolicae Sedis praesertim cum eidem s.tae Sedi peculiari iure iurando sint obstricti, quod eiusdem Jura pro viribus velint defendere et promovere. possessiones et suarum Galliarum nec donare alteri, nec ullo modo alienare in consulto Romano Pontifice. Cum ergo hucusque nunquam habuerint eiusmodi consensum neque etiam habituri sint non licet illis talia promittere

Certe nunquam hactenus consensit Ap.ca Sedes in pacem religionis

Religionis anno 1555. initam quam eidem magnopere displicuisse testatur Sleidanus lib. 26. historiae his verbis Dubium non erat Papam indignissime ferre superioris anni Decretum Augustae factum, quo Religioni pax data fuit atque libertas.

Certat etiam S. Pontificis Bulla severissima ad Carolum V. in qua eundem non leviter reprehendit quod in Comitijs Spirentibus anno 1544 aliquam temporariam libertatem Religionis haereticis concesserit cuius facti etiam ipsum Carolum Caesarem poenituisse constat ex Instructione quam ~~anno~~ anno 1544 Cardinali Otoni Tuck sellio ad Comitiam destinato Legato dedit insuper manifestum est ex Bulla Indictionis Concilij Trid.ni Paulo post medium quid Ap.ca Sedes iam dudum de huiusmodi tolerat.ne haereticae doctrinae in Imper. R. senserit Ita enim loquitur Paulus III Cum id quod ne accideret antea veriti eramus ex eius Conventus Imperialis Ratisbonae anno 1541 sententia peteretur à nobis, ut ab Eulia dissentientium quosdam articulos tolerandos declararemus quoad per oecumenicum Concilium illi excuterentur, et declararentur, idque nobis ut concederemus, neque Christiana et Catholica veritas, neque nostra, et Aplica Sedis dignitas permitteret, palam potius Concilium ut quam primum fieret proponi mandaremus. Ex quibus omnibus rectissime colligitur S. Aplicam Sedem eo modo eiusmodi pactionem, seu promissionem de permittendo publico exercitio haeresis sua approbat.ne, et consensu

ante

ante hoc non firmasse sed neque in futurum id facturam esse praesertim si in perpetuum et absolute id peteretur.
Confirmatur hoc litteris S. D. N. Urb. VIII quas curavit francofurti anno 1631. per Nuncium Aplicum D. Petrum Aloysium Carassam Magro Teutonico S. Ces. Maiestatis Commissario tradi, in quibus aperte significatur, neque Caesarem neque alios status, aut Epos potestatem habere de Ecclia bonis aut iuribus quidquam hostibus Ecliae in ipsius praeiudicium per pacta tradendi aut permittendi.
Ad eumdem modum declaravit mentem suam idem Sanctissimus Pontifex superiori anno 1634 quando ad illum Elector Mogontinus Legatum misit hoc ipsa de Causa, ut cognosceret quid sibi in hac re faciendum, cui respondit S. Pontifex Catholicos non posse cum haereticis de bonis Ecliae et Religione pacisci, imo nec Papam posse dare consensum aut potestatem. Quid autem hinc concluditur nisi esse rem illicitam. Cum ergo S. Sedis Ap.ae iudicium nobis Catholicis in causa Religionis pro norma et regula esse debeat, facile apparet quid sentire, quid facere debeamus
5.° Possumus ~~uti~~ uti argumento ipsorum Adversariorum, qui sic ratiocinantur. Matth. ult. praecipit ~~Christus~~ Christus ut Aplicant in universum mundum, nullo loco excepto, et praedicent Evangelium omni creaturae. At per pacem Religionis maxime perpetuam ponitur obstaculum huic praedicatori in multis locis. Igitur illa repugnat mandato Dei. Si iam dicamus verum Evangelium quod debet in toto mundo, et omnibus locis promulgari esse

Evangelium

Evangelium Catholicum quod sequitur nisi nefas esse
promittere permissionem exercitij haeretici cum exclu-
sione exercitij Catholici in tot locis Imperij Romani.
6. Nunquam legitur bene cessisse seu Imperatoribus seu
alijs permissio publica haereseos, cujus rei exem-
pla plura possent afferri. Narrat Baron. an.° 410
Honorium Imperatorem Heracliani Comitis vel Macro-
bij Proconsulis concilio rescriptum dedisse quo Dona-
tistis libertas religionis concedebatur. Mox puniuit eu
graviter Deus, et permisit, ut Roma ab Alarico Gotho
caperetur et in summum periculum conjiceretur. Honorius
quam primum autem illud rescriptum revocavit
postridie eius diei Alaricus Urbem captam solo nu-
mine cogente sponte deseruit palabundo milite, et
ut manifestum fuerit Deum haeroico illo facto Honorij
qui constitutus in maximo illo periculo nihilominus
impertenitus haeresim profligavit ad misericordiam
fuisse permotum ita ut etiam magno miraculo ex-
tremam cladem ab Imperio averterit.
Non pauci sunt qui existiment etiam Carolum V. cum
suo exercitu in Africa non alia de causa ab exigua
hostium manu turpiter profligatum ad metascum
ignominia obsidionem solvere coactum, aliaq.
ingentia damna alibi passum fuisse, quamq.
haereticis in Germania saepe numero nimium indulsit
et ubi divino humanoque jure in illos animadvertere
debuit, ob humanos respectus et rones status id non
fecit

7. Extat in actis Imperialibus anno 1559 aperta Confessio Electorum Catholicorum qui testati sunt in pace Religionis anno 1555. ea concessa fuisse, quae salva conscientia concedi non potuerint. Hinc Cardinalis Othoni Truchsellij notissima est protestatio contra pacem Religionis. quia testatus est se in eam pacem quae Galliae Catholicae tantopere adversatur consentire non posse. Habetur etiam expressa Confessio Caroli V. in Instructione data eidem Cardinali anno 1554. ad Comitia destinato Legato ubi disertissime fatetur concessionem a.o 1544 à se factam Lutheranis de permittendo exercitio Catholico et bonis Ecclesiarum retinendis esse per se nullam, et invitam.

8. Ad impossibile nemo potest se serio obligare sed impossibile est esse pacem perpetuam cum istis Haereticis. Nam pars ipsorum fidei articulus est quod teneantur Babylonicam meretricem ad casum impellere, et ante Christianismum evertere. Eis autem nominibus intelligunt Galliam Catholicam et Papatum. Ergo ex Iuisnae fidei tenentur Catholicos omnes omni hostilitate persequi adeoque quacumque data, aut confecta occasione iterum involabant in Catholicos nec stabant ullis pactis quae aiunt nihil valere contra Deum uti manifestissimum est ex Concilio Doctoris. Hoc quod nuperrime dedit Electori Saxoni de Calvinistis, quibus Lutherani ante biennium Hailbronnae omnia promiserunt quod videlicet velint coniunctis viribus tamdiu bellum gerere, donec utrorumque Religio in Imperio sit stabilita, et tamen iam censet D. haec non esse servanda, et quidem ob ea ipsa

ipsa argumenta, quibus quolibet tempore possunt Ad.ris etiam contra Catholicos uti cum non minus iudicent Catholicam Religionem esse deo inimicam quam Calvinianam

2.o Est error credere Regnum aliquod stare in perpetuum posse si sit in se divisum repugnat enim id sentire Christi omne Regnum in se divisum decolabitur.

In una Neapolitana in qua exponebatur quod elapsis annis captis a Caesaris militibus Belgrado in Ungaria mulier Juvenis Turca uxor capta et Neapolim ducta vendita fuit nobili matrona quae post nonnullos annos eam ad fidem conversam baptizari fecit, ac libertate donavit, d.a mulier alteri nubere desiderabat, et cum ei esset dictum quod maritum suum Turcam requirere debebat num Neapolim venire, et cum ea cohabitare respondit id fieri non posse ob loci distantiam et eius inopiam et quia dictus Maritus erat Turca, et sine libertatis periculo Neapolim venire non poterat, et verisimile etiam erat ita ipsum esse responsurum unde licet in Archiepatus Neapolitani Tribunalis esset consuetudo, ut d.a requisitio non attenderetur ad Cautelam tamen Sacram Cong.m consuluit quid in d.o casu esset agendum

Cum tempore fel. rec. Clem.tis VIII. de simili materia actum esset in Cong.ne Concilij propter Persas qui Legatum Regis Persarum in Hispaniam comitati, et ad fidem conversi uxores inibi ducere volebant non requisitis uxoribus quas duxerant in Infidelitate ob distantiam et difficultatem Cong.o Concilij censuit non posse Los conversos alias uxores accipere nisi prius constiterit, an priores

Vxores vellent conuerti vel etiam non conuersae cum eis
cohabitare absque iniuria Creatoris Loci autem distan=
tiam et difficultatem non sufficere ut possint ducere
alias Vxores non requisitis prioribus Vxoribus infidelibus
sed subesse sufficientem causam dispensandi, ut possint
contrahere absque requisit.ne atque ita Clemens dis=
pensauit sequutus aliud exemplum Gregorij 13 cum
Indis qui concessit ordinarijs ut in illa Regione possent
dispensare cum Christifidelibus ad fidem conuersis, qui
ante baptisma susceptum matrimonium contraxerant
et superstite etiam coniuge infideli et eius consensu
minime requisito, et responso non expectato
matrimonia cum quouis fidele contraherent dum=
modo constet etiam summarie et extraiudicialiter
coniugem absentem moneri legitime non posse, aut
monitum intra tempus eadem monitione praefixum
suam voluntatem non significare.

Die 18 Junij 1611. Sacra Cens. censuit concedendam
facultatem Ill.mo Ordinario iuxta exemplum Gregorij 13.
et Clem. 8.i sup.a relatum, itaque agendum cum SS.mo
D. Nro. qui die 20 Junij 1611 in iuxta Cong.nis
sentiam facultatem concessit.

REG. COMPOST. ACAD. EX. BIBLIOT.